Universidad de Deusto
Biblioteca

Val: Max:

Universidad de Deusto
Biblioteca

BIBLIOTECA DE LOYOLA

Sala H Estante 2 Plúteo 1

Z-30
32,2
1X

VALERII MAXIMI,

Dictorum, factorúmque memorabilium, ad Tiberium Aug. lib. IX.

A Stephano Pighio, & Claudio Mitalerio Viennensi restituti & emendati: & à multis præcedentium editionum erratis repurgati.

Accessit & de Prænomine incerti auctoris fragmentum.

Quæ hoc volumine contineantur, sequens pagella indicabit.



LVGDVNI,
Sumptibus Sybillæ à Porta.

M. D. XCII.

COLLEGII SOCIETATIS JESU BIBLIOTHECA

SERIES EORVM QVÆ
HOC VOLVMINE
continentur.

Index Capitum lib. IX. Val. Max.

Valerij Maximi vita à Cl. Mitalerio concinnata.

Eiusdem Mitalerij emendationum in Valer. Maxim. Aetiologia.

Val. Maxim. libri IX.

De prænomine libellus à Mitalerio recognitus, & annotationibus illustratus.

Steph. Pighij annotationes in Val. Max.

Index copiosissimus cum rerum tum nominum, quo facta simul ac dicta memoratu digna indicantur.

VALE

VALERII MAXIMI LIBRORVM NOVEM, CAPITA.

PRIMI LIBRI, CAP. VIII.

De cultu Deorum. I
De simulata religione. II
De peregrina religione reiecta. III
De auspiciis. IIII
De ominibus. V
De prodigiis. VI
De somniis. VII
De miraculis. VIII

SECVNDI LIBRI, CAP. X.

De matrimoniorum ritu, & necessitudinum officiis. I
De magistratuum atque ordinum officiis. II
De militaribus institutis. III
De spectaculis. IIII
De aliis permixtim. V
De externis institutis. VI
De disciplina militari. VII
De iure triumphandi. VIII
De censoria nota. IX
De maiestate. X

TERTII LIBRI, CAP. VIII.

De indole. I
De fortitudine. II
De patientia. III
De iis qui humili loco nati clari euaserũt. IIII
De iis qui à claris parentibus degenerarunt. V
De iis qui ex illustribus, in veste, aut cetero cultu licentius quam mos patrius permittebat indulserunt. VI
De fiducia sui. VII
De constantia. VIII

QVARTI LIBRI, CAP. VIII.

De animi moderatione. I
De iis qui ex inimicis

iuncti sunt amicitia & necessitudine. II
De abstinentia & continentia. III
De paupertate. IIII
De verecundia. V
De amore coniugali. VI
De amicitia. VII
De liberalitate. VIII

QVINTI LIBRI, CAP. X.

De humanitate & clementia. I
De gratis. II
De ingratis. III
De pietate in parentes. IIII
De pietate ergafratres. V
De pietate erga patriam. VI.
De parentum amore, & indulgentia in liberos. VII
De parentum seueritate in liberos. VIII
De parẽtum moderatione aduersus suspectos liberos. IX
De parentibus qui filiorum obitum forti animo tulerunt. X

SEXTI LIBRI, CAP. XI.

De pudicitia. I
Quæ libere dicta aut facta. II
De seueritate. III
Grauiter dicta aut facta. IIII
De iustitia. V
De fide publica. VI
De fide vxorũ erga maritos. VII
De fide seruorum erga dominos. VIII
De mutatione morum aut fortunæ. IX
De sublimitate à statu humili. X
De varietate casuum. XI

SEPTIMI LIBRI, CAP. IX.

De felicitate. I
Sapienter dicta aut facta. II
Vafrè dicta aut facta. III
De stratagematis. IIII
De repulsis. V
De necessitate. VI
De testamentis quæ rescissa sunt. VII
De testamentis quæ rata manserunt. VIII
Qui aduersus opinionẽ hominũ hæredes habuerunt. IX

OCTAVI LIBRI, CAP. XVI.

Infames rei quibus ex causis absoluti, aut damnati sunt. I
De priuatis iudiciis. II
Quæ mulieres apud magistratus pro se aut aliis causas egerũt. III
De quæstionibus. IIII
De testibus. V
Qui quæ in aliis vindicarunt, ipsi commiserunt. VI
De studio & industria. VII.
De otio. VIII
Quanta vis est eloquentiæ. IX
Quantum momentũ sit in pronunciatione & apto motu corporis. X
Quam magni effectus artium sunt. XI
Quædam nulla arte effici. XII
Suæ quemq; artis & auctorem & disputatorem optimũ esse. XIII
De senectute. XIIII
De cupiditate gloriæ. XV
Quæ cuique magnifica contigerunt. XVI

NONI LIBRI, CAP. XVI.

De luxuria. I
De crudelitate. II
De ira & odio. III
De auaritia. IIII
De superbia, & impotentia. V
De perfidia. VI
De vi & seditione. VII
De temeritate. VIII
Quantum valet error. IX
De vltione. X
Dicta improba aut facta scelerata. XI
De moribus non vulgaribus. XII
De cupiditate vitæ. XIII
Quàm exquisita custodia vsi sunt quibus suspecti domestici fuerunt. XIIII
De similitudine formæ. XV.
De his qui infimo loco nati per mendaciũ se clarissimis familiis inserere conati sunt. XVI

VALERII MAXIMI VITA, C. Mitalerio Viennensis prouinciæ Iuridico auctore, ad Io. Buffeuantium in suprema Delphinatium curia Præsidem.

VALERII Maximi prænomen librariorũ iniuria iam olim amissum vero propius est, quàm ab ipso omissum fuisse. Ridiculum est autem, quod maternum genus eius quidã à Fabia gente repetũt cognominis argumento. Nam præterquam quod id aliis quibusdam Rom. gentibus commune fuit, vt Carbiliæ, Corniliæ, Maniliæ: constat certè id longè antè in Valeria, quã in Fabia gente fuisse, inde vlq; à M. Valerio illo Maximo, qui Cos. anno Vrb. CCXCVIII. cum Sp. Virginio Cælimontano fuit: eum qui Fabiorum primus eo cognomine affectus est. Q. Fabius Rutilianus Ambusti F. Gurgitis pater, Censor tum cum P. Decio omni forensi turba in quatuor tribus digesta, anno vrb. CCCCL. æternum glorioſumque id sibi ad familiæ suæ peperierit. His accedit, quod qui à materna gente denominarentur, non cognomina, quæ nulla fœminis fuerunt, sed gentilitia nomina in possessiuum transformata modum adscisebant. Sic è duabus Censorij Catonis vxoribus Licinia & Salonia partim Liciniani sunt, partim Saloniani appellati: quomodo à Petronia matre Petronianus Vitellij Cæsaris filius, à Vespasia, & Domitilla Vespasianus, & Domitianus impp. dicti sunt. Quod & in arrogationibus adoptionibusq; obseruabatur, quo modo Pomponium Atticum illum Ciceronis amicum ab auunculo Q. Cæcilio testamento in nomen familiámque adoptatum Qu. Cæcilium Pomponianum Atticum dictum fuisse comperimus. Hinc Rutilianos, Æmilianos, Seruilianos, Calphurnianos, Octauianos, è Rutiliis, Æmiliis, Seruiliis, Calphurniis, Octauiis in alienas traductis familias agnominatos fuisse legimus. Ciuem certè Romanũ identidem se his fuisse verbis significat, *Ciuitatem nostram, nostri imperij, nostris ceremonijs, forum nostrum, & similibus.* Sed & ingenuum, quando etiam de eius statu dubitatum scio, ex patritia videlicet Valeriorum gente etiam ipso cognomine. Libertini enim seruili nomine cognominis vice retento, solum patronorum nomen, prænomenque vsurpabant, cognomine verò (quod plerunque fortunæ fuit, ac gloriæ) abstinebant: quod & ipsum in iis, qui ipsi ingenui cuiusquam beneficio ciuitatem Rom. consequuti, aut in colonias transcripti fuerant, obseruabatur. Sex. Pompeio arctissima necessitudine deuinctus fuit, adeò quidem, vt in eius commemoratione sibi Alexandri instar eum fuisse scripserit: cum illi, inquit, Hephæstio suus alter fuerit Alexander, nec dubitauerit supremum sibi atque illi inter rara amicorum paria locum facere. Huius Sex. Pompeij, Sextique Apuleij consulatu Augustus è viuis excessit: primique cum ipsi in Tyberij verba iurauerunt, tum etiam cæteros adegerunt. Quo merito postea principis inter primarios amicos fuit. Magna certè eloquentia gloria ac gratia fuisse vel illud in primis arguit, quod eum sibi Gn. Piso conflatæ Germanico mortis reus patronum cum præstantissimis eius sæculi oratoribus depoposcit. Quocirca eum non clarissimum modò, sed etiam disertissimum Valerius appellauit. Inde M. Lepidum illo nomine ac genere vt socordem & ignauum, maioribusq; suis dedecorum Asiæ proconsulatu aduersatum maximè Senatu deturba-

uit. Ipse in eius locum suffectus, Valerium inter præcipuos cohortis coluit, ingenij ac morum amœnitate delinitus. Tiberia quidem, & vniuersa Cæsarum domui inolito iam tum etiam Illustribus familiis more, enixissimè adulatur. Itaque libro IX. inter dictorum improborum factorúmque sceleratorum exempla vltio, ceu Cholophonē, loco Seiani (quod recte subodoratus est Pighius) supresso tamen singulari quodam adulandi artificio, eius nomine supra omnium flagitiorum conditionem perfidiam audaciámque incessit. Capitum seriem, atque discretionem Pighianam, quam ille se in veteribus codicibus offendisse scribit, retinuimus. Multas non modo à librariis, verum etiam ab emēdatoribus iniurias acceperat, quarum à plerisque cum acerrima cura, plurimorumque atque optimorum exemplarium ope idem Pighius vindicauit. Nos illis præsidiis destituti, si quid forte spe aut potius desiderio nostro minus præstitisse videbimur, temporis angustiis, munerúmque, ac curarum, quibus cùm priuatim, tum etiam publicè districti tenemur, multitudini, intermissisq; his iam olim à nobis longo interuallo studiis imputabis. Tuo vero nomini nostræ hoc quicquid est operæ, nuncupandum duximus, vt quàm arctissimo affinitatis vinculo attingeremus, eiusdem testatum suum illum erga nos, nostrúmque erga ipsum comparem ac mutuum affectum huic velut impressum monumento posteris traderemus. Vale.

MAIORES, &c.) Hic locus valde siue librariorum incuria, siue emendatorum imperitia depraua-tus est, mihi quidem sic restituendus videtur: *Maiores statas solemnesque caremonias Pontificum scientia: bene gerendarum rerum auctoritates. Augurum obseruatione, Apollinis prædictione, vatum libris: portentorum,* &c. Apollinis enim præ

prædictiones oracula intelligimus: vatum libros Sibyllinos Martij, Publicij, Begones nymphæ, & similium. Nec enim vatum libris Apollinis oracula continebantur. Natura quippe, hoc est θυμελικῶς non Apollinis instinctu fuerunt: Deinde non auguriis tantum, verum etiam oraculis, & fatidicorum libris gerendarum omittendarúmque rerum auctoritas constabat. Itaque non dubitauerim illum quoque M. Tullij de haruspicum responsis, ex quo hic desumptus est, locum in consimilis vitij suspitionem vocare, atque ita forte emendandum putare, *Qui statas solemnesque caremonias pontificatu: rerum bene gerendarum auctoritates augurio, fatorum vetere prædictione, Apollinis, vatum libris: portentorum expiationes,* &c.

Cum inquirendum vel extis vel sortibus, imperio) eruditi quidam *impetrito* emendant. quod veram germanamque lectionem subolet magis quàm repræsentat. Quamuis enim impetrire, & impetritum auguralia verba fuisse non ignorem, tamen non subinde quodlibet ex illa disciplina vocabulum huic loco conuenire existimandum est. Impetrire enim extis atque auibus legimus, sortib. verò impetrite non memini. Sane quidem impetrire Augurum prius, deinde Haruspicum fuit. Cicero libro I. de Diuinatione: *Nam vt nunc extis*, inquit, *quamquam ad ipsum aliquanto minus quàm olim, sic tunc auibus magnæ res impetriri solebant*: Plautus in Asinaria, inauguratum est, quamuis admittunt aues. Nam quod impetrire in auspiciis, id litare in haruspiciis, Græci θύεσθαι & καλλιέρειν vocant. Qui enim consulebat in lapide meridiem versus considebat, Augure ad læuam capite velato adsidente, vt Liuius lib. I. historiarum scribit. Inde opinor à petra impetrire dictum, quod vulgus impetrare, Græci à solo ἐμπεδᾶν dicunt. Ex quib. efficitur eos qui impetrito, emendant, antiquissimum, probatissimúmque vaticinij genus extra

ponere. Sane malim si quid mutari libeat, *extiu, sortibus, impetrito*: aut quod lectum alicubi memini, *impetrio* legere: quod est quasi ab impetando imperium. Notum est enim illarũ disciplinarum vocabula valde à cœnolexia diuersa fuisse. Mihi sane *imperio*, nõ placet.

Tantum autem studium, &c.) In hoc exemplo quædam Pighius mutat: Mihi nihil magnopere occurrit cur receptam lectionem obliterandam esse censeam. Itaque & *Grachano tumultu*. libenter: sed &, xv. *viros*. omnibus præsertim huic posteriori lectioni suffragantibus codicibus retineo. Pighianam certe emendationem non fastidio. Sane Seruius in illum Æneidos VI. locum, *Lectósque sacrabo Alma viros*: primum quidem duumuiros, deinde decem, inde quindecim, vsque ad tempora Syllana fuisse scribit. Post creuisse numerum: nam sexaginta fuisse, verum remansisse XV. virorum vocabulum. M. quidem Tullius V I. in Verrem actione, ex qua hic sumptus est locus, non vniuersum collegium, sed ex ipso decemuirali collegio quasi delectos sacerdotes profectos fuisse scribit.

Maximæ vero. &c. *disciplinam*.) Pigh. *discipulam*, mihi receptam lectionem visum est non inducere. Nam Æmiliam, vt pote cui noctis eius custodia non obtigisset, (vicibus enim excubias agebant, vt innuit Liuius lib. X X X V I I I.) non tam negligentiæ, quæ nulla eius fuerat, & quæ alioqui flagro tantum coercebatur, quam incesti, ob quem morte misertima multanda erat, insimulatam fuisse Dionysius lib. II. Antiquitatum significat. Alioqui quid attinebat Æmiliæ potius quam discipulæ, cuius causa ac periculum ageretur, nomen annalib. prodere? Aut cur illa sese alienam ob culpam, cui nemo affinem eam fuisse diceret, tam graui tamque ancipiti sponsione ac voto obligaret?

Nec minus efficax, &c. *& adhuc superantibus impunitatem*) legendum videtur, *immunitatem*. Nec enim euersarum tantum pœnas ab eo exigere voluit, sed etiam stantes adhuc & intactas à consimili iniuria tutas deinceps immunésque præstare.

Q. autem Fuluius, &c. *regulas Locras reportandas curauit*) Pigh. ex veteri cod. vbi *loco* legerat, *illico*, per coniecturam emendauit. Nos quia didicimus ad Crotonem Iunonis Laciniæ templum fuisse haud ita sanè Locris procul, receptam lectionem vetustati cõdonauimus. *Crotonem* certè si quid mutare libeat præferemus. Notum est enim deorum templa non in vrbibus, sed ad vrbes antiquitus plerumque exædificata fuisse, propter locorum spacia & eorum quæ Græci πόμπιμα, Latini areas appellarunt.

Sabazij Iouis cultus sublatus) *Illato* ex coniectura restituimus. Illatum autẽ ex Phrygia intelligimus. Aristophanes auibus, ἢ φρυγίλῳ σαβαζίῳ. Orpheus hymno Sabazij, Ἀλλὰ μάκαρ φρυγίης μέδεαιρα. Huius sunt Sabazea Bacchanalium quædam species: quomodo mihi apud M. Tullium lib. III. de Nat. Deorum legendum videtur vbi Acazea habemus. Nam Sabbazium Bacchum interpretantur à סבא temulentia, vnde σαβάζειν & σάββοι ei βάκχοι. quam vocem etiam in Orgiis Bacchi identidem, vt Plutarchus lib. I I I I. sympoſicacῶν scribit, vsurpabant: Demosth. pro Corona βοᾶν δοὶ σάββοι. quod Virgil. lib. V I I. *Euoe Bacche fremens*: descendit autem ὅεῖ à Chananæo אוי vel אבוי vt Prou. cap. 52. לאוי לאבוי Cui oi, cui aboi quo in loco non solum gestus, verumetiam voces Bacchantium representat: alibi enim docuimus totam hanc superstitionem à Chananæis ad reliquas manasse gentes. Eundem Thraces, ad quos è Phrygia penetrauit, Sebadium (familiariζ in ſ omnibus gentibus mutatione) vocauerunt, vt Macrobius scripsit. Quin etiam

etiam Bacchus ipse à lamentatione & vlulatu Bacchantium (quam בכי Chananæi vocant) appellatur. Virgil.

Ast alia tremulu vlulatibus æthera complent.

Cum à Decio Atio Nauio.) lege *Decimo*. qui error cum in hoc tum in aliis latinis auctoribus in Iunia præsertim gente inueterauerat. Ab hac Atiorum gente Augustus maternum genus traxit, vnde Virgil. cum eidem adularetur:

Alter, inquit, *Atii genus vnde Atij duxere Latini.* Sed & M. Antonius Acciam Latini matrem vocatam fuisse scripsit: Næuius autem cognomen est Auguris Nam Decius gentis Rom. plebeiæ quidem, cæterum clarissimæ nomen est, non prænomen.

Interrogatúmque quisnam esset, respondisse κακοδαίμονα.) legendum videtur κακὸν δαίμονα κακοδαίμων enim non ipse malus Genius dicitur, sed qui à malo Genio exagitatur. Menander, ὦ πρὸς κακοδαίμων ὅστις οὐπώποτε γαμεῖ. sic ille Bruti ὁ σὸς ὦ Βρούτε δαίμων κακός.

Cum inter publicas priuatásque feras actiones, &c.) lego, *seriationes*.

Quòd illam etiam in insula Cæa.) quamuis Pighianam emendationem non aspernor, tamen *Cæa*, quia vetustate defendebatur, retinui. Nam & Cæa & Cæos dicebatur. Virgil.

cui pingui Cæa Tercentum Nisei tondent dumeta iuuenci.

& Horat. *Cæa repactæs munera nemæ.*

Hos enim tanquam patriæ fugitiuos. &c.) Omnino legẽdum videtur, *Illos enim tanquam patriæ fugitiuos crucibus affixit, hos autem tanquam perfidos socios*, &c. crucem enim seruile supplicium, & à ciuium Rom. conditione penitus alienum fuisse abunde vel illa Ciceronis in Verrem Gauianæ crucis comploratio atque exagitatio significat. Latinos autem non ciues Rom. sed tantum socios fuisse, notum est vel mediocriter eruditis.

Bene

Bene egissent Athenienses cum Miltiade, si cum post trecenta millia.) Iustinus ducenta millia in ea pugna Barbarorũ cecidisse scribit. Herodotus, ἐφατο, χ῀ ἑξακισχιλίους καὶ τετρακοσίους ἀνδρας. Hoc est, ad sex millia quadringentos quo in loco myriadum numerum deesse existimo. Ecquid enim omni penè hostium adhuc incolumi exercitu. (Nam qui minimum Plato μυριάδας πεντήκοντα, hoc est quingenta pugnatorum millia in eo fuisse prodidit) victoriam sibi Athenienses arrogarent? ergo χ῀ πεντήκοντα μυριάδας ἑξακισχιλίους καὶ τετρακοσίους, si Valerium, aut χ῀ εἴκοσι, si Iustinum sequimur. in Herodoto legendum est.

Cuius capite, humero, femore sauciũ, & oculo eruto cæci.) Pighianam hanc quam ille ex vetustis codicibus eruit lectionem valde probo, nisi quod dictionem *Cæci*, superuacuam esse arbitror. Cæcum enim vtroque, non altero tantum lumine captum vocabant.

Atque hunc animi eius iudicio Q. Fabium Gurgen, Numerium Fabium Pictor, Q. Ogulnium.) Tametsi Pighianam coniecturam non respuo, tamen quia in omnibus, quos ille suæ emendationis auctores habuit, antiquis codicibus, *Pictor* singulari numero constantissime legitur, sic restituendum putaui hunc locum. *Q. Fabius Gurges, Numerius Fabius Pictor, Q. Ogulnius.* Numerius enim plebeiarum familiarum prænomen fuit à celeri partu inditum, vt Cato de liberis educandis apud Nonium scripsit quem locum nos ita emendandum censuimus, *vt qui contra celeriter erant nati, fere Numerios pronominabant.* Tales enim partus in plebeiis familiis frequentius eueniunt quàm in patriciis, quod vitam illæ laboriosam atque operosam, hæ sedentariam atque otiosam plerumque transigant, vt Aristoteles scribit. Ideoque patritiæ familiæ hoc prænomen quod ignauiam atque desidiam eis velut exprobraret, vno consensu repudiarunt vna Fabia

exce

excepta: huius tamen rei hic noster libro decimo causam tradit. Similem pene maculam P. Manutius A L. F. ex lib. II. de Diuinatione sustulit, cùm antea legeretur, *Quod in numerum Fabij Pictoris Græcis annalibus* pro *Numerij* coniecturam nostram adiuuat quod sequitur, *Fabiorum & Ogulnij consentia*, &c.

Genutius laudu huius successionem Ælio Prætori, &c.) Varro lib. III. de vita Pop. Ro. *Pedius*, inquit, *Publius cùm esset Prætor vrbanus*, &c. sic enim apud Nonium legimus. At Plin. lib. x. cap. XVIII. eundem Tuberonem appellat: ex quibus conijcio Ælium non Cœlium, vt Sex. Frontinus, aut, vt idem alios quosdam existimasse scribit Lælium legendum esse. Nam siue Pætum, siue Tuberonem appelles, vtrumque sane Æliæ gentis cognomen fuit. Ex quo intelligitur apud Nonium L. Ælius Pætus legendum videri. mouet quod Frontinus hunc à quibusdam Lælium vocatum fuisse, falso ille quidem, autumat, quod nos ex L. Ælio factum esse arbitramur: trãslatio etiam tum, & à multis notato in Cæliorum, Æliorum, & Lælliorum nominibus librariorum, aut sciolorum errore. Porro sciendum est ostentum hoc non ipso Cannensis prælij anno, quo nullus à Liuio Ælius Prætor memoratur, sed aliquot ante annis accidisse.

Quæ ad pariendum honorem potentissimæ iudicantur clementia & liberalitate.) Nec Pighianam, nec hanc veterem lectionem probare possum, Phocionis enim nec clementiæ memorantur, nec liberalitatis exempla vlla esse potuerunt. Eloquentiæ verò huic populari ne studuisse quidem videri voluit. Laconicam autem vt vitam ita breuitatem adeo affectauit, vt orationem αὐχμηρὰν καὶ ἀνήδυτον, vt ait Plutarchus, hoc est duram atque insuauem nimio breuitatis studio reddiderit. Dicendi vero vim illam quam ei Polyeuctus, ac Demosthenes tribuerunt, non tam facultati vlli, quàm auctoritati ac morum grauitati eius accepto ferendum esse idem Plutarchus iudicauit. Sed Campensem lectionem ab erudito quopiam, qui eum codicem recensuit, excogitatam potius, quam in veteri vllo exemplari repertam fuisse arbitror. Quo magis licere nobis credidimus nostram quoque si minus legendam, at certè cognoscendam rationem obtrudere. Itaque sic emendandum esse hunc locum duximus, *Phocion vero ijs dotibus quæ ad parandum honorem potentissima iudicantur, instructissimus tantum non in equileo ab Athenienſibus positus est: certe post obitum*, &c. verba autem illa *Clementia & liberalitate*, à sciolo quopiam ἐπεξηγήσεως gratia inculcata fuisse omnino mihi persuadeo: quę cum alius quidam eruditior si minus à moribus, certè à fortuna Phocionis aliena fuisse deprehendisset *eloquentia* (quod ei δηνότητα, hoc est vim quãdam, illam nimirum quam diximus, tribui didicerat) & *integritate* (quam fuisse eius viri pene propriam illius seculi literæ declarãt) emendauit: vtrumque deinde vt fit, etiam textum è scholiis occupauit.

Discordes foci tui pacisque diuidua tuguria, &c.) Huius loci vulnus Pighius detexit magis quã sanauit: nos ei vnius mutatione literæ cicatricem obduximus, *pagis* pro *pacis* legendo ad hunc modum, *discordes foci tui, pagisque diuidua tuguria Græciæ facta sunt columen. Lucus Marathon*, &c. quod ad Theseum, de quo ante dixerat, referendum est: is enim Athenienses κατ' ἄστυ, hoc est pagatim habitantes in Astu, quod appellatur, omnes se cõferre iussit, vnamque atque amplam ex CLXXX. pagis, siue demis, ciuitatem constituit. Pagi enim, vt ait Festus, sunt qui Athenienſibus δῆμοι, quod plerumque ex consanguineis constarent. Nam דם Chananæis sanguis est, vnde & δῆμος. Athenas autem Græciæ columen dixit, quomodo alij ἑστίαν, πρυτανεῖον, μυχεῖον, ἄχυ Græciæ appellarunt.

Cum

Cum interim cineribus nostris.) *Vestris* Pighius emendauit, mihi recepta lectio potior videtur. quod autem sequitur *& excelsis præsidijs Minervæ arcem*: lego, *& excelsam Præsidu Minervæ arcem.* significat autem ipsius Πολιάχε templum vetustissimum, quæ (licet alioqui omnibus præsideat, quas & reperit ipsa, arcibus, vt Virgilius *Pallas*, inquit, *quas condidit arces Ipsa colat*: & Homerus:

Νῦν Ἀθηναίης γλαυκώπιδος ἐν πόλῃ ἄκρῃ.

præcipuè tamen Athenienſis arcis tutelam atque cuſtodiam ſortita eſt. Ariſtophanes Equitibus:

ὦ πολιοῦχ πάλλας, ὦ
τῆς ἱερᾶς τάττης ἀ πα-
ῖδων πολέμιε τε ἡ ποιν-
ταῖς δυνάμεϊ θ' ὑπερφερέ-
σης μεθ' ἅπασι χώρας.

deinde ſubiicit. *Tacem mutæ umbræ*, &c. Hic etiam locus iam olim partim à librorum emendatoribus, partim à ſcholiaſtis corruptus eſt. Mihi quæ receptæ proxima, germanæ propior lectio videtur. ſic ergo lego: *Tacent mutæ umbræ fati neceſſitate conſtrictæ. At immemores beneficiorum Athenas linguæ ſermone licenti ſolutæ non tacent.*

L. Manlio Torquato.) Recte Pighius admonuit neque Torquato Lucij prænomen, neque Dictatori Torquati cognomen tribui poſſe. Sed quid facias conſpirantibus omnibus in hanc lectionem libris antiquis? quid haud multo poſt repetito Torquati cognomini? Id ſane mihi religionem iniecit quo minus veterem hāc atque receptam lectionem aut obliterarem aut mutare auderem. Nam & alioqui ſuos hic auctor quoſdam errores habet etiā ab aliis ante animaduerſos. Itaque Pighium ipſum quod admonuit laudare, quod culpam in librarios conferre maluit adamare, quod mutauit etiam excuſare debemus.

Quæ

Quæ cum patrem ſuum, &c.) Suetonius Tyberio fratrem vocat, ſed mendoſum eſſe Suetonij librum cum hic noſter, tum etiam M. Tullius pro Cœlio, innuit.

A ſilijs Patietis.) Pigh. ex vetuſto codice à *Paciacis* emendauit, cùm tamen *Paciacus* in duobus legiſſet, quam poſteriorem lectionem probauimus, quòd eam apud Plutarchum quoque in Craſſi vita offenderamus. Hic enim cum in Hiſpaniam Cumana dominatione profugiſſet, octo in ſpecu quadam menſes delituit ſuppeditante ei interim quæ vſui eſſent Vibio Paciaco: quomodo mihi & hic & alter in Ciceronis ad Leptam epiſtola locus legendus videtur, quem auctor commentarij de bello Hiſpanienſi L. Iunium Paciecum appellat, niſi alterutrubi mendum eſt. Hoc quamuis haud tanti eſſe videri poſſet, vt in eo tantopere à nobis & Pighio deſudaretur, tamen quòd is familiam illam etiam nunc in Hiſpania nobiliſſimam à MDCC. fere annis durare affirmauit, non omittendum putaui.

Ad Olympij Iouis cognomen aſcendit.) Expungendam eſſe cēſeo dictionem *Iouis*. Nec enim Iupiter Olympius Pericles, ſed Olympius tantum cognominabatur, vt Plutarchus & Ariſtides Pericle ſcribunt, & Ariſtophanes Acharn. ἐν τῷδεν ὀργῇ ὥσπερκλέης ἐλύμετο.

Tunc Manlius Torquatus filius eius.) Pigh. ex hiſtoria, *ſtirpis eius* emendat. Ego Valerio potius quam libratiis hoc quicquid eſt ſomnolentiæ imputandum arbitror.

Erat in eodem pectore & inimicus & Domitius & dominus.) receptam quidem lectionem præfero, ſed dictiones illas *& dominus* redundare arbitror. *Domitius* autem ἐμφατικῶς dictum eſt, vt ex ſequentibus patet. Cæterum apud M. Tullium pro Rege Deiotaro, vnde hoc ſumptum eſt exemplum, Tribuni Pl. non Tri-

bunum legendum est.

Ne dominarem orbi Africanum fœmina impatientiæ reum ageret.) Pigh. ex duobus manuscriptis *impudicitiæ*, quod verbum in alium sensum sonat. Itaque, si quid mutari libeat, malim *impotentiæ*, hoc est ἀκρασίας; legere.

Pullariisque non prosperantibus auibus optimum ei auspicium renunciasset.) Si mihi per alicuius quantiuis precij exemplaris fidem liceret, facile adducerer, vt pro *optimum*, *solistimum* emendarem. Sic enim Liuius libr. x. *Pullarius*, inquit, *auspicium mentiri ausus tripudium solistimum Cos. nunciauit.* Solistimum autem dicebatur cum aliquid ex pulte in solidum cecidisset, quod velut tripudium faceret. Nam Tripudium proprie Saliorum saltatio dicebatur. Et ideo haud temere hoc vocabulum de profanis saltationibus dictum offendimus: ab eo sane appellatum potius quod ter, quàm quòd terram saltando pauirent, hoc est ferirent. Enoplios enim, id est bellicrepa, vt ita dicam, Rhythmi species constat tripodia anapæstica ex duobus dactylis & spondæo. vt,

Nos patriam fugimus, tu
Tityre lentus in umbra.

Saltasse autem hoc Rhythmo Salios cum Festus, ipse, tum Horatius lib. IIII significat his verbis:

Illic bis pueri die
Numen cum teneris virginibus tuum
Laudantes pedes candido,
In morem Salium ter quatient humum, hoc est tripudiabunt.

Remissum ab inferis Athenienſem Periclem.) Pighius, vt solet, culpam in librarios confert. Mihi Valerius huic quoque affinis videtur fuisse. Nam alioqui nec Periclis illa, sed Æschyli sententia esse, nec Leonem, sed Leonis catulum dixit, dum de Alcibiade, non de Pericle Aristophanes loqueretur: sed nec duo posteriores versus Æschyli sunt, sed alterius cuiuspiam veteris poëtæ. Certatur enim inter Euripidem, & Æschylum vter eorum de Alcibiade præsentius vtiliusque olim populo consilium dederit. Porrò enim Æschylus Alcibiadem ne videre quidem potuit. Pericles autem eius succreuit ætati. Sed Alcibiadem Periclis alumnum, (quem ille σκύμνον, hoc est catulum vocat) fuisse nemini est ignotum. Sanè hunc ideo Leonem vocat, quod eius mater Agariste paucos ante quàm eum enixeretur dies, Leonem sibi visa esset parere, vt Herodotus scribit. Adeo autē à posteris hoc schema quasi omen quoddam fortunę Athenienſium adamatum est, vt id Euripides, quem illa comœdia vexat, Aristophanes, cęterique deinceps poëtæ identidem in Theatrum retulerint, more illis temporibus insolito, si quid spectatores olim aut offendisset dictum aut delectasset. vt Oreste,

εἰ τὸν δ' ὀτυγχανοῦν
καλλιδ' ἑλόντες σκύμνον ἀνοσίω παρδὸς, & Andromeda,
πλήμμυρὶς δ' ἀγρεῦ
κοὐ, δέμνι' γὰρ ἀγκάλαισιν
Σκύμνον εἰς ὄπιν Rhesi, καλὸν ὦ ξένην
Σκύμνον ἔθρεψας πολυάρχην ἰδεῖν.

Androgynen appellauit.) *Androgynon* legendum est, aut *Androgynæa* Nam *Androgynen* Barbarum est.

Qui conductores sacræ Aræ, &c.) Pighius *sacræ arcis* ex ingenio, nullius vetusti exemplaris auctoritate fretus emendat. Mihi vetus ac accepta lectio retinenda videtur. Aram enim Apollinis in *Delo* intelligit, quam cum oraculo duplicare iuberētur, neque eius rei rationem inire possent, quod duplicatis quatuor eius lateribus non duplam, vt argumentabantur, sed octuplam eam se efficere deprehenderant: Platonem ea de re consuluerunt, qui eos ad Eudoxum celebrem eo tempore Mathematicum ablegauit,

præfatus oraculo Græcos admoneri, vt tandem omissis bellis sese ad Geometriæ, atque adeo ad pacatiora literarum studia aliquando conferrent, vt Plutarchus de Socratis Dæmonio scribit. Ex quo etiam, & temporum ratione colligitur hic pro Euclide Eudoxum legendum videri. Euclides enim Megarensis Platonis ille cõtemporaneus hanc philosophiæ partem non attigit. Is autem cuius Geometriæ extant elementa, floruit sub Ptolomæo Lagi F. vita iam functo Platone. Cæterùm maiores nostri quod solum hunc in scholis Euclidem nossent, Eudoxi autem nulla litera extaret, facile adducti sunt, vt pro Eudoxo in hoc, quem assidue manibus versabant, auctorem Euclidem reponerent.

Similiter honoratus animus, &c.) Inepta & ἄκυρος. loquutio, quid si *moratus* legas? hoc est, ἀστυπολιτικός.

A quo artes meæ optime canerentur.) quæ artes? militarisne? an ea quæ ipse bello iis fretus artibus gesserat? aut potius *virtus mea caneretur* legendum est, vt apud M. Tullium pro Archia, ex quo hic sumptus est locus?

Imperator respiciens se supra ipsum cubantem) Pigh. synceram hanc negat esse lectionem, & ex duobus manuscriptis *infra* emendat: quasi consentaneum non fuerit Martium equo id temporis tantum merẽtem supra Imperatorem suum accubare. Mihi recepta non solum vera, sed etiam cõgruens lectio videtur. Consul enim, atque Imperator, aut qui alioquin dignitate præcedebat, medio in lecto, non in summo recumbere solebat. Isque locus olim non solum apud Persas & Romanos & habitus & dictus est consularis, atq; primarius, vt Plutarchus in symposiacis: sed etiam apud maiores nostros Celtas, vt apud Athenæum Posidonius prodidit. Cæteri in summo atque imo: quod siue in eodem lecto, siue in diuersis fieret, supra infraque dicebatur. Sed in summo deinceps honoratiores. Virgil.

Inde thoro pater Æneas sic orsus ab alto.

Vbi Seruius, Summus enim semper est pontificalis locus: cui ne assentiar, Festus in recensendo sacerdotum ordine facit, qui Pontificem infra omnes, & Gellius, qui & ipse supra omnes regem sacrificulum accumbere solere prodidit: nisi forte diuersus ab aliis sacerdotum ordo discumbendi fuit: de quo tamen nos alibi copiosius. In imo plerunque ipse dominus, & alioqui humiliores, itémque ridiculi & parasiti. Virgil.

Cum venit aulæa iam se regina superbis,
Aurea composuit sponda, mediámque locauit.

Vbi Seruius Mediam, inquit, qui maioris locus est. Sallust. lib. III. Histor. supremum illud apud M. Perpennam Sertorij conuiuium describens, *Igitur discubuere*, inquit, *Sertorius inferior in medio, super eum T. Fabius Hispaniensis Senator ex proscriptis: in summo Antonius, & infra Scriba Sertorij Versius, & alter scriba, Macenas in ime medius inter Tarquinium & Dominum Perpennam.* Sic enim ex Nonio emendauimus: quod ideo fecimus, quoniam à viro quodam erudito & *Ouium Perpennæ* editum sciebamus: quod autem Sallustius in summo, Plutarchus ὑπερκατακείμενος in Sertorio dixit. Nec enim adeo distantes ab inuicem lecti statuebantur, quin procliue esset ex quouis in medium transire aut pertingere. Plaut. Asinaria:

Neque illae ac illi pede pedem homini premat,
Quum surgat, neque in lectum insecndat proximum.

Itaque Sertorius facile primùm à M. Antonio suprà, hoc est in summo accubante lecto vulneratus est. Horatius,

Summus ego, & prope me Visius Thurinus, & infra
Si memini, Varius: cum Seruilio Balatrone
Vibidius, quos Mæcenas adduxerat vmbras.
Nomentanus erat super ipsum, Porcius infra,

Universidad de Deusto

Ridiculus fetas simul absorbere placentas.

Significat enim se in summo lecto medium inter Viscum supra, Varium infra accubantem discubuisse. In medio ipsum Mæcenatē inter Seruilium, & Vibidium: in imo ipsum, videlicet Nasidienum, coniuratorem inter Nomentanum nepotem, & Porcium risus gratia adhibitos. Plautus Sticho in Parasiti persona,

Haud postulo equidem summo in loco accumbere:
Scio tu medesse mi subsellij virum?

Idem Horatius,

Alter in obsequium plus æquo pronus & imi
Derisor lecti.

Suet. *Caligula, Plene in conuiuio singulas infra se vicissim collocabat, vxore supra accubante.* Tacitus lib. III. *In conuiuio*, inquit, *Germanici cum super eum Piso discumberet infestos manibus eius cibos*, &c. Omnem eximie scrupulum Plutarchus iisdem quibus in illa Perpennæ cœna in Medio scribens ad hunc modum, ὑπερκατακείμενον τῷ Μαρίᾳ τῷ ὤμῳ παπάζας ὁ Σκιπίων, τάχα δὲ καὶ τιτθεύων. hoc est, Scipio super accubantis Marij humero leuiter manu percusso, vel hunc, inquit. Cæterum verba illa, *ad rogum enim vsque gaudium exultauit*, vt aliena confiximus.

Tunc cum in Hispania aduectus, suos ab hospitibus.) Probo Pighianam editionem. *Tunc cum in Hispania aduentus suos.* Cic. act. III. in Verrem. *Quid ego aduentus prandia, cœnas, equos, munera commemorem?* & act. IIII. *Non tam suæ delectationis causa, quam ad imitationes, aduentúsque nostrorum hominum, suorum amicorum atque hospitum.* Idem in Pisonem, *Quid dicam aduentus meos? quid effusiones hominum ex oppido?*

In flumine Gelo Pigh. ex Floro *Vergello* restituit: quod flumen vbi locorum esset docere debuit. Nobis quo quoque si ariolari hac in re licet, *Cerbalo* potius vtrobique legendū videtur: qui Apuliæ, vbi *Cannæ* itidem fuerunt, amnis est, vt docet Plinius.

Iratus namque Bituito regiæ. Pigh. *Betulio* ex vetusto marmore emendauit. Mihi recepta lectio haud contemnenda vel antiquitatis nomine videtur, præsertim cum eam Athenæus lib. IIII. Gypnosophistæn agnoscat. Strabo lib. 4. Geographiæ adumbret: Florus, Orosius, Eutropius retineant.

Pro consule enim dicente. Hic locus mendo vacat, quamuis eundem Siciliæ & prætorem prius, & mox Proconsulem appellet: constétque prouinciam non proconsularem, sed Prætoriam fuisse Siciliam. Sic M. Tullius cohortem Prætoriam in Verrinis actionibus vocat quæ Cn. Carbonis Consulis fuit. vbi Asconius, *Veteres*, inquit, *omnem magistratum cui pareret exercitus Prætorem appellauerunt*, vnde & Prætorium tabernaculum eius dicitur, & in castris porta Prætoria, & hodie quoque Præfectus prætorio. Idem Tullius libro III. de Legibus, *Regio Imperio duo sunto, itique præeundo, iudicando, consulendo, Prætores, Iudices, Consules appellantur.* Sic idem Valerius libro IIII. cap. I. L. Scipionem Asiaticum scribit à Cos. in vincula duci iussum esse, cum Liuius libro XLVIII. doceat eam quæstionem L. Terentium Culleonem Prætorem exercuisse. & libro VI. cap. X. à P. Rupilio Cos. Siculos leges accepisse, cum idem Tullius IIII. in Verrem actione, Prætorem eum non Cos. Senatusconsulto de decem legatorum sententia leges in Sicilia, dedisse scribat. quamuis eundem ille etiam Consulem cum P. Popilio fuisse dicat actione VI. Sallustius de P. Lentulo. *Ita*, inquit, *ille patritius ex gente clarissima Corneliorum qui Consulare Imperium Romæ habuerat, quem paulo ante prætorem appellauit.* Nec est memoria

lapsus

lapsus Suetonius, vt quidam vir eruditus censuit, cum Quintum M. Tullij fratrem proconsulatum Asiæ administrasse scripsit, quamuis constet eum Prætorio tantum imperio ei prouinciæ præfuisse.

FINIS.

VALE

VALERII MAXIMI EXEMPLORVM MEMORABILIVM LIBER Primus.

Ad Tiberium Cæsarem Augustum.

Cic. Verrin. 1.

POPVLI Romani, exterarumq; gentium facta simul ac dicta memoratu digna, quæ apud alios latius diffusa sunt, * quàm vt breuiter cognosci possint, ab illustribus electa auctoribus deligere constituí: vt documenta sumere volentibus longæ inquisitionis labor absit. Nec mihi cuncta complectendi cupido incessit: quis enim omnis ævi gesta, modico voluminum numero comprehenderit? Aut quis compos mentis, domesticæ peregrinæq; historiæ seriem, felici superiorum stilo conditam, vel attentiore cura, vel præstantiore facundia, traditurum se sperauerit? Te igitur huic cœpto, penes quem hominum deorumq; consensus, maris ac 1

al. vt qua.

terræ regimen esse voluit, certissima salus patriæ Cæsar, inuoco: cuius cæleſti prouidentia virtutes, de quibus dicturus sum, benignissime fouentur: vitia seuerissimè vindicantur. Nam si prisci oratores ab Ioue Opt. Max. bene orsi sunt, si excellentissimi vates à numine aliquo principia
2 traxerunt: mea paruitas eò iustius ad fauorem tuum decurrerit, quod cetera diuinitas opinione
3 colligitur: tua præsenti fide paterno auitoq; sideri par videtur: quorum eximio fulgore multum ceremoniis nostris inclytæ claritatis accessit.
4 Deos enim reliquos accepimus, Cæsares dedimus. Et quoniam initium à cultu deorum petere in animo est, de conditione eius summatim disseram.

DE CVLTV DEORVM.

CAPVT I.

DE POPVLO ROMANO.

Ex Cicer. de Aruſp. reſp. Cic. de Diuin. 1. Cic. pro Balbo. Cic. Verrin. 6. Lact. Inſt. lib. 2. ca. 4.

1 Maiores nostri statas solemnesq; ceremonias, Pontificum scientia: bene gerendarum rerum auctoritates, augurum obseruatione: Apollinis prædictiones, vatum libris: portentorum depulsa, Etrusca disciplina explicari voluerunt. Prisco etiam instituto rebus diuinis opera datur, cum aliquid commendandum est, precatione: cum exposcendum, voto: cum soluendum, gratulatio

3 latione: cum inquirendum vel extis vel sortibus impetrito: cum solenni ritu peragendum, sacrifi-
2 cio. Quo etiam ostentorum, ac fulgurum denuntiationes procurantur.

Tantum autem studium antiquis non solum obseruandæ, sed etiam amplificandæ religionis fuit, vt è florentissima tum & opulentissima ciuitate, decem principum filij S. C. singulis Etruriæ populis, percipiendæ sacrorum disciplinæ gratia traderentur. Cereri quoque, quam more Græco venerari instituerant, sacerdotem à Velia, cum id oppidum nondum ciuitatis nomen accepisset, Calcitanam peterent, vel vt alij dicunt, A. V. Calliphennam: ne deæ vetusti ritus perita de- dclvj. esset antistes. Cuius cum in vrbe pulcherrimum templum haberent, Gracchano tumultu moniti Sibyllinis libris, vt vetustissimam Cererem placarent, Ennam (quoniam sacra eius inde orta A. V. credebant) decem viros ad eam propiciandam dcxx. miserunt. Item Matri deum sæpenumero imperatores nostri, compotes victoriarum susceptæ vota Pessinuntem profecti, soluerunt.

DE METELLO PONTIFICE.

Liuius 19. & 37.

Metellus vero pont. max. Postumium consulem, eundémque flaminem Martialem, ad bel- A. V. lum gerendum Africam petentem, ne à sacris dxj. discederet, multa indicta, vrbem egredi passus non est: religionique summum imperium cessit:

quòd tuto se Postumius Martio certamini commissurus non videbatur, ceremonijs Martis desertis.

DE TIBERIO GRACCHO.

Cic. de Nat. deor. 1. Feneſt. cap. 4.

Laudabile XII. faſcium religioſum obſequium, laudabilior quatuor & viginti in conſimili re obedientia: à Tiberio enim Graccho ad collegium augurum literæ ſunt ex prouincia miſſæ, quibus ſignificabat ſe, cum libros ad ſacra populi pertinentes legeret, animaduertiſſe vitio tabernaculum captum, comitijs conſularibus, quæ ipſe feciſſet, eáque re ab auguribus ad ſenatum relata, iuſſu eius C. Figulus è Gallia, Scipio Naſica è Corſica Romam redierunt, & ſe conſulatu abdicauerunt.

A. V. dxcj.

DE SACERDOTVM COLLEGIO.

Liuius 26. Plutarch. Marcello.

Conſimili ratione P. Clælius Siculus, M. Cornelius, Cethegus, & C. Claudius propter exta parùm curioſè admota aris deorum immortalium, variis temporibus, belliſq; diuerſis, Flaminio abire iuſſi ſunt, coactiq; etiam. At Sulpicio inter ſacrificandum apex è capite prolapſus ſacerdotium abſtulit.

4

A. V. dxliij.

DE Q. FABIO ET C. FLAMINIO.

Plutarch. in Marcell. Plin. lib. 8. cap. 57.

Occentus autem foricis auditus, Fabio Maxdictatu-

A. V. dxxxij.

dictaturam, C. Flaminio magiſterium equitum deponendi cauſam præbuit.

DE P. CRASSO.

Liuius 28.

Adijciendum his, quòd P. Licinio pontifici max. virgo veſtalis: quia quadam nocte parum diligens æterni ignis cuſtos fuiſſet, digna viſa eſt quæ flagro * admoueretur.

A. V. dxlvij.

al. admoneretur.

DE VIRGINE AEMILIA.

Dion. Halic. Antiq. lib. 2.

Maximæ verò virginis Æmiliæ diſcipulam, extincto igne, tutam ab omni reprehenſione Veſtæ numen præſtitit, qua adorante, cum carbaſum, quam optimam habebat, foculo impoſuiſſet, ſubito ignis emicuit.

5

6

DE MARCELLO V. COS.

Liuius 27. Plutarch. in eius vita.

Non mirum igitur ſi pro eo imperio augendo, cuſtodiendóque pertinax deorum indulgentia ſemper excubuit, quòd tam ſcrupuloſa cura, paruula quoque momenta religionis examinare videtur: quia nunquam remotos ab exactiſſimo cultu ceremoniarum oculos habuiſſe noſtra ciuitas exiſtimanda eſt. In qua cũ Marcellus quintum conſulatum gerens templum Honori, & Virtuti, Claſtidio prius, deinde Syracuſis potitus, nuncupatis votis debitum conſecrare vellet, à collegio pontificum impeditus eſt, negante vnam cellam duobus dijs rectè dicari. Futurum enim, ſi quid prodigij in ea accidiſſet, dignoſce-

A. V. dxlv.

retur vtri rem diuinam fieri oporteret: nec duobus nisi certis diis vnà sacrificari solere: Ea pontificum admonitione effectum est, vt Marcellus, separatis ædibus, Honoris ac Virtutis simulacra statueret. Neque aut collegio pontificum auctoritas amplissimi viri, aut Marcello adiecto impensæ impedimento fuit, quominus religionibus suus tenor, suaque obseruatio redderetur.

DE L. FVRIO BIBACVLO.

Lact. Diuin. instit. lib. 1. cap. 21.

A. V. dxvj. Obruitur tot etiam illustribus consularibus L. Furius Bibaculus, exemplique locum vix post Marcellum inuenit. Sed pij simul ac religiosi animi laude fraudandus non est: qui prætor à patre suo collegij Saliorum magistro iussus, sex licioribus præcedentibus, arma ancilia tulit: quamuis vacationem huius officij, honoris beneficio haberet: Omma nanque post religionem ponenda semper nostra ciuitas duxit, etiam in quibus summæ maiestatis conspici decus voluit. Quapropter non dubitauerunt sacris imperia * seruire ita se humanarum rerum * futura regimen existimantia, si diuinæ potentiæ bene atque constanter fuissent famulata.

al. deseruire.

al. velut curam gerere.

DE L. ALBINIO.

Liuius 5. Flor. 1. cap. 13.

7 A. V. ccclxiij. Quod animi iudicium in priuatorum quoque pectoribus versatum est. Vrbe enim à Gallis capta, cũ Flamen Quirinalis virgines Vestales sacra

sacra onera partito ferrent, eosque pontem Sublicium transgressas, & eluum, qui ducit ad Ianiculum, descendere incipientes, L. * Aluanius plaustro coniugem & liberos vehens aspexisset, propior publicæ religioni, quàm priuatæ charitati, suis vt plaustro descenderent, imperauit: atque in id virgines & sacra imposita, omisso cæpto itinere, Cære in oppidum peruexit: Vbi cum summa veneratione recepta, grata memoria, ad hoc vsque tempus hospitalem humanitatem testantur: Inde enim institutum est, sacra Cæremonias vocari, quia Cæretani ea, in fracto Reip. statu, perinde ac florente coluerunt. Qua re agreste illud & sordidum plaustrum, tempestiue capax cuiuslibet fulgentissimi triumphalis currus, vel æquauerit gloriam, vel antecesserit.

al. Albinius.

8

DE C. FABIO DORSONE.

Liuius 5.

Eadem reipublicæ tempestate C. Fabius Dorso memorabile exemplum seruatæ religionis dedit. Namque Gallis Capitolium obsidentibus, ne statum Fabiæ gentis sacrificium interrumperetur, Gabino ritu cinctus manibus humerisq; sacra gerens, per medias hostium stationes, in Quirinalem collem peruenit: vbi omnibus solenni more peractis, in Capitolium * post diuinam venerationem, victricum armorum perinde ac victor, redijt.

9 A. V. cclxiij. 10

al. propter.

DE Q. PETILLIO SPVRINO prætore.

Liuius 40. Plin. lib. 13. cap. 13. Plutarch. in Numa. Aug. de Ciu. Dei lib. 7. cap. 34. Lact. Instit. lib. 1. cap. 22. Vbi Q. non L. vocatur.

A. V. dlxxij. *Magna conseruandæ religionis etiam P. Cornelio, & Bæbio Pamphilo COSS. apud maiores nostros actæ curæ est. Siquidem in agro L. Petilij scribæ sub Ianiculo cultoribus terram altius versantibus, duabus arcis lapideis repertis, quarum in altera scriptura indicabat corpus* Numæ Pompilij Pomponis filij fuisse: in altera libri reconditi erant, Latini septem de iure pontificum, totidemq; Græci de disciplina sapientiæ: Latinos magna diligentia *asseruandos curauerunt: Græcos, qui aliqua ex parte ad soluendam religionem pertinere existimabantur, L. Petillius prætor Vrbanus ex auctoritate Senatus per Victimarios igne facto, in conspectu populi cremauit. Noluerunt enim prisci viri quicquam in hac asseruari ciuitate, quo animi hominum à deorum cultu auocarentur.*

11 al. Numæ Pompilij

al. obseruandos.

DE L. TARQVINIO REGE.

M. Atiliũ vocat Dionys. lib. 4. *Tarquinius autem rex M. Tullium Duumuirum, quòd librum secreta ciuilium sacrorum continentem, custodiæ suæ commissum corruptus Petronio Sabino describendum dedisset, culeo*

12 *insutum in mare abijci iussit: Idq; supplicij genus multo post parricidis lege irrogatum est. Iustiss*

Iustissimè quidem: quia pari vindicta parentum ac deorum violatio expianda est.

DE M. ATTILIO REGVLO.

Polibius & alij. Cicer. Offi. lib. 1. & in Pisonem. Hor. Carm. lib. 3. Ode 5. Lactan. Institut. lib. 5. cap. 13. Cic. Offic. 3.

Sed in his quæ ad custodiam religionis attinent, nescio an omnes M. Atilius Regulus præcesserit, qui ex victore speciosissimo, insidijs Asdrubalis, & Xanthippi Lacædemonij ducis ad miserabilem captiui fortunam deductus, ac missus ad S. P. Q. R. legatus, vt ex se & vno, A. V. cdxcviij. A. V. diij. *& sene complures Pœnorum iuuenes pensarentur: in contrarium dato consilio, Carthaginem repetijt: non ignarus ad quam crudeles, quamq;* 13 *etiam merito sibi infestos* deos reuerteretur: al. hostes *Verùm his iurauerat, si captiui eorum redditi non forent, ad eos se rediturum. Potuerunt profectò dij immortales efferatam mitigare sæuitiam: ceterum quo clarior esset Atilij gloria, Carthaginenses moribus suis vti passi sunt: tertio Punico bello religiosissimi spiritus tam crudeliter vexati, vrbis eorum interitu iusta exacturi piacula.*

DE SENATV ROMANO.

Liuius 22.

Quanto nostræ ciuitatis senatus venerabilior in Deos? qui post Cannensem cladem decreuit, ne matronæ vltra trigesimum diem luctus suos extenderent, vti ab his sacra Cereris pera- A. V. dxxxvij.

14 gi possent: quia maiore penè Romanorum virorum parte in execrabili ac diro solo iacente, nullus penates mœroris expertes erant. Itaque matres ac filiæ coniugesq́, & sorores, nuper interfectorum absterso lacrymis, depositisq́ doloris insignibus, candidam induere vestem, & aris dare thura coactæ sunt. Qua quidem constantia obtinendæ religionis, magnus cœlestibus iniectus est rubor vlterius aduersus eam sæuiendi gentem, quæ ne iniuriarum quidem acerbitate ab eorum cultu absterreri potuerat.

DE NEGLECTA RELIGIONE. CAP. II.

DE C. TER. VARRONE.

Liu. lib. 1. Secundi belli Punici. Lact. Instit. diu. lib. 2.

15 CReditum est Varronē consulem apud Cannas cum Carthaginiensibus tam infeliciter A. V. dimicasse ob iram Iunonis: quòd cum ludos Circenses ædilis faceret, in Iouis Opt. Max. templo, eximia facie puerum histrionem ad excubias tenendas posuisset: quod factū post aliquot annos memoria repetitum, sacrificijs expiatum est.

DE APPIO CAECO ET GENTE Potitia.

Liuius 9. Cic in Catone. Vlp. de Appio Claudio Digest. lib. 3.

Hercules quoque detractæ religionis suæ, & grauem & manifestam pœnam exegisse traditur.

Nam

Nam cum Potitij sacrorum eius ritum (quem pro dono genti eorum ab ipso assignatum, velut A. V. *hæreditarium obtinuerant) auctore Appio Cen-* cdxlj. *sore, ad humile seruorum ministerium transtulissent: omnes qui erant numero super XXX. puberes, intra annum extincti sunt, Nomenque Potitium in duodecim familias diuisum prope interijt. Appius verò luminibus captus est.*

DE MILITE ROMANO ET BRENNO Gallo.

Appian. Punic. Pausan. Phoc. Iustin. 24.

Acer etiam sui numinis vindex Apollo, qui A. V. *Carthagine à Romanis oppressa, veste aurea nu-* dcvij. *datus, id egit, vt sacrilegæ manus inter fragmenta eius absciss æ inuenirentur. Brennus* 16 *Gallorum dux Delphis Apollinis templum ingressus, Dei voluntate in se manus vertit.*

DE P. TVRVLLIO.

Dio. Hist. 51. Lact. Inst. lib. 2. c. 8 Idem fortasse qui Thuranius ab Appiano vocatur lib. 4.

Nec minus efficax vltor contemptæ religio- A. V. *nis filius quoque eius Æsculapius, qui conse-* dccxxiij. *cratum templo suo lucum à Turullio præfecto* 17 *Antonij, ad naues ei faciendas, magna ex parte succisum, dolens, inter ipsum nefarium ministerium deuictis partibus Antonij, imperio Cæsaris destinatum morti Turullium, manifestis numinis sui viribus eum in lucum, quem violauerat, traxit: effectiq́ Deus, vt ibi potissimum à militibus Cæsarianis occisus, eodem exitio, & euersis*

iam

al. superstitibus. iam arboribus pœnas, lueret, & adhuc * superantibus, impunitatem consimilis iniuriæ pareret: suamq; venerationem, quam apud colentes maximam semper habuerat, multiplicaret.

DE Q. FVL. FLACCO CENS.

Liuius 42. Lactant. lib. 1. cap. 8.

A. V. dlxxix. Quintus autem Flauius Flaccus impunè non tulit, quòd in censura tegulas marmoreas, ex Iunonis Laciniæ templo in ædem Fortunæ Equestris, quam Romæ faciebat, transtulit. Negatur enim post hoc factum, mente constitisse: quin etiam per summam ægritudinem animi expirauit, cùm ex duobus filijs in Illirico militantibus, alterum decessisse, alterum grauiter audisset, af-
al. causa. fectum. Cuius * casu motus senatus, tegulas illico
18 reportandas curauit: decretiq; circunspectissima
19 sanctione impium opus censoris retexuit.

DE Q. PLEMINIO.

Liu. 29. & 34.

A. V. dxlix. Tam mehercule, quàm Q. Pleminij legati Scipionis in thesauro Proserpinæ spoliando sceleratam auaritiam iusta animaduersione vindicauit cum enim vinctum Romam protrahi iussisset, is ante causæ dictionem in carcere teter-
20 al. mortis rimo genere * morbi consumptus est: pecuniam Dea eiusdem senatus imperio, & quidem summam duplicando, recuperauit.

EX

EXTERNA.

DE PYRRHO EPYROTARVM rege.

Liuius 29. Lact. Instit. lib. 2 cap. 8.

Quod quidem ad Pleminij facinus pertinuit, 21
bene à patribus conscriptis vindicatū est. Quod
ad violentas regis Pyrrhi sordeis attinuerat, A. V.
seipsam potenter atque efficaciter Dea defendit. dlxxviij
Coactis enim Locrensibus ex thesauro eius, magnam illi pecuniam dare: cum onustus nefaria præda nauigaret, vi subitæ tempestatis tota cum classe vicinis Deæ littoribus illisus est: in quibus pecunia incolumis reperta, sanctissimi thesauri custodiæ restituta est.

DE MASSANISA.

Ex Ciceronis Verrin. 6.

At non similiter Massanisa rex, cuius cùm 22
præfectus classis Melitam appulisset, * eaq; fano al. & eque
Iunonis denteis eburneos eximiæ magnitudinis ex.
sublatos, ad eum pro dono attulisset: vt comperit vnde aduecti essent, quinqueremi reportandos Melitam, inq; templo Iunonis collocandos curauit, insculptos gentis suæ literis, significantibus regem ignorantem eos accepisse & libenter Deæ reddidisse. Factum Massanisæ plus animo, 23
quàm Punico sanguini conueniens: quamquam
quid attinet mores natione * pendi? in media perpẽdi.
barbaria ortus, sacrilegium rescidit alienum.

DE

DE DIONYSIO SICVLO.

Ex Ciceronis de Nat.deor.lib.3. Ælian.hist. Var.lib.1. Lact.lib.2. Instit.cap.4. Vide Iustinum lib.20. in fine.

Syracusis Dionysius genitus, tot sacrilegia sua, quot tam recognoscimus, iocosis dictis prosequi voluptatis loco duxit: fano enim Proserpinæ spoliato Locris, cum per altum, secundo vento classe veheretur, ridens amicis, Videtisne, ait, quàm bona nauigatio ab ipsis dijs immortalibus sacrilegis tribuatur? Detracto etiam Iouis Olympio magni ponderis aureo amiculo, quo eum tyrannus * *Hiero è manubijs Carthaginensium ornauerat, iniectoq; ei laneo pallio, dixit, æstate graue amiculum aureum esse, hieme frigidum: laneum autem ad vtrumque tempus anni aptius.*

21. Gelo.

24 *Idem Epidauri, Æsculapio barbam auream demi iussit: quòd affirmaret, non conuenire patrem Apollinem imberbem, ipsum barbatum*

25 *conspici. Idem mensas argenteas, atque aureas è fanis sustulit: quodq; in his more Græciæ scriptum erat, bonorum deorum eas esse, vti se bonitate eorum prædicauit. Idem victorias aureas, pateras, & coronas, quæ simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, tollebat, & eas se accipere, non auferre, dicebat: perquam stultum esse argumentando, quibus bona precamur, ab his porrigentibus nolle sumere. Qui tametsi debita supplicia non exoluit, dedecore tamen filij, mortuus pœnas rependit, quas viuus effugerat.*

LEN

LENTO enim gradu ad vindictam sui diuina procedit ira: tarditatemq; supplicij grauitate compensat.

DE THYMASITHEO.

Liuius 5. Plutarch. in Camillo.

In quam ne incideret Thymasitheus Liparitanorum princeps, consilio sibi pariter, atque 26 A. V. ccclix.
vniuersæ patriæ, vtili prouidit exemplo: Excepta namque in freto à ciuibus suis piratica exercentibus magni ponderis aurea cratera, incitatoq; ad eam partiendam populo, vt comperit à Romanis Pythio Apollini decimarum nomine dicatam, manibus venundantium ereptam Deo Delphos perferendam curauit.

DE ALEXANDRI MILITIBVS.

Lactant. Instit.lib.2.cap.8.

Milesia Ceres, Mileto ab Alexandro capta, milites qui templum spoliaturi irruperant, flamma obiecta priuauit oculis.

DE PERSIS.

Herodot. lib. 7.

Persæ mille nauium numero Delum compul- 27
si, templo Apollinis irreligiosas potius manus quàm rapaces adhibuerunt.

DE ATHENIENSIBVS.

Cic.de Nat.Deor.1. Suid. Ælian.Var.hist.2. Plato in Apolog. & Apuleius & Xenophon in ἀπομνημονευμάτων libris.

Athenienses Diagoram philosophum pepulerunt, quia scribere ausus fuerat, primum ignorare se, an dij essent: deinde si sint, quales sint:

Idem

Iidem Socratem damnauerunt, quòd nouam religionem introducere videbatur. Iidem Phidiam tulerũt, quamdiu is marmore potius quàm ebore Mineruam fieri debere dicebat, quod diutius nitor esset mansurus: sed vt adiecit, & vilius, tacere iusserunt.

DE DIOMEDONTE.

Vide lib. 3. cap. 8. de constantia Socratis.

Diomedon vnus ex decem ducibus, qui Arginusæ eadem pugna Athenienſibus victoriam, ſibi verò damnationem pepererunt: cum iam ad non meritum ſupplicium ducerẽtur, nihil aliud locu-
28 *tus est, quàm vt vota pro incolumitate exercitus*
29 *ab ipſo nuncupata ſoluerentur.*

DE SIMVLATA RELIGIONE CAP. III.

DE NVMA POMPILIO.

Liuius 1. Plutar. Dionyſ. & alij Cic. lib. 1. de legib. Ouid. Faſtorũ 3. Lact. Inſt. lib. 1. cap. 22.

A. V. xxxix. circiter. 1

NVma Pompilius, vt populum Romanum ſacris obligaret, volebat videri ſibi cum dea Ægeria congreſſus eſſe nocturnos: eiúſque monitu accepta dijs immortalibus ſacra inſtituere.

DE P. SCIP. AFRICANO.

Liu. 26. Quint. 2. cap. 4.

A. V. dxlij. *Scipio Africanus non antè ad negotia publica, vel priuata ibat, quàm in cella Iouis Capitolini moratus eſſet: & ideò Ioue genitus credebatur.*

DE

DE L. COR. SVLLA.

Plutarch. Front. 1. cap. 11.

A. V. dclxxj. *L. Sulla quoties prælium committere deſtinabat, paruum Apollinis ſignum Delphis ſublatum, in conſpectu militum complexus, orabat vti promiſſa maturaret.*

DE Q. SERTORIO.

Plutarch. in Sertorio, Front. cap. 11. lib. 1. Gell. lib. 15. cap. 22. Oroſius lib. 5. cap. 22.

A. V. dclxxiij. *Q. Sertorius per aſperos Luſitaniæ celles ceruam albam trahebat: ab ea ſe, quænam aut agenda, aut vitanda eſſent, prædicans admoneri.*

EXTERNA.

DE MINOE.

Plato in Minoë Diodorus Siculus lib. 2. Lact. Inſt. lib. 1. cap. 22.

Minos Cretenſium rex nono quoque anno in quoddam prærltum, & vetuſta religione conſecratum ſpecus ſecedere ſolebat: & in eo moratus, tanquam à Ioue, quo ſe ortum ferebat, traditas ſibi leges prærogabat.

DE PISISTRATO.

Herod. 1.

*Piſiſtratus in recuperanda tyrannide, quam amiſerat, ſimulatione reducentis ſe in arcem Mineruæ eſt vſus: cùm per oſtentationem ignotæ mulieris, quæ * Phya vocabatur, formatæ* Ero. alias *ad habitum Deæ, Athenienſes deciperet.*

DE LYCVRGO.

Herod. 1. Plutarch.

Lycurgus consilio Apollinis grauissimæ Lacedæmoniorum ciuitati leges compositas ferre se persuasit.

DE ZALEVCO.

Suidas & Cic. de leg. 2. Ælian. Var. hist. 2.

Zaleucus sub nomine Mineruæ apud Locrenses prudentissimus habitus est.

DE PEREGRINA RELIGIONE. CAP. IIII.

DE SENATV ROMANO.

Liuius 39. Sabellicus Ænead. lib. 5.

1 *Bacchanalium sacrorum mos nouus institutus, cùm ad perniciosam vesaniam iretur, sublatus est. Lutatius, qui primum Punicum bellum confecit, à senatu prohibitus est sortes Fortunæ Præneſtinæ adire: Auspicijs enim patrijs, non alienigenis remp. administrari oportere iudicabant.*

A. V. dlxvij. A. V. dxj.

DE C. CORNELIO.

*C. Cornelius Hispallus prætor peregrinus M. Popillio Lænate, Cn. Calpurnio COSS. edicto Chaldæos intra decimum diem abire ex Vrbe, atque Italia iussit: leuibus & ineptis ingenijs, fallaci siderum interpretatione, quæstuosam mendacijs suis caliginem * injicientes. Idem.*

A. V. dcxiv.

2 *qui Sabazij Iouis cultu simulato mores Romanos insi-*

inficere conati sunt, domos suas repetere coëgit.

DE L. AEMILIO PAVLLO.

L. Æmilius Paulus consul, cum senatus Isidis & Serapis fana diruenda censuisset, eáque nemo opificum attingere auderet, posita prætexta securim arripuit, templique eius foribus infixit.

A. V. dxxxiv.

DE AVSPICIIS. CAP. V.

DE ATTIO NAVIO.

Liuius 1. Cic. Diuin. 1. & de Natura Deorũ. Dionys. lib. 3, Antiquit. Florus Plinius de viris illustribus in vita Tarquinij. Feneſt. cap. 4. Lact. Inst. lib. 2 cap. 8.

LVcius Tarquinius Rex centurijs equitum 1
quas Romulus auspicato cõscripserat, alias, adijcere cupiens cum ab Attio Nauio augure prohiberetur, offensus interrogauit, Possétne fieri, quod ipse mente conceperat. Posse fieri dicente, iussit nouacula cotem discindi. Qua Attius allata, administrato incredibili facto, effectum suæ professionis oculis regis subiecit. 2 3

A. V. cxl. circiter.

DE TI. GRACCHO.

Plutarch.

Tiberius Gracchus, cùm ad res nouas pararetur, auspicia domi prima luce petijt: quæ illi perquam tristia responderunt. Nam ianua egressus, ita pedem offendit, vt digitus ei decuteretur: tres deinde eorum in eum aduersum oc-

A. V. dcxx.

eminentes, partem tegulæ decussam ante ipsum propulerunt. Quibus omnibus contemptis, à Scipione Nasica pontifice maximo decussus Capitolio, fragmento subsellij ictus procubuit.

DE P. CLAVDIO PVLCHRO, & L. Iunio Pullo.

Polyb. 1. Cic. Diuin. 1. & 2. & de Nat. deor. 2.

A. V. diiij. Publius Claudius bello Punico primo, cùm prælium nauale committere vellet, auspiciáque more maiorum petijsset, & pullarius non exire cauea pullos nuntiasset, abijci eos in mare iussit, dicens, Quia esse nolunt, bibant. Et L. Iunius P. Claudij collega neglectis auspicijs, classem tempestate amisit. Quorum ille populi iudicio concidit, damnationisq; hic ignominiam voluntaria morte præuenit.

DE METELLO.

Liuius 19. Dionys. 3.

A. V. dxij. Cum Metellus pontif. Maximus, Tusculanum peteret, corui duo in os eius aduersum veluti iter impedientes aduolauerunt: vixq; extuderunt, vt domum rediret. Insequente nocte ædes Vestæ arsit: quo incendio, Metellus inter ipsos ignes raptum Palladium incolume seruauit.

DE M. CICERONE.

Plutarch. Apian, ciuil. 4.

A. V. dccx. Marco Ciceroni mors imminens auspicio prædicta est: cùm enim in villa Caietana esset, corvus in cõspectu eius horologij ferrum loco motum excus-

sit, & protinus ad ipsum tetendit, ac laciniam togæ eo vsque morsu tenuit, donec seruus ad occidendum eum milites venisse nuntiaret.

DE M. BRVTO.

Plutarch. in Bruto, Dion. lib. 47. Apian. lib. 4. Ciu. belli, Florus lib. 4. cap. 6.

Marcus Brutus cùm reliquias exercitus sui aduersus Cæsarem & Antonium eduxisset, duæ aquilæ ex diuersis castris aduolauerunt, & edita inter se pugna, ea quæ à parte Bruti fuerat, malè multata fugit. A. V. dccxj.

EXTERNA.

DE ALEXANDRO MAGNO.

Plutarch. Curtius 4. Arrianus lib. 3. & de Dinocrate Vitruuius.

Cùm rex Alexander vrbem in Ægypto constituere vellet, architectus Dinocrates cùm cretam non haberet, polentáque futuræ vrbis lineamenta duxisset, ingens auium multitudo proximo lacu emersa, polentam depasta est: quod sacerdotes Ægyptiorum interpretati sunt, aduenarum frequentia, alimentis suffecturam vrbem. A. V. cdxx.

DE REGE DEIOTARO.

Cic. diuin. 1. & 2.

Deiotaro vero regi omni fere auspicatò gerenti salutaris aquilæ conspectus fuit: qua visa, abstinuit se ab eius tecti vsu, quod nocte insequenti, ruina solo æquatum est. A. V. dcc. circiter.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE OMINIBVS.

CAP. VI.

OMinum etiam obseruatio contactu aliquo religionis innexa est: quoniam non fortuito motu, sed diuina prouidentia constare creditur.

DE PATRIBVS CONSCR.

Liuius 5. Cicero de Natura Deorum.

A. V. cclxiij. 1 *Quæ effecit, vt Vrbe à Gallis diuecta, deliberantibus P. C. vtrum Veios migrarent, an sua mœnia reßituerent, fortè eo tempore è præsidio cohortibus redeuntibus, centurio in Comitio exclamaret, Signifer, statue signum, hic optimè manebimus. Ea enim voce audita, senatus se accipere omen respondit eueßigióque Veios transeundi consilium omisit. Quàm paucis verbis de domicilio futuri summi imperij confirmata est conditio. Credo indignum dijs existimantibus, prosperis auspicijs Romanum nomen ortum, Veientanæ vrbis appellatione mutari: inclytæq; victoriæ decus modò abiectæ vrbis ruinis infundi.*

DE CAMILLO.

Liuius 5. Plutarch.

A. V. cclxvij. *Huius tam præclari operis auctor Camillus, cùm esset precatus, vt si cui deorum nimia felicitas populi Rom. videretur, eius inuidia, suo aliquo incommodo satiaretur, subito lapsu decidit: quod omen ad damnationem, qua postea oppressus est, pertinuisse visum est. Meritò autem de laude*

laude inter se, victoria, & pia precatio amplissimi viri certauerunt: æquè enim virtutis & est bona patriæ auxisse, & mala in se transferri voluisse.

DE L. AEMILIO PAVLO.

Cic. Diuin. 1. Plutarch. in Æmilio, Iust. lib. 33. Seru. Æneid. 7.

A. V. dxxcv. *Quid illud, quod L. Paulo consuli euenit, quàm memorabile? cum ei sorte euenisset vt bellum cum rege Persæ gereret, & domum è curia regressus, filiolam suam nomine Tertiam, quæ tum erat admodum parvula, osculatus, tristem animaduerteret: interrogauit, quid ita eo vultu esset. quæ respondit, Persam periisse. decesserat autem catellus, quem puella in deliciis habuerat, nomine Persa. Arripuit igitur omen Paulus, * eóq; fortuito dicto, quasi spem certam* al. éxque. *clarißimi triumphi animo præsumpsit.*

DE CAECILIA METELLI.

Cicer. Diuin. 1.

A. V. dcxxij. circiter. *At Cæcilia Metelli dum sororis filiæ, adultæ ætatis virgini, more prisco, nocte concubia nuptialia petit, omen ipsa fecit. Nam cùm in sacello quodam eius rei gratia aliquandiu persedisset, nec vlla vox proposito congruens esset audita, fessa longa standi mora puella, rogauit materteram, vt sibi paulisper locum residendi accommodaret: cui illa, Ego vero, inquit, libenter tibi * mea sede cedo. Quod dictum ab indul-* al. meam sedem. *gentia profectum, ad certi ominis processit euen-*

tum: quoniam Metellus non ita multò post mortua Cæcilia, virginem, de qua loquor, in matrimonium duxit.

DE C. MARIO.

Plutarch. Cic. in Orat. pro Sestio.

A. V. dclxv. Caio autem Mario obseruatio ominis proculdubio saluti fuit, quo tempore hostis à senatu iudicatus, in domum Fanniæ Minturnis custodiæ causa deductus est: Animaduertit enim asellum, cum ei pabulum obijceretur, neglecto eo, ad aquam procurrentem. Quo spectaculo, deorum prouidentia quod sequeretur, oblatum ratus, alioquin etiam interpretandarum religionum peritissimus, à multitudine, quæ ad opem illi ferendam confluxerat, impetrauit vt ad mare perduceretur: Ac protinus nauiculam conscendit: eáque in Africam peruectus, arma Sullæ victricia effugit.

DE POMPEIO MAGNO.

A. V. dccv. Pompeius verò Magnus in acie Pharsalica victus à Cæsare, fuga quærens salutem, cursu in insulam Cyprum (vt aliquid in ea virium contraheret) classem direxit: appellensque ad oppidum Paphum, conspexit in littore speciosum ædificium: gubernatorémque interrogauit, quod ei nomen esset: qui respondit κακοβασιλέα vocari: quæ vox spem eius, quantulacunque restabat, comminuit. Neque id dissimulanter tulit, auertit enim oculos ab illis tectis, ac dolorem, quem ex diro omine conceperat, gemitu patefecit.

DE

DE BRVTO.

Plutarch. Vide Dion. 47.

A. V. dccx. Marci etiam Bruti dignus, admisso parricidio, euentus omne designatus est: si quidem post illud nefarium opus, natalem suum celebrans, cùm Græcum versum expromere vellet, ad illud potissimum Homericum referendum animo tetendit,

Ἀλλά μι μοῖρ' ὀλοὴ καὶ λητὸς ἔκπεσον υἱος. Iliad. 16.

Qui Deus Philippensi acie, à Cæsare & Antonio signo datus, in eum tela conuertit.

DE C. CASSIO.

Dion. lib. 47.

A. V. dccx. Consentaneo vocis iactu C. Cassij autem fortuna peruellit: quem orantibus Rhodys, ne ab eo cunctis deorum simulacris spoliarentur, Solem à se relinqui respondere voluit: vt rapacissimi victoris insolentiam, dicti tumore pertraheret, abiectúmque Macedonica pugna, non effigiem Solis, quam tantummodo supplicibus cesserat, sed ipsum Solem re vera relinquere cogeret. 4

DE Q. PETILLIO.

Liuius 41. Frontin. Stratag. 4. cap. 2.

A. V. dlxxvj. Annotatu dignum illud quoque omen sub quo Petilius consul in Liguria bellum gerens occidit. Nam cum montem, cui Leto cognomen erat oppugnaret: interq; adhortationem militum dixisset, Hodie ego Letum vtique capiam: inconsideratius præliando, fortuitum, iactum

vocis leto suo confirmauit.

EXTERNA.

DE PRIENENSIBVS.

Adjci nostris duo eiusdem generis alienigenæ exempla non absurdè possunt. Samij Prienensibus auxilium aduersus Caras implorantibus, arrogantia instincti, pro classe & exercitu cymbulam eis derisus gratia miserunt. Quam illi velut diuinitus datum præsidium interpretati, libenter acceptam, vera fatorum prædictione, victoriæ ducem habuerunt.

DE APOLLONIATIS.

Vide Strabonem 7. Plin. lib. 3. cap. 23.

Epidamnium est Dyrachium & flumē vocatur Aous & Aeas.

Neque Apolloniatæ quidem pœnitentiam egerunt, quod cum bello Illyrico pressi Epidamnios, vt sibi opem ferrent, orassent: atque illi flumen vi inum mœnibus suis nomine Æantem in adiutorium se mittere dixissent. Accipimus quod datur, responderunt: eique primum in acie locum, perinde ac duci assignauerunt. Ex inspe-
6 *rato enim superatis hostibus, successum suum in omen acceptum referentes, ex tunc Æanti vt Deo immolauerunt, & deinceps in omnibus*
7 *prælijs vti ducem constituerunt.*

DE PRODIGIIS.

CAP. VII.

1 PRodigiorum quoque, quæ aut secunda, aut aduersa acciderunt, debita proposito nostro relatio est.

DE SERVIO TVLLIO.

Liuius 1. Dionys. 3. Flor. 1. c. 6. Plin. de vir. illust. Solin. c. 2 Plut. prob. 7. 105. Ouid. 6. fast.

Sermo Tullio etiam tum puerulo dormienti, circa caput flammam emicuisse domestici oculi annotauerunt. Quod prodigium Prisci Tarquinij regis vxor Tanaquil admirata, Seruium seruia natum, in modum filij educauit, & ad regium fastigium euexit. A. V. cl. circiter.

DE L. MARCIO.

Liui. 25. Polyb. Fron. lib. 2. cap. 10.

Æque felicis euentus illa flamma, quæ ex L. Marcij ducis duorum exercituum, quos interitus Publij & Cnei Scipionum in Hispania debilitauerat, capite concionantis eluxit. Namque eius aspectu pauidi adhuc milites, pristinam recuperare fortitudinem admoniti, octo & triginta millibus hostium cæsis, magnóque numero in potestatem redacto, bina castra Punicis opibus referta ceperunt. A. V. dxlj. Vide lib. 8. cap. 26.

DE POP. ROM. AC VEIENTIBVS.

Liuius 5. Plutarch. Camillo Cic. de Diuinat.

Item cùm bello acri & diutino Veientes à Romanis intra mœnia compulsi, capi non possent, eaq; mora non minus obsidentibus, quàm obsessis intolerabilis videretur, exoptatæ victoriæ iter miro prodigio dij immortales patefecerunt. Subitò enim Albanus lacus, neque cælestibus imbribus auctus, neque inundatione vllius amnis adiutus, solitum stagni modum excessit: A. V. cccl vj.

cuius rei explorandæ gratia, legati ad Delphi-
Apollinē al. cum * oraculum missi, retulerunt præcipi sorti-
bus, vt aquam lacus eius emissam, per agros dif-
funderent: sic enim Veios in potestatem populi
Romani venturos. Quod prius quàm legati re-
nuntiarent, aruspex Veientium à milite nostro
(quia domestici interpretes deerant) raptus, &
in castra perlatus futurum dixerat. Ergo sena-
tus duplici prædictione monitus, eodem penè
tempore & religioni paruit, & hostium vrbe
potitus est.

DE L. SVLLA.

Cic. Diuin. 1.

A. V. dclxiv. Nec parum prosperi successus est, quod se-
quitur. L. Sulla Procos. sociali bello cùm in agro
Nolano, anno ante prætorium immolaret, subito ab
ima parte aræ prolapsam anguem prospexit.
Qua visa, Postumi aruspicis hortatu continuò
exercitum in expeditionem eduxit, ac fortissi-
ma Samnitum castra cepit. Quæ victoria futu-
ræ eius amplissimæ potentiæ gradus & funda-
mentum extitit.

DE PRODIGIIS QVAE POP. R. euenêre diuersis temporibus.

Liuius 3. Dionys. 10. Plin. 2. cap. 56. Liuius 21.
22. & 27. Plutarch. Fabio.

A. V. ccxcij. Præcipuæ admirationis etiam illa prodigia,
quæ P. Volumnio, Ser. Sulpitio COSS. in
Vrbe nostra inter initia, motusq; bellorum acci-
derunt. Bos nanque, mugitu in sermonem hu-

manum conuerso, nouitate monstri, audientium
animos exterruit. Carnis quoque in modum
nimbi dissipatæ partes ceciderunt: quarum ma-
iorem numerum præpetes diripuerunt aues, re- 4
liquum humi per aliquot dies, neque odore te-
tro, neque deformi aspectu mutatum iacuit.

Eiusdem generis monstra alio tumultu cre- A. V.
dita sunt: Infantem semestrem in foro Boario dxxxvj.
triumphum proclamasse. Alium cum elephan- 5
tino capite natum. In Piceno lapidibus pluisse. A. V.
In Gallia lupum vigili è vagina gladium abstu- dxliv.
lisse. In Sicilia scuta duo sanguinem sudasse. A. V.
Etiam metentibus apud Antium cruentus spicas dxxxvj.
in corbem decidisse. * Cerites aquas sanguine 6
mistas fluxisse. Bello etiam Punico secundo cõsti- al. Cære-
tit Cn. Domitio bouem dixisse, Caue tibi Roma. te.

DE C. FLAMINIO.

Liuius 22. Plutarch. Fabio.

Caius autem Flaminius cùm in auspicato A. V.
consul creatus, apud lacum Trasimenum, cum dxxxvj.
Annibale conflicturus, conuelli signa iuberet,
lapso equo, super caput eius humi prostratus est:
Nihilq; eo prodigio inhibitus, signiferis negan-
tibus signa moueri sua sede posse, Malum ni ea
continuò effodissent, minatus est. Verum huius
temeritatis, vtinam sua tantum, non etiam pop.
Rom. maxima clade pœnas pependisset. In ea
namque acie XV. millia Romanorum cæsa, VI.
millia capta, X. millia fugata sunt. Consulis ob-

strun

truncati corpus ad funerandum ab Annibale quæsitum est: qui quantum in ipso fuerat, Romanum sepelierat impersum.

DE C. HOSTILIO MANCINO.

Liuius 55. Iul. Obseq.

A. V. dcxvj. Flaminij autem præcipitem audaciam C. Hostilius Mancinus vesana perseuerantia subsequitur: cui consuli in Hispaniam ituro hæc prodigia acciderunt. Cum Laurinij sacrificium facere vellet, pulli cauea emissi in proximam siluam fugerunt, summaq; diligentia quæsiti reperiri nequiuerunt. Cumque ab Herculis portu, quò pedibus peruenerat, nauem conscenderet, talis vox sine vllo auctore ad aures eius peruenit, Mancine mane. Qua territus, cum timere conuerso Genuam petisset, & ibi scapham essat ingressus, anguis eximiæ magnitudinis visus è conspectu abyt: Ergo numerum prodigiorum numero calamitatum æquant, infelici pugna, turpi fœdere, deditione funesta.

DE T. GRACCHO.

Liuius 55.

A. V. dxlj. Minus miram in homine parum considerato temeritatem Ti. Gracchi grauissimæ ciuis trisiis exitus, & prodigio denuntiatus, nec eo tatus consilio, facit. Procos. enim cum in Lucanis sacrificaret, angues duo ex occulto prolapsi, repentè hostiæ, quam immolauerat, adeso iecinore, in easdem latebras se retulerunt: Ob id deinde factum, instauratio sacrificio, idem prodigij euenit. Tertia

Tertia quoque cæsa victima, diligentiúsque asseruatis extis, neque allapsus serpentum arcere, neque fuga impediri potuit. Quod quamuis aruspices ad salutem Imperatoris pertinere dixissent, Gracchus tamen non cauit, ne perfidi hostis sui Flauij insidijs, in eum locum deductus, in quo Pœnorum dux Mago cum armata manu delituerat, inermis occideretur.

DE M. MARCELLO.

Liui. 23. Plutar. in vita Marcelli. Plin. lib. 11. Liuius 27. Plutarch.

Et consulatus collegium, & erroris societas, & par genus mortis à Ti. Gracchio, ad Marcelli memoriam me trahit. Is captarum Syracusarum, & Annibalis ante Nolana mœnia à se primum fugere coacti, gloria inflammatus, cùm summo studio niteretur vt Pœnorum exercitum aut in Italia prosterneret, aut Italia pelleret: solemniq; sacrificio voluntates deorum exploraret: quæ prima hostia ante foculum decidit, eius iecur sine capite inuentum est: proxima caput iecinoris duplex habuit. Quibus inspectis aruspex tristi vultu, non placere sibi exta, quæ prima tam tristia, secunda nimis læta apparuissent, respondit. Ita monitus M. Marcellus nequid temerè conaretur: insequenti nocte speculandi gratia cum paucis egredi ausus, à multitudine hostium in Bruciis circumuentus, æquè magnum dolorem ac detrimentum patriæ, interitu suo attulit.

A. V. dxxxix. A. V. dxlv. 8

DE

DE OCTAVIO COS.

Plutarch. in Mario.

A. V. dclxvj. *Iam & Octauius consul dirum omen quemadmodum timuit, ita vitare non potuit: Ex simulacro enim Apollinis per se abruto capiter & ita infixo humi vt euelli nequiret, armis à collega suo Cinna dissidens, præsumpsit animo ea re significari exitum suum. In quod metus augurij tristi fine vitæ incidit: ac tum demum immobile Dei caput terra refigi potuit.*

DE M. CRASSO.

Plutarch. Dionys. lib. 40. Appian. in Parthica

9 *Non sinit nos M. Crassus inter grauissimas nostri imperij iacturas numerandus, hoc loco de se silentiũ agere: plurimis & euidentissimis antè tantam ruinam monstrorum pulsatus ictibus.*

A. V. dcc. *Ducturus erat à Cerris aduersus Parthos exercitum, ei pullum traditum est paludamentum cùm in prælium exeuntibus album aut purpureum dari soleret: Mœsti & taciti milites ad principia conuenerunt, qui vetere instituto cum clamore alacri accurrere debebant: Aquilarum altera vix conuelli à primipilo potuit: altera ægerrimè extracta in contrariam, ac ferebatur partem seipsa conuertit. Magna hæc prodigia: sed & illæ clades aliquantò maiores: tot pulcherrimarum legionum interitus, tam multa signa hostilibus intercepta manibus, tantum Romanæ militiæ decus Barbarorum obtritum equitatu: optimæ indolis filij cruore paterno respersi oculi corpus*

corpusq; imperatoris inter promiscuas cadauerum strues, auium ferarúmque laniatibus abiectum. Vellem equidem placidius, sed quod relatu verum est. Sic dij spreti excandescunt: sic humana consilia castigantur, vbi se cælestibus præferunt. 10

DE CN. POMPEIO.

Lucan. Iul. obseq. Dio. lib. 41. Veg. de re milit. Cæsar 3. belli ciuilis.

Cn. etiam Pompeium Iupiter omnipotens abundè monuerat, ne cum C. Cæsare vltimã belli fortunam experiri contenderet. Egresso à Dyrrhachio aduersa agmina eius fulmina iaciens, A. V. dccv. *examinibus apum signa obscurando, subita tristitia implicatis militum animis, nocturnis totius exercitus terroribus, ab ipsis altaribus hostiarum fuga: sed inuictæ leges necessitatis, pe-* 11 *culus alioquin ab amentia remotum, prodigia ista iuxta æstimatione perpendere passæ non sunt. Itaque dum ille eleuat auctoritatem amplissimam, & opes priuato fastigio excelsiores, omniaq; ornamenta, quæ ab incunte adolescentia ad inuidiam vsque contraxerat, spatio vnius diei confregit. Quo constat in delubris deum sua sponte signa conuersa: militarem clamorem, strepitúmque armorum, adeò magnum Antiochiæ, & Ptolemaide auditum, vt in muros concurreretur: sonum tympanorum Pergami abditis delubris editum: palmam viridem Trallibus in æde Victoriæ, sub Cæsaris statua inter*

coagmenta lapidum iustæ magnitudinis enatam. Quibus apparet cælestium numen, & Cæsaris gloriæ fauisse, & Pompeij errorem mulcere voluisse.

DE IVLIO CAESARE.

Cic. Diuin. 1. Suet. & Obseq. Plin. lib. 11. cap. 38. Plut. in vita Cæsaris.

Tuas aras, tuaq; sanctissima templa, Diue Iuli, veneratus oro, vt propitio ac fauenti numine tantorum casus virorum sub tui exempli A. V. dcciz. præsidio, ac tutela delitescere patiaris. Te enim accepimus, eo die quo purpurea veste velatus aurea in sella consedisti, ne maximo studio senatus exquisitum, & delatum honorem spreuisse videreris: prius quàm exoptatum ciuium oculis conspectum tui offerres, cultui religionis, in quam mox eras transiturus: vacasse: mactatoq; opimo boue cor in extis non reperisse: ac responsum tibi à Spurina aruspice, pertinere id signum ad vitam & consilium tuum, quòd vtraque hæc corde continerentur: Erupit deinde eorum paracidium qui dum te hominum numero subtrahere volunt, deorum concilio adiecerunt.

EXTERNA.

Claudatur hoc exemplo talium ostentorum domestica relatio, ne si viterius Romana apprehendero, è cœlesti templo ad priuatas domos, non consentaneos vsus trantulisse videar. Attingam igitur externa: quæ Latinis inserta literis, vt auctoritatis minus habent, ita aliquid gratæ

gratæ varietatis afferre possunt.

DE XERXE.

Herod. 7.

In exercitu Xerxis, quem aduersus Græciam contraxerat, equæ partu leporem editum constat, eodem montem Athon vix tandem transgresso. Quo genere monstri tanti apparatus * significatus est euentus. Nam qui mare classibus, terram pedestri operuerat exercitu, vt fugax animal, pauido regressu regnum suum repetere est coactus. Prius quàm Athenas deleret. Lacedæmonis inuadendæ consilium agitanti, admirabile inter cœnam prodigium incidit. Infusum namque pateræ eius vinum, in sanguinem nec semel, sed iterũ & tertio conuersum est. Qua de re consulti Magi, monuerunt vt ab incæpto abstineret: & si quod vestigium in vecordi pectore sensus fuisset, cauere potuisset ante de Leonida & Spartanis abundè monitus. 12 al. signatus. 13

DE MIDA.

Cic. Diuin. 1.

Midæ vero, cuius imperio Phrygia fuit subiecta, puero dormienti formicæ in os grana tritici congesserunt. Parentibus deinde eius, quorsum, prodigium tenderet explorantibus, augures responderunt, omnium illum mortalium futurum ditissimum. Nec vana prædictio extitit: nam Midas cunctorum penè regum opes, abundãtia pecuniæ anteceßit: infantiæq; incunabula 14

Universidad de Deusto
Biblioteca

vtili deorum munere donata, onustis auro, atque argento gazis pensauit.

DE PLATONE.

Cic. Diuin. 1.

Formicis Midæ, iure meritóque apes Platonis prætulerim: ille enim caducæ ac fragiles, hæ solidæ & æternæ felicitatis indices extiterunt, dormientis in cunis paruuli labellis mel inferendo. Qua re audita, prodigiorum interpretes singularem eloquij suauitatem ore eius emanaturam dixerunt. At mihi quidem illæ apes non montem Hymetum thymi flore redolentem, sed musarum Heliconios colles omni genere doctrinæ verentes, dearum instructu depastæ, maximo ingenio dulcissima alimenta summæ eloquentiæ instillasse videntur.

DE SOMNIIS.

CAP. VIII.

SEd quoniam diuitias Midæ, disertúmque Platonis somnium attigi, referam quàm certis imaginibus multorum quies adumbrata sit.

ARTORII MEDICI DE AVGVSTO.

Dion. 47. Velleius 2. App. Ciuil. 4. aliter.

A. V. dccxj. *Quem locum vnde potius ordiar, quàm à Diui Augusti sacratissima memoria? Eius medico Artorio somnum capienti nocte, quam dies insecutus est quo in campis Philippicis Romani*

mani inter se exercitus concurrêre, Mineruæ species obortæ præcepit, vt illum graui morbo implicitum moneret ne propter aduersam valetudinem proximo prælio non interesset. Quod cum Cæsar audisset, lectica se in aciem deferri iussit: vbi dum supra vires corporis pro adipiscenda victoria excubat, castra eius à Bruto capta sunt. Quid ergo aliud putamus, quàm diuino munere effectum, ne destinatum tam immortalitati caput indignam cœlesti spiritu fortunæ violentiam sentiret?

CALPVANIAE DE CAESARE.

Suet. in Aug. Plutarch. Paterculus. Flor. lib. 4. c. 6. Lactan. Inst. lib. 2. cap. 8. Sabellicus historiæ varietatem conciliat lib. 8. Enn. 6.

Augustum verò præter naturalem animi in omnibus rebus subtiliter perspiciendis vigorem, etiam recentis & domestici exemplum, vt Artorij somnio obtemperaret, admonuit. Audierat enim Diui Iulij patris sui vxorem Calpurniam nocte, quam is terris vltimam egit, A. V. dccix. *in quiete vidisse multis eum confectum vulneribus in suo sinu iacentem, somniiq; atrocitate vehementer exterritam, rogare non destitisse, vt proxima die à Curia se abstineret. At illum, ne muliebri somnio motus id feciisse existimaretur, senatum, in quo ei parricidarum manus allatæ sunt, adire contendisse. Non est opera inter patrem & filium vllius rei comparationem* 1 *fieri, præsertim diuinitatis fastigio coniunctos:*

sed iam alter operibus suis aditum sibi ad cœlum instruxerat, alteri verò longus adhuc terrestrium virtutum orbis restabat. Quapropter ab hoc tantummodo impendentem mutationem 2 *status cognosci, ab illo etiam differri dij immortales voluerũt, vt aliud cælo decus daretur, aliud promitteretur.*

P. DECII ET T. MANLII.

Liuius 8. & alij.

A. V. cdxiij. *Illud etiam somnium magnæ & admirationis, & clari fuit exitus, quòd eadem nocte duo consules P. Decius Mus. & T. Manlius Torquatus, Latino bello & graui & periculoso, non procul à Vesuui montis radicibus positis castris viderunt. Vtrique enim quidam per quietis speciem prædixit, ex altera acie Imperatorem ex altera exercitum, Dijs Manibus, Matriq; Terræ deberi. Vtrius autem dux copias hostium aggrederetur, superq; eas seipsum deuouisset victoriam habiturum: Id luce proxima consulibus sacrificio vel expiaturis, si posset auerti: vel si certum deorum etiam monitu visum foret, executuris, hostiarum exta somnio congruerunt. Conuenitq; inter eos, cuius cornu prius laborare cœpisset, vt is patriæ fata capite suo lueret, quæ neutro formidante, Decium depoposcerunt.*

TI. ATINII.

Liuius 2. Dionys. 7. Plut. Coriolan. Cic. de Diuinatione lib. 1. Mac. Sat. 1. c. 11. Lact. Inst. li. 1. c. 9.

1. c. 8. Aug. de Ciu. 4. c. 26. Sabell. lib. 9. Enn. 2.

A. V. cclxiiij. *Sequitur æquè ad publicam religionem pertinens somnium. Cum plebeijs ludis quidam pater familias per Circum Flaminium, prius quàm* 3 *pompa induceretur, seruum suum verberibus* 4 *multatum, sub furca ad supplicium egisset. Tit. Atinio homini ex plebe Iupiter in quiete præcepit, vt consulibus diceret, sibi præsultorem ludis Circensibus proximis non placuisse: quæ res, nisi attenta ludorum instauratione expiata esset, secuturum non mediocre vrbis periculum. Ille veritus ne cum aliquo incommodo suo religione summum implicaret imperium, silentium egit. Eueſtigioq; filius eius subita vi morbi correptus, interiit. Ipse etiam per quietem ab eodem deo interrogatus an satis magnam pœnam neglecti imperij sui pependisset, in proposito perseuerans, debilitate corporis solutus est: ac tum demum ex consilio amicorum, * lectica ad tribunal consulum, & inde ad Senatum perlatus, ordine totius casus sui expositio, magna cum omnium admiratione, recuperata membrorum firmitate, pedibus domum rediit.* al. lecticu lo.

CICERONIS.

Cic. Diuin. 1.

A. V. dcxcv. *Ac ne illud quidem inuoluendum silentio Inimicorum conspiratione Vrbe pulsus M. Cicero, cum in villa quadam campi Atinatis diuersaretur, animo in somnum profuso, per loca deserta, & inuias regiones vaganti, sibi C.* 5

Marium consulatus ornatum insignibus putauit obuium factum: & interrogantem eum, quid ita tam tristi vultu, incerto itinere ferretur: audito deinde casu, quo conflictabatur, comprehendisse dextram suam, ac se proximo lictori in monimentum ipsius deducendum tradidisse, quòd diceret ibi esse ei laetiorem status spem repositam: nec aliter euenit. Nam in aede Iouis Mariana S. C. de reditu eius est factum.

C. GRACCHI.

Cic. Diuin. 1. Plutarh.

A. V. dcxxvj. cum Quę sturā peteret.

C. autem Gracchio imminentis casus atrocitas palàm atque apertè per quietem denuntiata est: somno enim pressus, Ti. Gracchi fratris effigiem vidit, dicentis sibi, nulla ratione eum vitare posse vt eo fato non periret, quo ipse propulsus è Capitolio occidisset. Id ex Graccho prius, quàm tribunatum in quo fraternum exitum habuit, iniret, multi audiuerunt. Cælius etiam certus Romanæ historiæ auctor, sermonem de ea re ad suas aures illo adhuc viuo peruenisse scribit.

CASSII PARMENSIS.

A. V. dccxxij. Simile de Brut. Plu. in eius vita.

Velleius 2. Porphyrio & Acron. Appi. lib. 4. cap. 6.

Vincit huiusce somnij dirum aspectum, quod sequitur. Apud Actium M. Antonij fractis opibus, Cassius Parmensis, qui partes eius secutus fuerat, Athenas confugit: vbi concubia nocte cum

cum solitudinibus & curis, & mente sopita in lectulo iacêret, existimauit ad se venire hominem ingentis magnitudinis, coloris nigri, squalidum barba, & capillo demisso: interrogatumq; quisnam esset, respondisse κακοδαίμονα. Perterritus deinde tam tetro visu, & nomine horrendo seruos inclamauit. Sciscitatúsque est, *siquem talis habitus, aut intrantem cubiculum aut exeuntem vidissent. Quibus affirmantibus neminem illuc accessisse, iterum quieti & somno se dedit: atque eadem animo eius obseruata est species. Itaque fugato somno, lumen introferri iussit, puerósque à se discedere vetuit. Inter hanc noctem & supplicium capitis, quo eum Cæsar affecit, paululum admodum temporis interceßit. an quē al.

ATERII RVFI. 7

Propioribus tamen (vt ita dicam) lineis Aterij Rufi equitis Romani somnium certo euentu admonitum est: qui cum gladiatorium munus Syracusis ederetur, inter quietem retiarij se manu confodi vidit: idque postero die in spectaculo concessoribus narrauit. Incidit deinde vt proximo ab equite loco, retiarius cum mirmillone introduceretur: cuius cum faciem vidisset, idem dixit, ab illo se retiario trucidari putasse, protinúsque inde discedere voluit. Ille sermone suo metu eius discussio, causam exitij misero attulerunt. Retiarius enim in eum locum compulso mirmillone & abiecto, dum iacentem ferire conatur, traiectum gladio Aterium interemit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXTERNA.

ANNIBALIS.

Liuius. 21 Cic. Diuin. 1. Polyb. vt fabulam irridet. Plut. & Appian. περὶ τῆς ἀννιβαλικῆς.

A. P. dxxxvj.

Annibalis quoque vt deteſtandum Romano ſanguini, ita certæ prædictionis ſomnium, cuius non vigiliæ tantum, ſed etiam ipſa quies hoſtilis imperio noſtro fuit. Hauſit enim propoſito & votis ſuis conuenientem imaginem, exiſtimauitq; miſſum ſibi ab Ioue mortali ſpecie excelſiorem
8 *iuuenem, inuadendæ Italiæ ducem: cuius monitu primo veſtigius nullam in partem motis ſecutus oculis, mox humani ingenij prona voluntate vetita ſcrutandi pone reſpiciens, animaduertit immenſæ magnitudinis ſerpentem, concitato impetu, omne quicquid obuium fuerat proterentem: poſtq; eam magno cum cæli fragore erumpentes nimbos, lucemq; caliginoſis inuolutam tenebris. Attonitus deinde quidnam eſſet monſtri, ecquid portenderet, interrogauit. Hic Dux: Italiæ vides, inquit, vaſtitatem: proinde ſile, & cætera tacitis permitte fatis.*

ALEXANDRI MAGNI REGIS.

Plut. in eius vita.

Quam bene Macedoniæ Rex Alexander per quietem viſa imagine præmonitus erat vt vitæ ſuæ cuſtos eſſet diligentior, ſi eum cauendi etiam periculi conſilio fortuna inſtruere voluiſſet. Nanque Caſſandri peſtiferam ſibi dexteram ſomnio prius cognouit, quàm exitu ſenſit:

ſit. exiſtimauit enim ab illo ſe interfici, cùm eum nunquam vidiſſet. Interpoſito deinde tempore, poſtquam in conſpectum veniſſet, nocturni metus patefacta imagine, vt Antipatri filium eſſe cognouit, adiecto verſu Græco qui fidē ſomniorum eleuat, præparati iam aduerſus caput ſuum veneficij, quo occidiſſe Caſſandri manu creditur, ſuſpicionem animo repulit.

SIMONIDIS POETAE.

Cic. Diuin. 1.

Longe indulgentius dij in poëta Simonide, cuius ſaluturem inter quietem admonitionem conſilij firmitate roborauerunt. Is enim cum ad littus nauem appuliſſet, inhumatumq; corpus iacens ſepulturæ mandaſſet, admonitus ab eo ne proximo die nauigaret, in terra remanſit: Qui mde ſoluerant, fluctibus & procellis in conſpectu eius obruti ſunt. Ipſe lætatus eſt, quod vitam ſuam ſomnio, quàm naui credere maluiſſet. Memor autem beneficij, elegantiſſimo eum carmine æternitati conſecrauit, melius illi & diuturnius in animis hominum ſepulchrum conſtituens, quàm in deſertis arenis ſtruxerat.

CROESI LYDORVM REGIS.

Herod. 1.

Efficax & illa quietis imago, quæ Cræſi regis animum maximo prius metu, deinde etiam dolore confecit. Nam è duobus filijs, & ingenti agilitate, & corporis dotibus præſtantiorem,

imperij

imperiũq; successioni destinatum Atym, existimauit ferro sibi ereptum. Itaque quicquid ad euitandam denuntiatæ cladis acerbitatem pertinebat, nulla ex parte patria cura cessauit auertere. Solitus erat iuuenis ad bella gerenda mitti, domi retentus est. Habebat armamentarium omnis generis telorum copia refertum: id quoque amoueri iussit. Gladio cinctis comitibus vtebatur: vetiti sunt propius accedere: necessitas tamen aditum luctui dedit. Cum enim ingentis magnitudinis aper, Olympi montis cultu, & crebra cum agrestium strage vastaret, inusitatóque malo regum imploratum esset auxilium: filius à patre extorsit, vt ad eum exprimendum mitteretur: eo quidem facilius, quod non dentis, ferri sæuitia in metu reponebatur. Verum dum acri studio interficiendi suem omnes sunt intenti, pertinax casus imminentis violentiæ, lanceam petendæ feræ gratia missam, in eum detorsit: & quidem eam potissimum dexteram nefariæ cædis crimine voluit aspergi, cui tutela filij à patre mandata erat. Quam quidem Cræsus impudentis homicidij sanguine violatam, hospitales veritus deos, supplicem sacrificio expiauit.

9 Adrastũ intelligit

CYRI PERSARVM REGIS.

Herod. 1. Iustin. 1.

Nec Cyrus quidem superior inuictæ fatorum necessitatis parunlum argumentum est. cuius ortus ad imperium totius Asiæ spectantis, maternus

ternus auus Astyages, duos prænuntios somnij frustra discutere tentauit: Mandamen filiam suam (quod in quiete viderat vrina eius omnes Asiaticas gentes mundasse) non Medorum excellentissimo (ne in eius familiam regni decus transferretur) sed Persarum modicæ fortunæ viro collocauit. Natumq; Cyrum exponi iussit, quia similiter quietis temporibus existimauerat genitali parte Mandanes enatam vitem eousque creuisse, donec cunctas dominationis suæ partes inumbraret. Sed frustratus est se ipse, nepotis felicitatem, cælestium iudicio destinatam, humanis consilijs impedire conando.

HIMERAE DE DIONYSIO.

Intra priuatum autem habitũ Dionysio Syracusano adhuc se continente, Himera, quædam non obscuri generis fœmina, inter quietem opinione sua cælum conscendit, atque ibidem deorum omniũ lustratis sedibus animaduertit prævalentem virum flaui coloris, lentiginosi oris, ferreis catenis vinctum, Iouis solio, pedibúsque subiectum: Interrogatoq; iuuene quo considerante cæli duce fuerat vsa, quisnam esset? audiit illam Siciliæ atque Italiæ dirum esse fatum, solutumq; vinculis, multis vrbibus exitio futurum: quod somnium postero die sermone vulgauit. Postquam deinde Dionysium inimica Syracusarum libertati, capitibusq; insontium infesta fortuna cœlesti custodia liberatum, velut fulmen aliquod otio ac trãquillitati iniecit, Himeræorũ mœnia

mœnia inter effusam ad officiũ & ad spectaculum eius turbam intrantem vt aspexit, hunc esse quẽ in quiete viderat, vociferata est. Id cognitum tyranno, curam tollendæ mulieris dedit.

MATRIS DIONYSII.
Cic. Diuin. 1.

11 Tutius somnium matris eiusdem Dionysij: quæ cùm eum conceptum vtero haberet, parere visa est Satyriscum: consultoq; prodigiorum interprete, clarissimũ ac potentissimum Graij sanguinis futurum, certo cum euentu cognouit.

AMILCARIS POENI.
Cic. Diuin. 1. Diod. Si. lib. 20.

At Carthaginensium dux Amilcar, cum obsideret Syracusas, inter somnium audisse vocem credidit nuntiantem futurum vt proximo die in ea vrbe cœnaret. Latus igitur perinde ac diuinitus promissa victoria, exercitum pugnæ comparabat: in quo inter Siculos & Pœnos orta dissensione, castris eius Syracusani subita irruptione oppressis, ipsum intra mœnia sua vinctũ pertraxerunt. Itaque magis spe, quàm somnio deceptus, cœnauit Syracusis captiuus, non vt animo præsumpserat victor.

ALCIBIADIS ATHENIENSIS
Cic. Diuin. 2. Plut. in Alcibiade.

Alcibiades quoque miserabilem exitum suum haud fallaci nocturna imagine speculatus est. Quo enim pallio amicæ suæ dormiens opertum se

se viderat, eo interfectus, & insepultus iacens, contectus est.

ARCADIS CVIVSDAM.
Cic. Diuin. 1.

Proximum somnium, etsi paulo est lõgius, propter nimiam tamen euidẽtiam ne omittatur impetrat. Duo familiares Arcades iter vnà facientes, Megaram venerunt: quorum alter ad hospitem se contulit, alter in tabernam meritoriam diuertit. Is autem qui in hospitio erat, vidit in somnis comitem suum orantem, vt sibi cauponis insidijs circumuento subueniret: posse enim celeri eius accursu se imminenti periculo subtrahi. Quo viso excitatus, prosiluit, tabernamq; in qua is diuersabatur, petere conatus est. Pestifero deinde fato humanissimum propositum tanquam 12
superuacuum damnauit, idq; visum pro nihilo ducens lectum ac somnũ repetyt. Tunc idẽ ei saucius oblatus obsecrauit, vt qui auxilium vitæ suæ ferre neglexisset, neci saltẽ vltionem non negaret. Corpus enim suũ à caupone trucidatũ, tũc maximè plaustro ad portã ferri stercore coopertum. Tam constantibus familiaris precibus compulsus, protinus ad portam cucurrit, & plaustrum, quod in quiete demonstratum erat, comprehendit cauponemq; ad capitale supplicium perduxit.

DE MIRACVLIS.
CAP. IX.

MVlta etiam interdiu, & vigilantibus acciderunt, perinde ac tenebrarum somnijq; nube

nube inuoluta, quæ quia vnde manauerint, aut qua ratione consliterunt, dignoscere arduum est, merito miracula vocantur.

CASTORES VISI BELLO, Latino & Macedonico.

Dionys. 6. Cic. de Diuin. Plutar. in vitis. Cic. de Nat. deor. 2. & 3. Plut. in Paulo Lactant. 2. cap. 8. Ouid. Fastor. libr. 1. Arnob. libr. 8. Dionys. 6.

A. V. cclvij. Quorum è magno aceruo in primis illud occurrit. Cum apud lacum Regillum A. Postumius dictator, & Tusculanorum dux Mamilius Octauius maguis viribus inter se concurrerent, ac neutra acies aliquandiu pedem referret, Castor at Pollux Romanarum partium propugnatores visi, hostiles copias penitus fuderũt. Item bello Macedonico P. Vatinius, Reatinæ præfecturæ vir, nobilis Vrbem petens, existimauit duos iuuenes excellentis formæ, albis equis insidentes, obuios sibi

A. V. dxxcv. al. præcesserat, factos nuntiare, die qui * præterierat, Persen regem à Paullo captum. Quod cum senatui indicasset, tanquam maiestatis eius, & amplitudinis vano sermone contemptor, in carcerem coniectus est. Postquam Paulli literis illo die Persen captum apparuit, & custodia liberatus, & insuper

A. V. cclvij. agro, & vacatione donatus est. Castorem verò & Pollucem etiam illo tempore pro imperio populi Rom. exeubuisse cognitũ est, quod ad lacum Iuturnæ, suum equorumq; sudorem abluere visi sunt, iunctaq; fonti ædes eorum, nullus hominum manu reserata patuit.

AESCV

AESCVLAPIVS SERPENTIS speciem apparens.

Liuius lib. 10. 11. 19. & 1. Belli Punici, Ouid. Met. 15. Plut. in problematis, Lactant. Inst lib. 1. cap. 8.

Sed vt ceterorũ quoque deorũ propensum huic vrbi numen exequamur: triennio continuo vexata pestilentia ciuitas nostra, cum finem tanti, & tam diuturni mali, neque diuina misericordia, neque humano auxilio, imponi videret: cura sacerdotũ, inspectis Sibyllinis libris, animaduertit, non aliter pristinam recuperari salubritatem posse, quàm si ab Epidauro Æsculapius esset accersitus. Itaque eò legatis missis, victâ fatalis remedij opem auctoritate sua (quæ iam in terris A. V. cdlxxj. erat amplissima) impetraturã se credidit: Neque eam opinio decepit: pari namque studio petitum, ac promissum est præsidium, euestigioq; Epidaurij, Romanorum legatos in templum Æsculapij (quod ab eorum vrbe quinque millibus passuum distat) perductos, vt quicquid inde salubre patriæ laturos se existimassent, pro suo iure sumerent, benignissimè imitauerũt: Quorũ tã promptam indulgentiam, numen ipsius dei subsecutũ verba mortaliũ, cœlesti obsequio cõprobauit: Siquidem is anguis, quẽ Epidaurij raro, sed nunquam sine magno ipsorũ bono visum, in modum Æsculapij venerati fuerunt, per vrbis celeberrimas partes mitibus oculis, & leni tractu labi cœpit, triduoq; inter religiosam omnium admi-

rationem conſpectus, haud dubiam præ ſe appetitæ clarioris ſedis alacritatem ferens, ad triremem Romanam perrexit: Pauentibusq; inuſitato ſpectaculo nautis, eò conſcendit vbi Q. Ogulnij legati tabernaculum erat, inq; multiplicem orbem, per ſummam quietem eſt conuolutus. Tum legati, perinde atque exoptatæ rei compotes, expleta gratiarum actione, cultuq; anguis à peritis accepto, læti inde ſoluerunt: Ac proſperam emenſi nauigationem, poſtquam Antium appulerunt, anguis, qui vbiq; in nauigio remanſerat prolapſus in veſtibulo ædis Æſculapij myrto frequentibus ramis diffuſæ, ſupermmentem excelſæ * altitudinis palmã circundedit: perq; tres dies poſitis, quibus veſci ſolebat, non ſine magno metu legatorum, ne in triremem reuerti nollet, Antienſis templi hoſpitio vſus, vrbi ſe noſtræ ad vehẽdum reſtituit, atque in ripã Tyberis egreſſis legatis, in inſulam, vbi templum dicatum eſt, * tranſnauit: aduentuq; ſuo tempeſtatem, cui remedio quæſitus erat, diſtulit.

al. magnitudinis.

tranſnauit.

IVNONIS MONETAE verba audita.

Liu. 5. Plut. in Camillo, Lact. Inſt. lib. 2. cap. 8.

A. V. cccIvij.

Nec minus voluntarius Iunonis in vrbem noſtram tranſitus. Captis à Furio Camillo Veijs, milites iuſſu Imperatoris ſimulacrum Iunonis Monetæ, quod ibi præcipua religione cultum erat in vrbem tralaturi, ſede ſua mouere conabantur. Quorũ ab vno per iocum interrogata Dea, an

Augustinus matertam vocat.

an Romam migrare vellet, Velle ſe reſpondit. Hac voce audita, luſus in admirationem verſus eſt. Iamq; non ſimulacrum, ſed ipſam cælo Iunonem petitam portare ſe credentes, læti in ea parte mõtis Auentini, in qua nunc templum eius cernimus, collocauerunt.

FORTVNAE MVLIEBRIS verba audita.

Liuius 2. Dionyſ. 5. Plut. Coriolan. Lact. Inſt. lib. 2. cap. 8. Auguſt. de Ciu. dei lib. 4. cap. 19.

Fortunæ etiam Muliebris ſimulacrum, quod A. V. cclxv. *eſt via Latina ad quartum miliarium, eo tempore cum ædẽ ſua conſecratum, quo Coriolanum ab excidio Vrbis maternæ preces repulerunt, non ſemel, ſed bis locutum conſtitit, his pene verbis: Rite me matronæ vidiſtis, ritеq; dedicaſtis.*

SYLVANI VERBA AVDITA bello Veienti.

Liuius 2. Dionyſ. 5. Plutarch.

Valerio autem Publicola COS. *qui poſt exactos reges bellum cum Veientibus & Hetruſcis* A. V. ccxliv. *geſſit, illis Tarquinio priſcinum impertum reſtituere, Romanis nuper partam libertatem retinere cupientibus: Hetruſcis, & Tarquinio in cornu dextro prælio ſuperioribus, tantus terror ſubito inceſſit, vt non ſolum victores ipſi profugerent, ſed etiam pauoris ſui conſortes ſecum Veientes traherent. Cui rei pro argumento mi-*

raculum adiicitur. Ingens repente vox è proxima silua Arsia, quæ ore Siluani in hunc pene modum missa traditur, vno plus Hetrusci cadent: Romanus exercitus victor abibit. Miram dicti fidem digesta numero cadauera exhibuere.

MARS VISVS BELLO LVCANO.

Am. Marcellin. 24.

A. V. cdlxxj. Quid Martis auxilium, quo victoriam Romanorum adiuuit, nonne memoria celebrandum est? Cum Brutij atque Lucani odio incitatissimo, maximisq; viribus Thurinæ vrbi peterent excidium, ac præcipuo studio incolumitatem eius C. Fabricius Luscinus COS. protegeret, réque ancipiti euentu, collatis vnum in locum vtriusq; partis copijs gereretur: non audentibus Romanis prælio congredi, eximiæ magnitudinis iuuenis primum eos hortari ad capessendam fortitudinem cœpit. Deinde, vbi tardiores animaduertit, arreptis scalis per mediam hostiu aciem ad contraria castra euasit: & admotis, vallum conscendit. Inde voce ingenti clamitans, factum victoriæ gradum, & nostros ad aliena castra capienda, & Lucanos, Brutiosq; ad sua defendenda, illuc traxit, vbi conserti dubio certamine al. terrebantur. * terebantur. Sed idem impulsu armorum suorum prostratos hostes iugulandos, capiendosque Romanis tradidit. xx enim millia cæsa, quinque millia cum Statio Statilio duce vtriusque gentis, & tribus atque xx. militaribus signis capta sunt. Postero

Postero die cum COS. inter honorandos, quorum strenua opera fuerat vsus, vallarem coronam ei se seruare dixisset, à quo castra erant oppressa, nec iuuenis qui id præmium peteret inueniretur, cognitum pariter, atque creditum est, Martem Patrem tunc populo suo adfuisse. Inter cætera huiusce rei manifesta indicia, galea quoque duabus distincta pinnis, qua cælestis caput tectum fuerat, argumentum præbuit. Itaque Fabricij edicto, supplicatio Marti est adhibita, & à laureatis militibus, magna cũ animorũ lætitia oblati auxilij testimonium ei est redditum.

DII PENATES ALBA LAVINUM sponte sua regressi.

Dionys. 1.

Referam nunc quod suo seculo cognitum manauit ad posteros, Penates Deos Aeneam Troia 6
aduectos Lauinij collocasse: inde ab Ascanio filio eius Albam, quam ipse condiderat, trãslatos, pristinum sacrarium repetisse: & quia id humana manu factum existimari poterat, relatos Albam, voluntatem suam altero transitu significasse. Nec me præterit de motu, & voce deorum immortalium, humanis o ulis, auribusq; perceptо, quam in ancipiti opinione æstimatio versetur. Sed quia non noua dicuntur, sed tradita repetuntur, fidem auctores vindicent: nostrum sit, inclytis literarum monumentis consecrata, perinde ac vana non refugisse.

IVL. CAESAR POST MORtem visus.

A. V. decv. *Facta mentione vrbis, è qua primordia ciuitas nostra traxit, Diuus Iulius fausta proles eius, se nobis offert: quem C. Cassius (nunquam sine præfatione publici parricidij nominandus) cum acie Philippensi ardentissimo animo perstaret, vidit humano habitu augustiorem, purpureo paludamento amictum, minaci vultu, & concitato equo in se impetum facientem: quo aspectu perterritus, tergum hosti dedit, voce illa prius emissa, Quid enim amplius agas, si occidisse parum est? Non occideras tu quidem Cassi Cæsarem. Neque enim extingui vlla diuinitas potest: sed mortali adhuc corpore vtentem violando, meruisti vt tam infestum haberes deum.*

POMPEII MAGNI ROGVS miraculosè indicatus.

Plutarch. Pompeio.

A. V. decv. *Iam quod L. Lentulus littus prænauigans, in quo Cn. Pompeij Magni, perfidia Ptolemæi regis interempti, corpus concissæ scaphæ ligni comburebatur: ignarus casus eius, cum ipsi Fortunæ erubescendum rogum vidisset, commilitonibus*
al. Qui. *dixit, * Quid scimus, an hac flamma Cn. Pompeius cremitur? diuinitus missæ vocis miraculum est.*

APPII

APPII CLAVDII MORS oraculo prædicta.

Orosius lib 6. cap. 15. Lucan 5.

Atque hoc quidem hominis tantum: Illud 7
A. V. decv. *autem ore ipsius Apollinis editum, quo Appij interitum veridica Pythicæ vaticinationis fides præcurrit. Is bello ciuili, quo se Cn. Pompeius à Cæsaris concordia pestifero sibi, nec Reip. vtili consilio abruperat, euentum grauissimi motus explorare cupiens, viribus imperij (namque* 8
Achaiæ præerat) antistitem Delphicæ cortinæ, in intimam sacri specus partem coegit descendere: vnde vt certæ consulentibus sortes petuntur, ita nimius diuini spiritus haustus reddentibus pestifer existit. Igitur impulsu concepti nu- 9
minis mistincta virgo horrendo sono vocis, Appio inter obscuras verborum ambages fata cecinit. Nihil, inquit, ad te hoc Romane bellum: Euboæa Coelam obtinebis. At is ratus consilijs 10
se Apollinis moneri, ne illi discrimini interesset, in eam regionem secessit, quæ inter Rhamnuta nobilem Attici soli partem, Caristumq; Chalcidico freto vicinam interiacens, Coelæ Euboeæ nomen obtinet, vbi ante Pharsalicum certamen morbo consumptus, prædictum à deo locum sepulturæ possedit.

ROMVLI LITVVS ET STATVAE incendiorum flammis intactæ.

Cic. Diuin. 1.

Possunt & illa miraculorum loco poni: Quòd

deusto sacrario Saliorum, nihil in eo præter lituũ Romuli integrum repertum est. Quòd Ser. Tullij statua, cùm ædes Fortunæ cõflagrasset, inuiolata 11 permansit. Quòd Q. Claudiæ statua in vestibulo templi Matris deum posita, his ea æde incendio consumpta, prius P. Nasica Scipione, & L. Bestia item M. Seruilio, & L. Lamia COSS. in
A. V. dcxlvj. sua basi flammis intacta stetit.
A. V. dcclv.

AD SEPVLTVRAM ELATI reuiuiscentes.

Plin. lib. 7. cap. 52.

12 Aliquid admirationis ciuitati nostræ Acilij
cos. fuit. etiam Auiolæ rogus attulit, qui & à medicis, &
A. V. dccxx. à domesticis mortuus creditus, cum aliquandiu humi iacuisset, elatus, postquam ignis corpus eius corripuit, viuere se proclamauit, auxiliumq; pædagogi sui (nam is solus ibi remanserat) inuocauit. Sed iam flammis circundatus fato subtrahi non potuit. L. quoque Laminæ prætorio viro æquè vocem fuisse super rogum constitit.
Pr. F. A. dcexj.

EXTERNA.

ERVS PAMPHILIVS POST DECIMVM DIEM reuiuiscens.

Plato de Rep. lib. 10. & Macrob.

Quæ minus admirabilia, Eri Pamphilij casus facit: quem Plato scribit inter eos, qui in acie ceciderant, decem diebus iacuisse, biduoque postquam inde sublatus esset impositum rogo reuixisse, ac mira quædam tempore mortis visa narrasse.

ATHEN

ATHENIENSIS QVIDAM MEMORIA LITERARVM PRIVATVS.

Plin. lib. 7. cap. 25.

Et quoniam ad externa transgressi sumus, quidam Athenis vir eruditissimus, cum ictum lapidis capite excepisset, cætera omnia tenacissima memoria retinens, litterarum tantummodo, quibus præcipuè inseruierat, oblitus est, Dirum 13 maligniúmque vulnus in animo percussit, quasi de industria scrutatis sensibus, in eũ potissimum, quo maxime lætabatur acerbitate nocendi erupit: singularem doctrinam hominis pleno inuidiæ funere efferendo: Cui si talibus studijs perfrui fas non erat, vilius aliquantò fuit, ad illa aditum non impetrasse: quàm iam percepta eorum dulcedine caruisse.

MVLIER SVBITO CASV obmutescens.

Mirabilior tamen sequentis casus narratio. Nausimenis enim Atheniensis vxor, cùm filij ac filiæ suæ stupro interuenisset, inopinati monstri perculsa conspectu, & in præsens temporis ad indignandum, & in posterum ad loquẽdum obmutuit. Illi nefarium concubitum voluntaria morte pensarunt. Hoc modo fortuna sæuiens huic vocem, ijs vitam ademit: illi propitia donat.

AEGLES SAMIVS MVTVS, ET subito vocalis factus.

Gell. lib. 5. cap. 9. & simile de Crœsi filio Herod. in Clio, & Iustinus histor.

Ægles Samius athleta mutus, cum ei victoriæ quam adeptus erat, titulus & præmium eriperetur, indignatione accensus, vocalis enasit.

GORGIAS EPIROTA MATRE mortua natus.

14 *Gorgiæ quoque Epirotæ fortis viri clara fuit origo, qui in funere matris vtero elapsus, mopinato vagitu suo lectum ferentes consistere cæpit,*
15 *nouumq; spectaculum patriæ præbuit, ex ipso genitricis rogo lucem, & cunas assecutus: Eodem enim momento temporis, altera tam fato functa parit, alter antè elatus, quàm natus est.*

IASO PHERAEVS VOmica liberatus.

Cic. de Nat. deor. 1.

Diuinæ fortunæ vulnus Pheræo Iasoni quidam exitij eius cupidus intulit. Nam cum inter insidias gladio eum percussisset, vomicam, quæ à nullo medicorum sanari potuerat, ita rupit, vt hominem pestifero malo liberaret.

SIMONIDES POETA RVINAE domus exemptus.

Cic. lib. 2. de Oratore. Suidas.

Atque dijs immortalibus acceptus Simonides, cuius salus ab imminenti exitio defensa, ruinæ quoque subtracta est. Cœnanti enim apud Scopam in Cranone (quod est in Thessalia oppidum) nuntiatum est duos iuuenes ad ianuam venisse, magnopere rogantes vt ad eos continuò prodiret: ad quos egressus, neminem reperit ibi.

Cæ-

Cæterum eo momento temporis triclinium in quo Scopas epulabatur, collapsum, & ipsum & omnes conuiuas oppressit. Quid hac felicitate locupletius, quàm nec mare, nec terra sæuiens, extinguere valuit?

Naufragio item exëptus fuerat, vt cap. superiori. Cicc. de fato. Suidas.

DAPHIDAE SOPHISTAE MORS oraculo prædicta.

Non inuitus huic subnecto Daphidam, ne quis ignoret quantum interfuerit cecinisse deorum laudes, & numen obtrectasse. Hic cum eius studij esset, cuius professores Sophistæ vocantur: ineptæ & mordacis opinationis Apollinem Delphis irridendi causa consuluit. An equum inuenire posset, cùm omnino nullum habuisset. Cuius ex oraculo reddita vox est, inuenturum equum, sed vt eo perturbatus, periret. Inde cùm iocabundus, quasi delusa sacrarum sortium fide, reuerteretur, incidit in regem Attalum, sæpenumero à se contumelioſis dictis absentem lacessitum: eiúsque iussu, saxo, cui nomen erat Equi, præcipitatus, ad deos vsque cauillandos dementis animi iusta supplicia pependit.

PHILIPPO MACEDONVM REGI mors prænunciata.

Cic. de fato. Ælian. Var. hist. lib. 3.

Eodem oraculo Macedonum rex Philippus admonitus, vt à quadrigæ violentia salutem suam custodiret, toto regno disiungi currus iussit, eumq; locum, qui in Bœotia Quadriga vocatur, semper vitauit: Nec tamen denuntiatum

per-

periculi genus effugit: nam Pausanias in capulo gladij, quo eum occidit: quadrigam habuit cælatam.

ALEXANDRI MAGNI MORS miraculosè præcognita.

Cic. Diuin. 1. & 2. & Tuscul. Arrian. Strabo 7. Plutarch. in Alexandro.

16 Calaniau tem Philosophi sunt Syri. vt refert Hecatæus auctore Iosepho de antiqui. Ipsique Iudæi sunt.

Quæ tam pertinax necessitas in patre, & filio Alexandro consimilis apparuit. Siquidē Calanus Indus sua sponte se ardenti rogo superiacturus, interpellatus ab eo, ecquid aut mandaret, aut dicere vellet, Breui te, inquit, videbo. Nec id sine causa, quia voluntarium eius è vita excessum, rapida mors Alexandri subsecuta est.

REMIGIS CVIVSDAM rarus casus.

Regios interitus magnitudine miraculi remigis casus æquat: quem in litore Tyriorum sentinam haurientem, cùm è naui fluctus abiecisset, altero latere repercussum, fluctus contrarius in nauem retulit. Itaque miseri simul ac felicis cōplorationis permista fuit gratulatio.

ADMIRANDI DENTES Prusiæ regis filij.

Plin. lib. 7. cap. 16. Solinus, Plut. hoc. Pyrrho regi ascribit in ipsius vita.

Quid illa? nonne ludibria naturæ in corporibus humanis fuisse credenda sunt? tolerabilia quidem, quia fœtilia caruerunt: cæterum & ipsa miraculis annumeranda. Nam & Prusiæ regis Bithyniæ

Bithyniæ filius eodem nomine quo pater, pro superiori ordine dentium vnum os æqualiter extentum habuit, nec ad speciem deforme, neque ad vsum vlla ex parte incommodum.

DRIPETINES MITHRIdatis filiæ.

Mithridatis verò regis filia Dripetine Laodice regina nata, duplici ordine dentium deformis admodum, comes fugæ patris à Pompeio deuicti fuit.

STRABONIS LYNCEI rarus visus.

Plin. lib. 7. cap. 21. Solin. 9. Varro Strabonē vocatum fuisse prodidit.

Ne illius quidem paruæ admirationis oculi, quem constat tam certa acie luminum vsum esse, vt à Lilybæo, portu Carthaginiensium, egredientes classes intueretur.

ARISTOMENIS MESSENII cor pilosum.

Plin. lib. 1. cap. 17.

Oculis eius admirabilius Aristomenis Messenij cor: quod Athenienses ob eximiam calliditatem exectum, pilis refertum inuenerunt: cum eum aliquoties captum, & astutia elapsum, cepissent.

ANTIPATRI POETAE ANniuersaria febris.

Plin. lib. 7. cap. 52.

At poëta Antipater Sidonius, omnibus annis, eo

Universidad de Deusto Biblioteca

nis, vno tantummodo die, quo genitus erat, febri implicabatur. Cúmque ad vltimã ætatem peruenisset, natali suo certo illo circuitu morbi consumptus est.

POLYSTRATI ET HIPpoclidis vita simillima.

Polystrati meminit Laertius in Epicuro. 18

Hoc loco apte referantur Polystratus, & Hippoclides philosophi eodem die nati, eiusdem præceptoris Epicuri sectam secuti, patrimonij etiam possidendi adeundæq; scholæ communione coniuncti, eodémque momento temporis vltima senectute extincti. Tam æqualem fortunæ pariter, atque amicitiæ societatem, quis non ipsius cœlestis Concordiæ sinu genitam, nutritam, atque finitam putet?

MIRACVLA QVAEdam naturæ.

Plinius lib.2.cap. 207. Solinus. Plinius lib. 2.cap.108.

19 Plinius lib.8.cap. 27.& lib. 25.hoc ceruis tribuit. Auctor περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων caprис, vt & Arist lib. 9.cap. 9.

Quapropter hoc potissimum fuerit, aut in liberis potentissimorum regum, aut in rege clarissimo, aut in vate ingenij florentis, aut in viris eruditissimis, aut in homine sortis ignotæ, ne ipsa quidem omnis bonæ malæq; materiæ fœcunda artifex. Natura rationem rerum reddiderit. Non magis quam quid ita siluestres capreæ, Cretæ genitas, tantopere dilexerit, quas sagittis confixas ad salutare auxilium herbæ dictami, tantum non suis manibus deduci: efficitq; vt concepta ea, continuò & tela & vim venenì vulne

vulneribus respuant. Aut in Cephalenia insula, cum omnia vbique pecora hausto aquæ quotidie recreentur: in ea pecudes maiore ex parte anni ore aperto ex alto ventos recipientes, sitim suam sedare instituerit. Aut quapropter Crotone in templo Iunonis Lacinæ aram ad omnes ventos immobili cinere donauerit potissimum. Vel quare alteram in Macedonia, alterum in Caleno agro aquam proprietatem vini, qua homines inebrientur, possidere voluerit. Non admiratione ista, sed memoria prosequi debemus: cum satius rectè ab ea plurimum licentiæ vendicari, penes quam infinitus cuncta gignendi labor consistit.

SERPENS AD BAGRADAM.

Liuius 2. Decadis primi belli Punici. Gell. lib.6 cap.3. Orosius lib.4.cap.8. Liu.18. Plin.li. 8.cap.14.

Quæ quia supra vsitatam rationẽ excedentia attigimus, serpentis quoque à T. Liuio curiosè pariter, ac facundè relata fiat mentio. Is enim ait in Africa apud Bagradam flumẽ tantæ magnitudinis anguem fuisse, vt Atilij Reguli exercitum vsu amnis prohiberet: multisq; militibus ingenti ore correptis, compluribus caudæ volumínibus elisis, cum telorum ictu perforari nequiret ad vltimum balistarum tormentis vndique petitum, silicum crebris & ponderosis verberibus procubuisse, omnibusq; & cohortibus & legionibus ipsa Carthagine visam terribiliorem. A. V. ccxcvij.

Atque

Universidad de Deusto
Biblioteca

Atque etiam cruore suo gurgitibus imbutis, corporisque iacentis pestifero afflatu vicinia regione polluta, Romana inde summouisse castra. Dicit belluæ etiam corium CXX. pedes longum, in vrbem missum.

VALERII MAXIMI LIBER II.

DE MATRIMONIORVM ET CETERARVM NECESSITVDINVM OFFICIIS.

CAP. I.

DIVES & prapotens naturæ regnum scrutatus, injiciam stylum tam nostræ Vrbis, quàm cæterarum gentium priscis ac memorabilibus institutis. Operæ est enim cognosci huiusce vitæ, quam sub optimo principe felicè agimus, quænam fuerint elementa, vt eorum quoque respectus præsentibus aliquid moribus prosit.

NVPTIARVM AVSPICIA.
Cic. Diuin. 1.

Apud antiquos non solum publicè, sed etiam priuatim nihil gerebatur, nisi auspicio prius sumpto: quo ex more nuptis etiamnũ auspicies interponuntur. Qui quamuis auspicia petere desierint,

rint, ipso tamen nomine veteris consuetudinis vestigia vsurpant.

EPVLAE SEV CONVIVIA.

Fœminæ cum viris cubantibus sedentes cœnitabant: quæ consuetudo ex hominum conuictu ad diuina penetrauit: nam Iouis epulo ipse in lectulum, Iuno & Minerua in sellas ad cœnam inuitantur. Quod genus seueritatis ætas nostra diligentius in Capitolio, quàm in suis domibus seruat: videlicet quia magis ad rem pertinet, dearum quàm mulierum, disciplina contineri. 2

MATRIMONIA NON REPETENTES laudatæ.

Quæ vno contentæ matrimonio fuerant, corona pudicitiæ honorabantur. Existimabãt enim eum præcipuè matronæ syncera fide incorruptum esse animum, qui depositæ virginitatis cubile pudicum egredi nesciret: multorum matrimoniorum experientiam, quasi illegitimæ cuiusdam intemperantiæ signum esse credentes. 3

PRIMVM REPVDIVM.
Dionys. lib. 2. Gell. lib. 4. cap. 3. Ex Ser. Sup. lib. de Dotib.

Repudium inter vxorem & virum, à condita Vrbe vsque ad vicesimum & quingentesimum annum nullum intercessit. Primus autem Sp. Caruilius vxorem sterilitatis causa dimisit. Qui quamquam tolerabili ratione motus videbatur, reprehensione tamen non carnit: quia nec A. V. dxxij.

cupiditatem quidem liberorum coniugali fidei præponi debuisse arbitrabantur.

MATRONALIS LIBERTAS ac decor.

Dionys. 2. Plin. lib. 14. c. 13. Gell. lib. 10. cap. 23.

Sed quo matronale decus, verecundiæ munimento tutius esset, in ius vocanti matronam corpus eius attingere non permiserunt, vt inuiolata manus alienæ tactu stola relinqueretur. Vini vsus olim Romanis fœminis ignotus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentur: quia proximus à Libero patre intemperantiæ gradus ad inconcessam Venerem esse consueuit. Cæterum vt non tristis earum & horrida pudicitia, sed honesto comitatis genere temperata esset, indulgentibus maritis & auro abundanti, & multa purpura vsæ sint: & quo formam suam conciniorem afficerent, summa cum diligentia capillos
4 cinere rutilarunt. Nulli enim tunc subsessores alienorum matrimoniorum oculi metuebantur: sed pariter & videre sanctè, & aspici mutuo pudore custodiebantur.

CONIVGALIS CONCORDIA.

P. Victor.

Quoties verò inter virum & vxorem aliquid iurgij intercesserat, in sacellum deæ Viriplacæ, quod est in Palatio, veniebant: & ibi inuicem locuti quæ voluerant, contentione animorum depositâ, concordes reuertebantur. Dea nomen

nomen hoc à placandis viris fertur assecuta: veneranda quidem, & nescio an præcipuis, sed exquisitis sacrificijs colenda: vt pote quotidianæ ac domesticæ pacis custos, in pari iugo charitatis ipsa sui appellatione virorum maiestati debitum ac fœminis reddens honorem.

VERECVNDA CONSANguinitas.

Cic. Offic. 1.

Huiusmodi inter coniuges verecundia. quid inter cæteras necessitudines, nónne apparet consentanea? nam vt minimo indicio maximam vim eius significem, aliquandiu nec pater cum filio pubere, nec socer cum genero lauabatur. Manifestum igitur est tantum religionis sanguini & affinitati, quantum ipsis dijs immortalibus tributum: quia inter ista tam sancta vincula, non
* magis, quàm in aliquo sacrato loco nudare se, al. minus
nefas esse credebatur.

CHARISTIA.

Ouid. lib. 2. Fasto.

Conuiuium etiam solenne maiores instituerunt, idq; Charistia appellauerunt, cui præter cognatos & affines nemo interponebatur: vt si
5 qua inter necessarios querela esset orta, apud sacra mensæ, & inter hilaritatem animorum, fautoribus concordiæ adhibitis tolleretur.

SENECTVS HONORATA.

Ouid. Fast. 5. Gell. lib. 2. cap. 15.

Senectuti iuuentus ita cumulatum & circumspectum honorem reddebat, tanquam maiores natu adolescentium communes patres essent. Quocirca iuuenes, Senatus die, vtique aliquem ex patribus conscriptis, aut propinquum, aut paternum amicum ad curiam deducebant, affixique valuis expectabant, donec reducendi etiam officio fungerentur. Qua quidem voluntaria statione, & corpora & animos ad publica officia impigrè sustinenda roborabant, breuique progressu morarum in lucem virtutum verecundia & laboris meditatione, ipsi doctiores eunt. Inuitati ad cœnam diligenter quærebant qui nam ei conuiuio essent interfuturi: ne senioris aduentum discubitu præcurrerent: sublatáque mensa priores consurgere & abire patiebantur: Ex quibus apparet cœnæ quoque tempore quàm parco, & quàm modesto sermone his præsentibus soluti sint vti.

IVVENTVS OBSERVATA.

Cato in Originibus Cic. Tusc. 1. & 4. Annotatum à Prisciano lib. 6.

Maiores natu in conuiuijs ad tibias egregia superiorum opera carmine comprehensa pangebant, quo ad ea imitanda iuuentutem alacriorem redderent. Quid hoc splendidius, quid etiam vtilius certamine? pubertas canis suum honorem reddebat: defuncta virium cursu ætas, ingre-

gredientes actuosam vitam fauoris nutrimentis prosequebatur. Quas Athenas, quam scholam, quæ alienigena studia huic domesticæ disciplinæ prætulerim? Inde oriebantur Camilli, Scipiones, Fabricij, Marcelli, Fabij: ac ne singula imperij nostri lumina percurrendo sim longior, inde, inquam, cæli clarissima pars Dini fulserunt Cæsares.

DE MAGISTRATVVM ATQVE ORDINVM OFFICIIS. CAP. II.

SENATVS R. EIDES ET taciturnitas.

Liuius 42.

ADeo autem magna charitate patriæ omnes tenebantur, vt arcana consilia P. Conscriptorum multis seculis nemo senator enuntiauerit. Q. Fabius Maximus tantummodo, & is ipse per imprudentiam de tertio Punico bello indicendo, quod secretò in curia erat actum, P. Crasso, rus petens, domum reuertenti in itinere narrauit, memor eum triennio antè Quæstorem factum, ignarúmque nondum à Censoribus in ordinem senatorium allectum: quo vno modo his, qui iam primos honores gesserant, aditus in curiam dabatur. Sed quamuis honestius error Fabij esset, vehementer tamen à consulibus obiurgatus est. Nunquam enim taciturnitatem, optimum ac tutissimum administrandarum rerum

A. V. dciij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A. V. dxxcj. vinculum, labefactari volebant. Ergo cum Asiæ rex Eumenes, amantissimus nostræ Vrbis, bellum à Perse aduersus pop. Rom. comparari senatui nuntiasset, non antè sciri potuit, quid aut ille locutus esset, aut patres respondissent, quàm captum Persen cognitum est. Fidum erat, & altum recip. pectus Curia, silentijq; salubritate munitum, & vallatum vndique: cuius limen intrantes, abiecta priuata charitate publicam induebant. Itaque non dicam vnum, sed neminem audisse crederes, quod tam multorum auribus fuerat commissum.

2

AVCTORITAS MAGISTRATVVM & obseruantia linguæ Latinæ.

Magistratus verò prisci quantopere suam populiq; Romani maiestatem retinentes se gesserint, hinc cognosci potest, quòd inter cætera obtinendæ grauitatis indicia, illud quoque magna cum perseuerantia custodiebant, ne Græcis vnquam, nisi Latine responsa darent. Quinetiam ipsa linguæ volubilitate, qua plurimum valent, excussa, per interpretem loqui cogebant, non in vrbe tantum nostra, sed etiã in Græcia, & Asia. Quo scilicet Latinæ vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur: Nec illis deerant studia doctrinæ, sed nulla non in re pallium togæ subijci debere arbitrabantur: indignum esse existimantes illecebris, & suauitate literarum im-
3 perij pondus & auctoritatem.

C. MARIVS EIOQVENTIAM spernens.

Sallust. Iugurth. Cic. pro Archia. Plut. in Mario.

Quapropter non es damnandus rustici rigoris C. Mari, qui gemina lauro coronatam senectutẽ tuã Numidicis & Germanicis illustrem 4
trophæis, victor deuictæ gentis facundia politiorem fieri noluisti: credo ne alienigena ingenij exercitatione, patrij ritus seruus transfuga existeres. Quis ergo huic consuetudini, qua nunc Græcis actionibus aures curiæ exsurdantur, tanquam patefecit? vt opinor, Molo rhetor, qui studia M. Ciceronis acuit. Eum namque ante omnes exterarum gentium in senatu sine interprete auditum constat. Quem honorem nõ immeritò cepit, quoniam summam vim Romanæ eloquentiæ adiuerat. Conspicuæ felicitatis Arpinum, siue vni- 5
cum literarum gloriosissimum contemptorem, siue abundantissimum fontem intueri velis.

MAIESTAS CONSVLARIS.

Aul. Gell. li. 2. c. 2. Liu. 24. de Fabio Vtrocosso.

Maxima autem diligentia maiores hunc morem retinuerunt, ne quis se inter consulem & proximum lictorem, quamuis officij causa vnà progrederetur, interponeret filio duntaxat, & ei puero, ante patrem consulem, ambulandi ius erat. Qui mos adeo pertinaciter retentus est, vt Q. Fabius Maximus quinquies COS. vir etiam pridem summæ auctoritatis, & tunc vltimæ se- A. V.
nectutis, à filio consilio inuitatus, vt inter se & cdlxij.

lictorem procederet, ne hostium Samnitum turbâ (ad quorum colloquium descendebant) èlidere-
6 turid facere noluerit. Idem præstitit ille Fabius qui à senatu legatus ad filium consulem Suessam
A. V. dxl. missus: postquam animaduertit eum ad officium suum extra oppidum processisse, indignatus quòd ex lictoribus XI. nemo se equo descendere iussisset, plenus iræ sedere perseuerauit: Quod cum filius sensisset, proximo lictori vt sibi appareret, imperauit, cuius voci Fabius continuo obsecutus: Non ego, inquit, fily summum imperium tuum contempsi, sed experiri volui, an scires consulem agere: Nec ignoro quid patriæ veneratio-
ni debeatur: verum publica instituta priuatâ pietate potiora iudico.

CONSTANTIA LEGATORVM Romanorum.

Liui. 13. Zonaras. L. Flo. lib. 1. cap. 2. Cic. in Catone maiore, siue de Sen.

8 Relatis Fabiorum laudibus, offerunt se mirifica
A. V. dlxxj. constantiæ viri: qui legati à senatu Tarentum ad res repetendas missi, cum grauissimas ibi iniurias accepissent, vnus etiam vrina respersus esset, in theatrum (vt consuetudo Græciæ) introducti, legationem quibus acceperunt verbis, peregerunt: De his, quæ passi erant, questi non
9 sunt, ne quid vltrà ac mandatum esset, loquentur: insitisque pectoribus eorum antiqui
10 moris respectus dolore, qui ex contumelia grauissimus nascitur & sentitur, conuelli non potuit.

Finem

Finem profectò fruendarum opum, quibus ad inuidiam diu abundaueras Tarentina ciuitas quæsisti. Nam dum horridæ virtutis in seipsum connexum stabilimentum, nitore fortunæ præsentis inflata fastidiosè æstimas, in præualidum imperij nostri mucronem cæca & amens irruisti.

VIGILANTIA SENATVS.

Sed vt à luxu perditis moribus, ad seuerissima maiorum instituta transgrediar, antea senatus assiduam stationem eo loci peragebat, qui hodie quoque Senatulum appellatur: Nec expectabat vt edicto contraheretur, sed inde citatus protinus in Curiam veniebat: ambiguæ laudis ciuem existimans, qui debitis Reip. officijs non sua sponte, sed iussus fungeretur: quia quicquid imperio cogitur, exigenti magis, quàm præstanti acceptum refertur.

DILIGENTIA TRIBVNORVM plebis.

Illud quoque memoria repetendum est, quod tribunis pleb. intrare Curiam non licebat: ante valuas autem positis subsellijs, decreta patrum attentissima cura examinabant: vt si qua ex eis improbassent, rata esse non sinerent. Itaque veteribus Senatusconsultis T. littera subscribi solebat: eaq; nota significabatur, ita tribunos quoque cẽsuisse: Qui quamuis pro cõmodis plebis excubabant, imq; imperijs compescendis occupati erãt, instruit tamen ea argenteis vasis, & annulis aureis 11
publicè præbitis patiebantur, quò talium rerum

vsu auctoritas magistratuum esset ornatior.

ABSTINENTIA MAGISTRATVVM.

Quorum quemadmodum maiestas amplificabatur, ita abstinentia arctissimè constringebatur. Immolatarum enim ab his hostiarum exta, ad quæstores ærarij delata vemebant: sacrificiusq; pop. Rom. tum Dearum immortalium cultus, tum etiam hominum continentia, inerat, imperatoribus nostris quàm sanctas manus habere deberent, apud ista altaria discentibus: Continentiæ verò tantum tribuebatur, vt multorum æs alienũ, quia prouincias syncerè administrauerant, à senatu persolutum sit. Nam quorum opera publicam auctoritatem splendorem suum procul obtinuisse viderant: eorum dignitatem domi collabi indignum, sibique deforme esse arbitrabantur.

EQVITVM RO. PROBATIO & Lupercalia.

Ouid. Fast. 2. Plutar. Romulo, & in Antonio. Liuius 9. Auctor de vitis Illust. cap. 12.

Equestris vero ordinis iuuentus omnibus annis bis Vrbem spectaculo sui sub magnis auctoribus celebrabat, die Lupercaliũ, & equitum probatione. Lupercalium mos à Romulo & Remo inchoatus est, tunc cum lætitia exultantes, quod his auus Numitor, rex Albanorum, eo loco, vbi educati erant, vrbem condere permiserat sub monte Palatino hortatu Faustuli educatoris sui, quẽ Euander Argiuus consecrauerat: facto

facto sacrificio, cæsisq; capris, epularum hilaritate, ac vino largiore prouecti, diuisa pastorali turba, cincti pellibus immolatarum hostiarum, 13
* iocantes obuios petiuerunt: cuius hilaritatis memoria annuo circuitu feriarum repetitur. Trahentos verò equites Idibus Iulijs Q. Fabius trãsuehi instituit. Idem censor cum P. Decio seditionis finiendæ gratia, quam comitia in humilimi cuiusque potestatem redacta accenderant, 14 omnem forensem turbam, in quatuor tantummodo tribus descripsit: eásque Vrbanas appellauit. 15
Quo tam salubri facto, vir alioqui bellicis operibus excellens, Maximus cognommatus est.

* al. iocantes gestierunt.

A. V. cddix.

DE MILITARIBVS INSTITVTIS. CAP. III.

Laudanda etiam populi verecundia est, qui impigre se laboribus & periculis militiæ offerendo, dabat operam: ne imperatoribus, capite censos sacramento rogare esset necesse: quorum nimia inopia suspecta erat, ideóque his publica arma non committebantur.

CAPITE CENSI MILITES primi.

Sallust. Iugurth. Gell. lib. 16. cap. 10.

Sed hanc diutina vsurpatione firmatam consuetudinem C. Marius capite censum legendo militem, abrupit. Ciuis alioqui magnificus, sed

A. V. dcxlvj.

sed nouitatis suæ conscientia, vetustati non sanè propitius: memorq́, si militaris ignauia humilitatem spernere perseueraret, se à maligno virtutum interprete velut capite censum imperatorem compellari posse. Itaque fastidiosum delectus genus in exercitibus Romanis obliterandum duxit, ne talis notæ contagio ad ipsius quoque gloriæ fugillationem penetraret.

MILITARIS EXERCITATIO.

A. V. dcxlviij. bello Cibrico.

Armorum tractandorum meditatio à P. Rutilio consule Cn. Mallij collega, militibus est tradita. Is enim nullius ante se imperatoris exemplum secutus, ex ludo C. Aurelij Scauri doctoribus gladiatorum accersitis, vitandi atque inferendi ictus subtiliorem rationem * legibus ingenerauit: virtutémque arti, & rursus artem virtuti immiscuit, vt illa impetu huius fortior, hæc illius scientia cautior fieret.

al. legionibus.

VELITVM PRIMVS VSVS.

Liuius 26. Front. Stratag. lib. 4. cap. 7.

A. V. dxlij.

Velitum vsus eo bello primum repertus est, quo Capuam Fuluius Flaccus imperator obsedit. Nam cum equitatui Campanorum crebris excursationibus equites nostri, quia numero pauciores erant, resistere non possent, Q. Næuius Centurio è peditibus lectos expediti corporis, breuibus & incuruis septenis armatos hastis, paruo tegmine munitos, veloci saltu iungere se equiti

equitibus: & rursus celeri motu dilabi instituit: quò facilius equestri prælio subiecti pedites, viros pariter atque equos hostium telis incesserent. Eaq́ nouitas pugnæ vnicum Campanæ perfidiæ debilitauit auxilium. Ideoq́ auctori eius Næuio adhuc honos est habitus. 1

DE SPECTACVLIS.

CAP. III.

PRoximus militaribus institutis ad vrbana castra, id est, theatra gradus faciendus est, quoniam hæc quoque sæpenumero animosas acies instruxerunt, excogitataq́ cultus deorum, & hominum delectationis causa, non sine aliqua pacis rubore voluptatem & religionem ciuili sanguine, scænicorum portentorum gratia, macularunt. 1

LOCA ORDINIBVS PRIMVM attributa.

Velleius 2. Liuius 48.

A. V. dxcix.

Quæ inchoata quidem sunt à Mossalla, & Cassio censoribus, cæterum auctore P. Scipione Nasica omnem apparatum operit eorum subiectum hastæ venire placuit. Atque etiã S.C. cautum est, nequis in Vrbe propiúsve passus mille subsellia posuisse, sedensve ludos spectare vellet, vt scilicet remissioni animorum iuncta standi grauitas, propria Romanæ gentis nota esset.

ORI

Universidad de Deusto
Biblioteca

ORIGO SCENICORVM ludorum.

Liuius 34. Pedian. Cornelia.

A. V. dlix. *Per quingentos autem & quinquagintaoctlo annos senatus populo mistus spectaculo ludorum interfuit. Sed hunc morem Atilius Serranus, & L. Scribonius Ædiles, ludos Matri Deum facientes, superioris Africani sententiam secuti, discretis senatus & populi locis, soluerunt: Eaque res auertit vulgi animum, & fauorem Scipionis magnopere quassauit.*

ORIGO SAECVLARIVM.

Liuius 7. Orosius lib. 3. cap. 4. Cic. in Bruto. & Tusc. prolog. Gellius lib. 17. cap. 21.

Nunc causam instituendorum ludorum ab origine sua repetam. C. Sulpitio Petico, C. Licinio Stalone COSS. *intoleranda vis ortæ pestilentiæ, ciuitatem nostram à bellicis operibus reuocatam, domestici atque intestini mali cura afflixerat: Iamque plus in exquisito & nouo cultu religionis quàm in vllo humano consilio positum opis videbatur. Itaque placandi cœlestis numinis gratia compositis carminibus vacuas aures præbuit vsque ad id tempus Circensi spectaculo contenta, quod primus Romulus, raptis virginibus Sabinis, Consualium nomine celebrauit. Verum, vt est mos hominum, paruula initia pertinaci studio prosequendi, venerabilibus erga deos verbis, iuuentus, rudi atque incomposito motu corpo*

A. V. cccx xcix

corporum iocabunda, gestus adiecit. Eaque res 3
Ludium ex Etruria accersendi causam præbuit: cuius decora pernicitas vetusto ex more Cretum Lydorumque (à quibus Etrusci originem traxerunt) nouitate grata Romanorum oculos permulsit. Et quia Ludius apud eos Histrio appellabatur, scænico nomen Histrionis inditum 4
est. Paulatim deinde ludicra ars ad Satyrarum modos perrepsit: à quibus primus omnium poeta 5
Liuius, ad fabularum argumenta spectantium animos transtulit. Isque sui operis actor, cum A. V. dxiij.
sæpius à populo reuocatus vocem obtudisset, ad- 6
hibito pueri & tibicinis concentu, gesticulationem tacitus peregit. Atellani autem ab Oscis acciti sunt, quod genus delectationis Italica seueritate temperatum, ideóque vacuum nota est: nam neque tribu mouetur, neque à militaribus stipendijs repellitur.

PRIMI SECVLARES.

Zosinus lib. 2. histor. nouæ.

Et quia cæteri ludi ipsis appellationibus vnde trahantur, apparet: non absurdum videtur Secularibus initium suum, cuius generis minus certa notitia est, reddere. Cum ingenti pesti- 7
lentia Vrbs agrique vastarentur, Valesius vir locuples, rusticæ vitæ, duobus filijs & filia ad desperationem vsque medicorum laborantibus, aquam calidam ijs à foco petens gemibus nixus, Lares familiares, vt puerorum periculum in ipsius caput transferrent, orauit: Orta deinde

vox

vox est, habiturum eos saluos, si continuo flumine Tiberis deuectos Tarentum deportasset, ibique ex Ditis Patris, & Proserpinæ ara petita calda, recreasset. Eo prædicto magnopere confusus, quòd & longa & periculosa nauigatio imperabatur, spe tamen dubia præsentem metum vincente, pueros ad ripam Tiberis protinus detulit (habitabat enim in villa sua propter vicum Sabinæ regionis Eretum) ac limre Ostiam petens, nocte concubia ad Martium campum appulit: Sitientibusq; ægris * succurrere cupiens, igne in nauigio non suppetente, ex gubernatore cognouit, haud procul apparere fumum. Et ab eo iussus egredi Terentum (id ei loco nomen est) cupidè arrepto calice, aquam flumine hausiam, eò vnde fumus erat obortus, iam letior pertulit, diuinitus dati remedij quasi vestigia quædam in propinquo nactum se existimans: Inque solo mage fumante, quàm vllas ignis habente reliquias, dum tenacius omen apprehendit, contractis lenibus, & quæ fors obtulerat nutrimentis, pertinaci spiritu flammam euomuit, calefactámque aquam pueris bibendam dedit. Qua pota, salutari quiete sopiti, diutina vi morbi repentè sunt liberati, patrique indicauerunt, vidisse se in somnis, quos nescio deorum, spongia corpora sua pertergere & præcipere vt ad Ditis Patris & Proserpinæ aram, à qua fuerat potio ipsis allata, furuæ hostiæ immolarentur, lectisternia ludique nocturni fierent. Is quod eò loci nullam aram

8

9

al. subuenire.

10

11

aram viderat, desiderari credens, vt à se construeretur, aram empturus in Vrbem perrexit, relictis qui fundamentorum constituendorum gratia terram ad solidum foderent. Hi domini imperium exequentes, cum ad XX. pedum altitudinem humo egesta peruenissent; animaduerterunt aram Ditis patri, Proserpinæq; inscriptam. Hoc posiquam Valesius nuntiante seruo accepit, omisso emendæ aræ proposito, hostias nigras, quæ antiquitus furuæ dicebantur, Terenti immolauit, ludos & lectisternia, continuis tribus noctibus, quia totidem filij periculo liberati erant, fecit. 12

Plutarch. Censorinus.

Caius exemplum Valerius Poplicola, qui primus consul fuit studio succurrendi cimbus, secutus, apud eandem aram publicè nuncupatis votis cæsis q; atris bubus, Diti maribus, fœminis Proserpinæ, lectisterniog;, ac ludis trinoctio factis, aram terra, vt ante fuerat, obruit. A. V. CCXLIX.

ORNAMENTA ET LVXVS ludorum.

Plin. lib. 9. cap. 3. Cic. in L. Pisonem. Pædian. Plin. lib. 35. cap. 4. lib. 33. cap. 3.

Religionem ludorum crescentibus opibus secuta lautitia est. Eius instinctu Q. Catulus Capanam imitatus luxuriam, primus spectantium consessum velorum vmbraculis texit Cn. Pompeius ante omnes, aquæ per semitas decursu, A. V. DCLXXV. 13 A. V. DCXC.

æstiuum minuit seruorem. C. Pulcher scænam
14 varietate colorum adumbrauit, vacuis ante pi-
A. V. dcliv. ctura tabulis extentam. Quam totam argento
A. V. dcxxciv. C. Antonius, auro Petreius, ebore Q. Catulus
prætexuit. Versatilem fecerunt Lucilli. Ar-
15 gentatis choragijs P. Lentulus Spinther ador-
A. V. dcixxiv. nauit. Translatum antea Panneis indutum
16 tunicis M. Scaurus exquisito genere vestis cul-
A. V. dcxc. tum induxit.

GLADIATORIVM ET ATHLE-
A. V. dcxcv. TICVM primum.

Liuius 16.

A. V. dcxxcix. Gladiatorium munus primum Romæ datum
est in foro boario, Ap. Claudio, M. Fulvio COSS.
1 dederunt. M. & D. Bruti funebri memoria pa-
tris emeres honorando, Athealtrum certamen à
M. Scauri tractum est munificentia.

A. V. dcxcv. DE ALIIS PERMISTIM.

CAPVT V.

PRIMA AVRATA STATVA
in vrbe.

Liuius 40.

A. V. dlx. xlj. STatuam curatam nec in Vrbe, nec in vlla
parte Italiæ quisquam prius aspexit, quàm
à M. Atilio Glabrione equestris patri ponere-
A. V. dl. xij. tur in æde Pietatis: Eam autem ædem P. Corne-
lio Lentulo, & M. Baebio Pamphilo COSS. ipse
ded

dedicauit, quia pater compos voti factus, rege
Antiocho apud Thermopylas superato.

IVS CIVILE CVM FASTIS
promulgatum.

Liuius 9. Gell. lib. 6. cap. 9.

Ius ciuile per multa sæcula inter sacra cere- A. V.
moniasq; deorum immortalium abditum, solisq; cdxlix.
pontificibus notum, Cn. Flauius libertino patre
genitus, & scriba, cum ingenti nobilitatis indi-
gnatione factus ædilis curulis, vulgauit, ac fastos
pene toto foro exposuit. Qui cum ad visendum
ægrum collegam suum veniret, neque à nobilibus,
quorum frequentia cubiculum erat completum
sedendi loco reciperetur: sellam curulem asserri
iussit, & in ea honorum pariter atque contem-
ptus sui vindex, consedit.

VENEFICII PRIMA QVAESTIO. A. V.
Liuius 8. Oros. lib. 3. cap. x. cdxxij.

Veneficij quæstio & moribus, & legibus Ro-
manis ignota, complurium matronarum pate-
facto scelere orta est: Quæ cum viros suos clan-
destinis insidijs veneno perimerent, vnius an-
cillæ indicio protractæ, pars capitali iudicio da-
natæ, centum septuaginta numerum expleuerunt. 2

TIBICINVM QVINQVATRIA
prima.

Liuius 9. Ouid. Fast. lib. 6. Plut. Problem.

Tibicinũ quoq; collegiũ solet in foro vulgi ocu-
los in se conuertere, cũ inter publicas priuatasq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

A. V. cdxlij.

ferias, actiones, personis tecto cãpite, variáque veste velatis, concentusq; edit. Inde tracta licentia. Quondam vetiti in æde Iouis, quod prisco more facultatem habuerant, vesci, Thibur irati se contulerunt. Quorum ministerio senatus deserta sacra non æquo animo ferẽs, per legatos à Thiburtibus petijt, vt eos gratia sua Romanis Templis restituerent. Quos illi in proposito perseuerantes interposita festæ epulationis simulatione, mero somnóque sopitos, plaustris in Vrbem deuehendos curauerunt: quibus & honos pristinus restitutus, & huiusce lusus ius esse datum. Personarum vsus, pudorem, circumuentæ tomulentiæ causam habet.

FRVGALIS ANTIQVORVM victus.

Plin. lib. 18. cap. 8.

Iuuẽ. Sat. 1 Qui fercula septẽ Secreto cœnauit auus.

Fuit etiam illa simplicitas antiquorũ in cibo capiendo, humanitatis simul & continentiæ certissima index. Nam maximis viris prandere & cœnare in propatulo, verecundiæ non erat: nec sanè vllas epulas habebant, quas populi oculis subijcere erubescerent: Erant adeo continentiæ attenti, vt frequentior apud eos pultis vsus quàm panis esset. Ideoq; in sacrificijs mola, quæ vocabatur, ex farre & sale constat: exta farre sparguntur: & pultis, quibus auspicia petuntur: puls obijcitur. Primitùs enim ex libamentis victus sui deos eò efficacius, quo simplicius placabant.

FEBRIS DEAE SACELLA in vrbe.

Plin. lib. 2 cap. 7.

*Et cæteros quidem ad beneficiendum venerabantur. Febrem autem ad minus nocendum templis colebatur: quorum adhuc vnumin Palatio, alterum in area Marianorum monumentorum, tertium * in summa parte Vici longi extat. In eáque remedia, quæ corporibus ægrorum adnexa fuerant, deferebantur. Hæc ad humanæ mentis æstus leniendos cum aliqua vsus ratione excogitata, cæterum salubritatem suam industriæ certissimo ac fidelissimo munimento tuebantur: bonæque valetudinis eorum quasi quædam mater erat frugalitas, inimica luxuriosis epulis, & aliena nimiæ vini abundantiæ, & ab immoderato Veneris vsu auersa,*

al. in summo Vico longo.

DE EXTERNIS INSTITVTIS. CAP. VI.

SPARTANORVM FRVGALITAS.

Cic. pro Flacco. Aemil. Probus. Thucyd. 1.

IDem sensit proxima maiorum nostrorũ grauitati Spartana ciuitas: quæ seueriſsimis Lycurgi legibus obtemperans, aliquandiu ciuium suorum oculos à contemplandæ Asiæ retraxerit, ne illecebris eius capti, ad delicatius vitæ genus prolaberentur. Audierant enim lautitiam inde,

& immodicos sumptus, & omnia non necessaria
voluptatis genera fluxisse: primósque Ionas vn-
guenti, coronarumque in conuiuio dandarum,
& secundæ mensæ ponendæ consuetudinem, haud
parua luxuriæ irritamenta reperisse: Ac mini-
mè mirum est, quod homines labore ac potentia
gaudentes, tenacissimos patriæ neruos, externa-
rum deliciarum contagione solui & hebetari
noluerunt: cum aliquanto faciliorem virtutis ad
luxuriam, quàm luxuriæ ad virtutem transi-
tum viderent. Quod eos non frustra timuisse
dux ipsorum Pausanias patefecit, qui maximis
operibus editis, vt primum se Asiæ moribus per-
misit, fortitudinem suam, effœminato eius cultu,
mollire non erubuit.

SPARTANORVM MOS
militaris.

Thucyd. Gel. lib. 1. c. 11 Luci. περὶ ὀρχήσεως. Plutarchus in institutis Lacon.

Eiusdem ciuitatis exercitus non antè ad di-
micandum descendere solebant, quàm tibiæ con-
centu, & anapæsti pedis modulo cohortationis
calorem animo traxissent, vegeto & crebro ictus
sono strenuè hostem inuadere admoniti. Idem
ad dissimulandum & occultandum vulnerum
suorum cruorem, Pæniceis in prælio tunicis vte-
bantur: non, ne ipsis aspectus eius terrorem, sed
ne hostibus fiduciæ aliquid afferret.

ATHENIENSIVM INSTI-
tutum contra ocioſos.

Stobæus

Stobæus ser. 42. ex Nicol. de motib gentiũ. Isocr. Areop. Idẽ de Sardis Ælian. Var. hist. 4.

Egregios virtutis belliçæ spiritus Lacedæmo-
niorum, prudentissimi pacis moribus Athenien-
ses subsequitur: apud quos inertia è latebris suis,
languore marcens, in forum perinde ac delictum
aliquod protrahitur, sitóq; vt facinorosæ, ita eru-
bescendæ reæ culpæ.

ATHENIENSIVM AREOPAGVS.
Isocrates Areopag.

Est & eiusdem vrbis sanctissimum consilium 3
Areopagus, vbi quid quisque Athenienſium
ageret, aut quonam quæstu sustentaretur, dili-
gentissimè inquiri solebant, vt homines honesta-
tem (vitæ rationem memores reddendam esse) 4
sequeretur.

HONOS VIRTVTIS
apud eosdem.

Cic. de opt. gen. orat. περὶ στεφάν. Æsch. Demohst. Vlpia.

Eadem honos ciues corona decorandi primo
consuetudinem introduxit, duobus oleæ connexis
ramulis clarum Periclis cingendo caput. Proba
bile institutum, rem, siue personam intueri velis.
Nam & virtutis vberrimum alimentum est ho-
nos: & Pericles dignus à quo tali muneris dan-
di posteritas potissimum initium caperet.

INGRATITVDINIS ACTIO
apud Athen.

Donatus And. Ter. Tac. 13. Plutarch. Solone.

Age, quid illud institutum Athenarũ, quàm

memorabile? quòd conuictus à patrono libertus ingratus, iure libertatis exuitur. Supersedeo te, inquit, habere ciuem tanti muneris impium æstimatorem. Nec adduci possum vt credam vrbi vtilem, quem domui sceleſtum cernozabi igitur, & esto seruus quoniam liber esse nescisti.

MASSILIENSIVM INstituta varia.

Inde Massilienses quoque ad hoc tempus vsurpant disciplinæ grauitatem, prisci moris obseruantia, charitate populi Rom. præcipuè conspicui: qui tres in eodem manumissiones rescindi permittunt, si ter ab eodem deceptum dominum cognouerint: Quartò errori subueniendum non putant: quia sua iam culpa iniuriam accepit, qui ei se totiens obiecit. Eadem ciuitas seueritatis custos acerrima est. Nullum aditum in scænam Mimis dando, quorum argumenta maiore ex parte stuprorum continent actus, ne talia spectandi consuetudo, etiam imitandi licentiam sumat. Omnibus autem, qui per aliquam religionis simulationem alimenta inertiæ quærũt, clausas portas habet, & mendacem & fucosam superstitionem submouendam esse existimans. Cæterum à Condita Vrbe gladius est ibi, quo noxij iugulantur: rubigine quidem exesus, & vix sufficiens ministerio, sed index in minimis quoque rebus omnia antiquæ consuetudinis monumenta seruanda. Duæ etiam ante portas eorum arcæ iacent, altera, qua liberorum, altera qua

qua seruorum corpora ad sepulturæ locum plaustro deuehuntur sine lamentatione, sine planctu. Luctus funeris die domestico sacrificio, adiectoq; necessariorum conuiuio, finitur. Etenim quid attinet, aut humano dolori indulgeri, aut deuno numini inuidiam fieri, quod immortalitatem suam nobiscum partiri noluerit? 6 7

CEIORVM VENENVM publicum.

Venenum cicuta temporatum, in ea ciuitate publicè custoditur, quod datur ei, qui causas Sexcentis (id enim Senatus eius nomen est) exhibuit propter quas mors sit illi expetenda: Cognitione virili, beneuolentia temperata, quæ nec egredi vita temerè patitur, & sapienter excedere cupienti celerem fati viam præbet: vt vel aduersa, vel prospera nimis vsis fortuna vtraque enim finiendi spiritus, illa ne perseueret, (hæc ne destituat, rationem præbet) comprobato exitu terminetur. 8

Ælian. Var. hist. 3. Strabo. 10. Steph.

Quam consuetudinem Massiliensium non in Gallia ortam, sed à Græcia tralatam inde existimo, quod illã etiam in insula Ceo seruari animaduerti, quo tempore Asiam cum Sex. Pompeio petens, Iulida oppidum intraui. Fortè enim euenit, vt tunc summæ dignitatis ibi fœmina, sed vltimæ iam senectutis, reddita ratione ciuibus cur excedere vita deberet, veneno consumere se destinarit, mortemq; suam Pompeij præsen- 9

A. V. dccxxxj. circiter.

ria clariorem fieri magni æstimauerit. Nec preces eius vir ille, vt omnibus virtutibus, ita humanitatis quoque laudibus instructissimus, aspernari sustinuit. Venit itaque ad eam, facundissimoq; sermone, qui ore eius quasi è beato quodam eloquentiæ fonte manabat, ab incepto consilio diu ne quicquam reuocare conatu, ad vltimum propositum exequi passus est, quæ nonagesimum annum transgressa summa & animi & corporis synceritate, lectulo, quantum dignoscere erat, quotidiana consuetudine cultius strato recubans, & innixa cubito. Tibi quidem, inquit, Sex. Pŏpeÿ dÿ magis, quos relinquo, quàm quos peto, gratias referam: quia nec hortator vitæ meæ, nec mortis spectator esse fastidisti. Cæterùm ipsa hilarem Fortunæ vultum semper experta, ne auiditate lucis tristem intueri cogar, reliquias spiritus mei prospero fine, duas filias, & septem nepotum gregem superstitem relicturа, permuto. Cohortata deinde ad concordiam suos, distributo eis patrimonio, & cultu suo, sacrisq; domesticis maiori filiæ traditis: poculum, in quo venenum temperatum erat, constanti dextera arripuit. Tum defusis Mercurio delibamentis, & inuocato numine eius, vt se placido itinere in meliorem sedis infernæ deduceret partem: cupido haustu mortiferam traxit potionem. Ac sermone significans, quasnam subinde partes corporis sui rigor occuparet, cum iam viscеribus eum, & cordi imminere esset locuta: filiarum manus ad

supremum opprimendorum oculorum officium aduocauit. Nostros autem, tametsi nouo spectaculo obstupefacti erant, suffusos tamen lacrymis dimisit.

MASSILIENSIVM LEX DE aduenis armatis.

Sed vt ad Massiliensium ciuitatem, vnde in hoc diuerticulum excessi, reuertar, intrare oppidum eorum nulli cum telo licet: Præstoq; est, qui id custodiæ gratia acceptum, exituro reddat: vt hospitia sua, quemadmodum aduenientibus humana sunt, ita ipsis quoque tuta sint.

GALLORVM MOS IN mutuo dando.

Horum mœnia egresso vetus ille mos Gallorum occurrit, quos memoria proditum est, pecunias mutuas, quæ his apud inferos redderentur, dare solitos: quia persuasum habuerunt, animas hominum immortales esse. Dicerem stultos, nisi idem Bracati sensissent, quod palliatus Pythagoras credidit. 12

CIMBRORVM CELTIBERORVMQUE mos in adeundis prælijs.

Cic. Tusc. 2. Plutarch. Sertorio.

Auara & fœneratoria Gallorum philosophia: Alacris & fortis Cimbrorum, & Celtiberorum, qui in acie exultabant, tanquam gloriosè & feliciter vita excessuri: lamentabãtur in morbo, quasi turpiter & miserabiliter perituri. Celtiberi etiam nefas esse ducebant: prælio superesse:

cum is occidisset, pro cuius salute spiritum deuouerant. Laudanda vtrorumque populorum animi præstantia, quòd & patriæ incolumitatem fortiter tueri, & fidem amicitiæ constanter præstãdam arbitrabantur.

THRACVM OPINIO DE
vitæ calamitate.
Herod. 5. Solin. cap. 15.

Thraciæ verò illa natio meritò sibi sapientiæ laudem vindicauerit, quæ natalis hominum flebiliter, exequias cum hilaritate celebrans, sine
13 vllis doctorum præceptis, verum conditionis nostræ habitum peruidit. Remoueatur itaque naturalis omnium animalium dulcedo vitæ, quæ
14 multa & facere & pati turpiter cogit: si eius aliquantò felicior ac beatior finis reperietur.

LYCIORVM LVCTVS.
Plutarch. consolatoria.

Quocirca recte Lycij, cum ijs luctus incidit, muliebrem vestem induunt: vt deformitate cultus commoti, maturius fletum proijcere mœrorem velint.

INDARVM FOEMINARVM FIdus amor erga maritos.
Cic. Tusc. 3. Solin. de India. Herod. lib. 5.

Verum quid ego fortissimos hoc in genere prudentiæ viros laudem? Respiciantur Indorum fœminæ, quæ cum more patrio complures eidem nuptæ esse soleant, mortuo marito, in certamen iudicium{q;} veniunt quam ex ijs maximè dilexerit:

xerit: Victrix gaudio exultans, deducta{q;} à necessarijs lætum præferens vultum, coniugis se flammis superiacti, & cum eo tanquam felicissima crematur: superatæ cum tristitia & mœrore in vita remanent. Protrahe in medium Cimbricam audaciam, adijce Celtibericam fidem, iunge animosam Thraciæ sapientiam, annecte Lyciorum in luctibus abijciendis callide, quæsitam rationem: Indico tamen rogo nihil eorum præferes, quem vxoris pietas, in modum genialis tori propinquæ mortis secura conscendit.

POENICARVM FOEMInarum prostitutio.
Iustin. 18. Herod. 1.

Cui gloriæ Pœnicarum fœminarum, vt ex comparatione turpius appareat, dedecus subnectam. Sicca enim fanum est Veneris, in quod se matronæ conferebant, atque inde procedentes ad quæsium, dotes corporis iniuria contrahebant, honesta nimirum tam inhonesto vinculo coniugia iunctura.

PERSARVM INSTITVTVM
in educendis liberis,
Herod. 2.

Iam Persarum admodum prohibile institutum fuit, quòd liberos suos non prius aspiciebant, quam septimum implessent annum, quò paruulorum amissionem æquiore animo sustinerent.

NVMI

NVMIDARVM REGVM MOS
in authoritate seruanda.

Ne Numidiæ quidem reges vituperandi, qui more gentis suæ nulli mortalium osculum ferebant. Quicquid enim in excelso fastigio positum est, humili & trita consuetudine, quo sit venerabilius, vacuum esse conuenit.

DE DISCIPLINA MILITARI.

CAP. VII.

VEnio nunc ad præcipuum decus: & stabilimentum Rom. Imperij, salutari perseuerantia ad hoc tempus syncerum, & incolume seruatum, militari disciplinæ tenacissimum vinculum, in cuius sinu ac tutela, serenus tranquillúsque beatæ pacis status acquieſcit.

DE P. SCIPIONE.
Aemiliano Cos.

Liui. 57. Front. Stratage. lib. 4. cap. 1. L. Florus 2. cap. 18. Plut. in eius vita.

A. V. dcxiv. *P. Cornelius Scipio, cui deleta Carthago auitum cognomen dedit, consul in Hispaniam missus, vt insolentissimos Numantinæ vrbis spiritus, superiorum ducum culpa nutritos, contunderet, eodem temporis momento, quo castra intrauit, eduxit, vt omnia ex his quæ voluptatis causa comparata essent, auferrentur ac summouerentur. Constat cum maximum inde institorum, & lixarum numerum, cum duobus millibus*

bus scortorum abijsse. Hac Turpi atque erube scenda sentina vacuefactus noster exercitus, qui paulo antè metu mortis, deformis se fœderis ictu maculauerat, erecta virtute, recreataque: acrem illam & animosam Numantiam incendij exustam ruinisque prostratam solo æquauit. Itaque neglectæ disciplinæ militaris iudicium, Mancini miserabilis deditio: seruatæ merces, speciosissimus Scipionis triumphus extitit.

DE Q. METELLO
Numidico Cos.

Sallust. Iugurth. Front. lib. 4. cap 1.

Eam sectam Metellus secutus, cum exercitum in Africa, Iugurthino bello nimia p. Al- A. V. dcxliv. *bini indulgentia corruptum consul accepisset: omnibus imperij neruis ad reuocandam pristinæ disciplinam militiæ commissus est. Nec singulas partes apprehendit, sed totam continuo in statum suum redegit. Protinus nanque lixas è castris summouit, cibumq; coctum venalem proponi vetuit: In agmine neminem militum ministerio seruorum iumentoriúmque vt arma sua, & alimenta ipsi ferrent, vti passus est. Castrorum subinde locum mutauit: * eadem, tanquam Iu-* al. & ea. *gurtha semper adesset, vallo fossáque aptissimè cinxit. Quid ergo restituta continentia, quid repetita industria profecit? Crebras scilicet victorias, & multa trophæa peperit eo hoste: cuius tergum, sub ambitioso imperatore, Romano militi videre non contigerat.*

DE

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE P. PVPILIO COS.

Bene etiam illi disciplinæ militari affuerunt, 2 qui necessitudinum perruptis vinculis, vltionem vindictamq; læsæ cum ignominia domum suarum exigere non dubitauerunt. Nam P. Rupilius consul eo bello, quod in Sicilia cum fugitiuis gessit, Q. Fabium generum suum, quia negligentia Tauromenitanam arcem amiserat, prouincia iussit decedere.

A. V. dcxxi.

DE C. AVRELIO Cotta Cos.

Front. lib. 4. cap. 1.

Iam C. Cotta P. Aurelium Pecuniolam, sanguine sibi iunctam, quem obsidioni Liparitanæ ad auspicia repetenda Messanam transiturus: præfecerat virgis cæsum, militiæ munere inter pedites fungi coegit, quòd eius culpa agger incensus, & penè castra fuerant capta.

A. V. dc.

DE Q. FVLVIO. Flacco Cens.

Liuius. 40. 41. Velleius. 1. Front. 4. cap. 1.

Q. etiam Fuluius Flaccus censor, Fuluium fratrem cohortem legionis in qua Trib. militum erat, iniussu consulis domum dimittere ausum, senatu mouit. Non digna exempla, quæ tã breuiter, 4 nisi maioribus vrgerer, referrentur. Quid enim tam difficile factu, quàm copulato societate generis & imaginum, deformem in patriam reditum indicere? aut communione nominis, ac familiæ veteris propinquitatis serie coherenti, virgarum

A. V. dlxxix.

A. V. dlxxiij.

virgarum contumeliosa verba adhibere? aut censorium supercilium aduersus fraternam charitatem distringere? Dentur hæc singula quamuis claris ciuitatibus, abundè tamen gloria disciplinæ militaris instructæ videbuntur.

DE A. POSTHVMIO ET T. Manlio Torquato.

Diod. Sic. 12. Gell. 17. cap. vlt. Liuius 4. & 8. Gell. & alij.

At nostra vrbs, qua omni genere mirificorum exemplorum totum orbem terrarum repleuit, Imperatorum proprio sanguine manantes secures (ne turbato militiæ ordine vindicta deesset) è castris publicè speciosas priuatim lugubres duplici vultu recepit: incerta gratulandi prius, an alloquendi officio fungeretur. Igitur ego quoque hæsitante animo vos bellicarum rerum seueriſsimi custodes, Posthumi Tuberte, & Manli Torquate memoria ac relatione complector, quia animaduerto fore, vt pondere laudis quam meruistis, obrutus, magis imbecillitatem ingenij mei detegam: quàm vestram virtutem, sicut par est, repræsentem. Tu namque Posthumi dictator, A. Posthumium, quem ad generis penetralium q; sacrorum successionem propagandam genueras: cuius infantiæ blandimenta sinu atque osculis foueras: quem puerum literis, quem iuuenem armis instruxeras: sanctum, fortem, amantem tui pariter ac patriæ: qui non tuo iussu, sed sua sponte præsidio progressus hostes fuderat,

5

A. V. cccxxii.

Universidad de Deusto
Biblioteca

victorem securi ferири iußisti: & ad hoc peragendum imperium, paternæ vocis ministerio sufficere voluisti. Nam oculos tuos, certum scio, clarißima in luce tenebris offusos, ingens animi opus intueri nequisse. Tu item Manli Torquate Latino bello consul filium, quòd prouocatus à Gemino Metio duce Tusculanorum ad dimicandum te ignaro descenderat gloriosam victoriam & speciosa spolia referentem: Abripi à lictore, & in modum hostis mactari iußisti: satius esse iudicans, patrem forti filio, quam patriam militari disciplina carere.

A. V. cdxiij.

DE L. QVINCTIO CINCINNATO dict.

Liuius 3. Dionys. x. & alij Flor. lib. 1. cap. 11.

A. V. cclcv.

Age, quanto spiritu putamus vsum L. Quinctium Cincinnatum dictatorem eo tempore quo 6 *deuictis Aequis & subiugum missis, L. Minutium consulatum deponere coëgit, quòd castra eiusdem hostes obsederant? Indignum enim maximo imperio credidit, quem non sua virtus, sed fossa vallumq; tutum præstiterat: cuiq; verecundiæ non fuerat, arma Romana metu trepida clausis portis contineri. Ergo imperiosissimi* XII. *fasces, penes quos senatus & equestris ordinis, & vniuersæ plebis summum decus erat, quorúmque nutu Latium, ac totius Italiæ vires regebantur, contusi atque fracti dictatoriæ se animaduersioni substrauerunt. Ac ne inulta foret læsa gloria militaris, consul delicti omnis vindex*

vindex punitus est. His (vt ita dicam) piaculis, 7 *Mars imperij nostri pater, vbi aliqua ex parte à tuis auspicijs degeneratum erat, numen tuum propitiabatur: affinium & cognatorum & fratrum nota, filiorumq; strage, ignominiosa consulum eiuratione.* 8

DE L. PAPIRIO CVRSORE DICT.

Liuius 8. pulchrè, & Front. lib. 4.

A. V. cdxxix.

Eiusdem ordinis est quod sequitur. Papirius dictator, cum aduersus imperium eius Q. Fabius Rullianus magister equitum exercitum in aciem eduxisset, quanquam fusis Samnitibus in castra redierat, tamen neque virtute eius, neque successu, neque nobilitate motus, virgas expediri, eumq; nudari iußit. O spectaculum admirabile, & Rullianus, & magister equitum, & victor, 9 *scissa veste, spoliatoq; corpore, lictorum verberibus lacerandus: vt in acie exceptorum vulnerum nodosis ictibus cruore renouato, victoriarum, quos modo speciosissimos erat adeptus titulos, respergeret. Precibus deinde suis exercitus occasionem Fabio confugiendi in Vrbem dedit,* 10 *vbi frustra senatus auxilium implorauit. Nihilominus enim Papirius in exigenda pœna perseuerauit: itaque coactus est pater eius, post dictaturam, tertiumq; consulatum, rem ad populum deuocare, auxiliumq; tribunorum plebis supplex pro filio petere. Neque hac re seueritas Papirij refrænari potuit, cæterum, cùm ab vniuersis ci-*

uibus, & ipsis tribunis plebis rogaretur: testatus est, non pœnam illam se Fabio, sed populo Rom. & Tribunitiæ concedere potestati.

DE L. CALPVRNIO PISONE COS. Front. 4. cap. 1.

A. V. dcxx. L. quoque Calpurnius Piso consul, cùm in Sicilia bellum aduersus fugitiuos gereret, & C. Tutius equitum præfectus, fugitiuorum multitudine circumuentus arma cum suis tradidisset: his perfectum ignominiæ generibus affecit. Iussit cum toga lacinys abscisis amictum, * discinctaq; tunica indutum, nudis pedibus, à mane in noctem vsque ad principia per omne tempus militiæ adesse. Interdixit etiam ei conuictum hominum, vsumq; balnearum: turmasque equitum, quibus præfuerat, ademptis equis insunditorum alas transcripsit. Magnum profectò dedecus patriæ magno Pisonis decore vindicatum est: quoniam quidem id egerit, vt qui cupiditate vitæ adducti, cruce digniſsimi fugituis trophæa de se statuere concesserant, libertatiq; suæ seruili manu flagitiosum imponi iugum non erubuerant: amarum lucis vsum experirentur, mortemq;, quam effœminate timuerant, viriliter optarent.

al. decinctaque.

DE Q. METELLO MACEDONICO Procos.

Velleius. Front. 4. cap. 1. Auctor de vir. illust. cap. 61.

A. V. dcxj. Nec minus Pisone acriter Q. Metellus: qui cum

cum apud Contrebiam res gereretur, collocatas à se in quadam statione quinque cohortes, atque ex ea viribus hostium depulsas, repetere eandem stationem eueſtigio iuſsit: non quòd speraret ab ijs amiſsum locum recuperari posse, sed vt præteritæ culpam pugnæ, insequentis certaminis manifesto periculo puniret. Edixit etiam vt si quis effugiens castra petiſsset, pro hoſte interficeretur: Qua seueritate compressi milites, corporibus fatigatis, & animis desperatione vitæ implicatis, loci tamen iniquitatem, multitudinemque hostium superarunt. Humanæ igitur imbecillitatis efficaciſsimum duramentum est necessitas.

DE Q. FABIO MAX. SERuiliano procos.

Front. 4. cap. 1. App. Iberic.

A. V. delij. In eadem prouincia Q. Fabius Max. ferociſsimæ gentis animos contundere & debilitare cupiens, manſuetiſsimum ingenium suum, ad tempus deposita clementia, sæuiore vti seueritate coëgit. Omnium enim qui ex præsidijs Romanis ad hostes transfugerant, captiq; erant, manus abscidit: vt trunca præ se brachia gestantes, defectionis metum reliquis injicerent: Rebelles itaque manus à corporibus suis distractæ, inq; cruentato solo sparsæ, cæteris ne idem committere auderent, documento fuerunt.

DE P. AFRICANO MAIORE
procoſ.
Liuius 30. fine.

Nihil mitius ſuperiore Africano: is tamen ad firmandam diſciplinam militarem, aliquid ab alieniſſima ſibi crudelitate amaritudinis mutuandum exiſtimauit. Siquidem denicta Carthagine, cum omnes qui ex noſtris exercitibus ad Pœnos tranſierant, in ſuam poteſtatem redegiſſet: grauius in Romanos, quàm in Latinos tranſfugas animaduertit. Illos enim tanquam patriæ fugitiuos crucibus affixit, hos tanquam perfidos ſocios ſecuri percuſſit. Non proſequar hoc factum vlterius, & quia Scipionis eſt, & quia Romano ſanguini, quamuis merito perpeſſo, ſeruile ſupplicium inſultare non attinet: cum præſertim tranſire ad ea liceat, quæ ſine domeſtico vulnere geſta narrari poſſunt.

A. V. dlij.

DE P. AFRICANO MINORE
procoſ.
Liuius 51.

Nam poſterior Africanus, euerſo Punico imperio exterarum gentium tranſfugas, in edendis populo ſpectaculis, feris beſtijs obiecit.

A. V. dcvij.

DE L. AEMILIO PAVLLO
procoſ.

Et T. Paullus Perſæ rege ſuperato, eiuſdem generis & culpæ homines elephantis proterendos ſubſtraxit: vtiliſſimo quidem exemplo, ſi tamen acta excellentiſſimorum virorum humiliter æſtima

A. V. dxxevj.

mare ſine inſolentiæ reprehenſione permittitur. Aſpero enim & abſciſſo caſtigationis genere militaris diſciplina indiget: quia vires armis conſtant, quæ vbi à recto tenore deſciuerunt, oppreſſura ſunt, niſi opprimantur.

DE SENATV ROMANO.

Front. 4. cap. 1. Io. Zonaras. Liuius 15. 22. 23. 25. & 26. Front. 4. cap. 1. Polyb. 1.

Sed tempus eſt eorum quoque mentionem fieri, quæ iam non à ſingulis, verum ab vniuerſo ſenatu pro militari more obtinendo, defendendóque adminiſtrata ſunt. L. Marcius tribunus militum, cum reliquias duorum exercituum P. & Cn. Scipionum, quos arma Pœnorum in Hiſpania abſumpſerant, diſperſas mira virtute collegiſſet, earúmque ſuffragijs dux eſſet creatus: ſenatui de rebus actis à ſe ſcribens, in hunc modum orſus eſt: L. MARCIVS PROPR. *Cuius honoris vſurpatione vti eum Patribus conſcriptis non placuit: quia duces à populo, non à militibus creari ſolerent. Quo tempore tam anguſto, tamq; graui, propter immane Reip. damnum etiam trib. militum adulandus erat, quonam quidem ad ſtatum totius ciuitatis corrigendum vnus ſuffecerat. Sed nulla clades, nullum meritum, valentius militari diſciplina apud ſenatum fuit: ſuccurrebat enim quam animoſa ſeueritate Tarentino bello maiores eorum vſi fuiſſent: In quo quaſſatis & attritis Reip. viri-*

A. V. dxij.

A. V. cdlxxv.

dus, cum magnum captiuorum ciuium suorum numerum à Pyrrho rege vltro missum recepissent, decreuerunt vt ex ijs qui equo meruerant, peditum numero militarent. qui pedites fuerant in funditorum auxilia transiberentur: Neue quis eorum intra castra tenderet, neue locum extra assignatum, vallo aut fossa cingeret, neue tentorium ex pellibus haberet: Recursum autem ijs ad pristinum militiæ ordinem proposuerunt, siquis hina spolia ex hostibus tulisset: Quibus supplicijs compressi, ex deformibus Pyrrhi munusculis acerrimi hostes extiterunt. Paremiram aduersus illos senatus distrinxit, qui apud Cannas Remp. deseruerant. Nam cum eos grauitate decreti vltra mortuorum conditionem relegasset, acceptis à M. Marcello literis, vt eorum sibi opera ad expugnationem Syracusarum vti liceret: rescripsit indignos esse qui in castra reciperentur. Cæterum se ei permittere, vt faceret quod expedire Reip. iudicasset, dum ne quis ex eis munere vacaret, aut dono militiæ donaretur, aut in Italiam, donec hostes in ea essent, accederet. Sic enerues animos odisse virtus solet. Age, quam grauiter senatus tulit, quòd Q. Petillium consulem fortissimè aduersus Ligures pugnantem occidere milites passi essent? Legioni enim neque stipendium ante procedere, neque æra dari voluit: quia pro salute imperatoris, hostium telis se non obtulerant. Idque decretum amplissimi ordinis, speciosum & æternum Petilij monumentum exiuit, sub

A. V. dxxxvij.

17

A. V. dxlj.

A. V. d.lxxvij.

sub quo in acie, morte, in Curia vltione clari cineres eius acquieuerunt.

Consimili animo, cùm ei Annibal sex millium Romanorum, quæ capta in castris habebat, redimendorum potestatem fecisset, conditionem spreuit: memor tantam multitudinem armatorum iuuenum, si honestè mori voluissent, turpiter capi non potuisse. Quorum nescio virum manus dedecus fuerit, quod patria spei, an quòd hostis metus nihil in his reposuerit: hæc pro se, ille ne aduersus se dimicarent, parui pendendo. Sed cùm aliquoties senatus pro militari disciplina se seuerum exhibuerit, nescio an tum præcipuè, cum milites qui Rhegium multo bello occupauerant, 18 mortuoq; duce Iubellio, M. Cæsium scribam eius sua sponte imperatorem delegerant carcere meluit, ac M. Fuluio Flacco Trib. Pl. denuntiante, ne in ciues Romanos aduersus morem maiorum animaduerteret nihilominus propositus executus est. Cæterum quo minore cum inuidia id præageretur, quinquagenos per singulos dies virgis cæsos, securi percuti iussit, eorumq; corpora sepulturæ 19 mandari, mortémque lugeri vetuit.

A. V. dxxxvij.

A. V. cdxxcij.

EXTERNA.

DE SENATV CARTHAGINENSI.

Auctor de viris Illust. cap. 38.

Leniter hoc patres conscripti, si Carthaginiensium senatus in militiæ negotijs procurandis violentiam intueri velimus: à quo duces

bella prauo consilio gerentes, etiam si prospera fortuna subsecuta esset, cruci tamen suffigebantur: quod bene gesserant, deorum immortalium adiutorio: quod male commiserant, ipsorum culpæ imputantes.

DE CLEARCHO SPARTHAnorum duce.

Front. 4. cap. 1.

Clearchus verò Lacedæmoniorum dux egregio è dicto disciplinam militiæ contmebat, identidem exercitus sui auribus inculcando, à militibus imperaterem potius, quàm hostem metui debere. Quo aperte denuntiabat futurum vt spiritum pœnæ impenderent, quem pugnæ acceptum ferre dubitassent. Idq; à duce præcipi non mirabantur, maternarum blanditiarum memores, quæ exituros eos ad præliandum monebant, * vt aut vivi cum armis in conspectum earum venirent, aut mortui in armis referrentur. Hoc intra domesticos parietes accepto signo, Spartanæ acies dimicabant. Sed aliena prospexisse tantummodo satis est, cum propriis multóque vberioribus, & felicioribus exemplis gloriari liceat.

ἢ τὰν, ἢ ὀπὶ τὰν.

DE IVRE TRIVMPHANDI.

CAP. VIII.

Disciplina militaris acriter retenta, principatum Italiæ Romano imperio peperit, & multarum vrbium, magnorum Regum, validissima

simarum gentium regimen largita est, fauces Pontici sinus patefecit, Alpium, Tauriq; montis conuulsa claustra tradidit, ortúmque è paruula Romuli casa totius terrarum orbis fecit columen. Ex cuius sinu quoniam omnes triumphi manarunt, sequitur vt de triumphandi iure dicere incipiam.

LEGES DVAE DE TRIVMPHO.

Ob lenia prælia quidam Imperatores triumphos sibi decerni desiderabant. quibus vt occurreretur, lege cautum est nequis triumpharet, nisi qui quinque millia hostium vna acie cecidisset. Non enim numero, sed gloria triumphorum excelsius vrbis nostræ futurum decus maiores existimabant. Cæterum ne tam præclara lex cupiditate laureæ obliteraretur, legis alterius adiutorio fulta est, quam L. Marius, & M. Cato Trib. pl. tulerunt, Pœnam enim Imperatoribus minatur, qui aut hostium occisorum in prælio, aut amissorum ciuium falsum numerum, literis senatui ausi essent referre. Iubétque eos, cum primum Vrbem intrassent, apud quæstores vrbanos iurare, de vtroque numero verè ab his senatui esse scriptum. A. V. dcxcj.

C. LVTATII COS. ET Q. Valerij pr. altercationes de triumpho.

Post has leges iudicij illius tempestiua mentio introducetur, in quo de iure triumphandi inter clarissimas personas & actum & excussum est. C. Lutatius consul & Q. Valerius Prætor circa A. V. dxij.

circa Siciliam insignem Pœnorum classem deleuerant, quo nomine Lutatio consuli triumphum senatus decreuit. Cum autem Valerius sibi eum quoque decerni desideraret, negauit id fieri oportere Lutatius, ne in honore triumphi minor potestas maiori æquaretur: Pertinaciúsque progressa contentione, Valerius sponsione Lutatium 1 prouocauit, Ni suo ductu Punica classis esset oppressa. Nec dubitauit restipulari Lutatius. Itaque iudex inter eos conuenit Atilius Calatinus, apud quem Valerius in hunc modum egit: consulem ea pugna in lectica claudum iacuisse, se autem omnibus imperatorijs partibus functum. Tunc Calatinus, prius quàm Lutatius causam suam ordiretur, Quæro, inquit, Valeri à te, si dimicandum nécne esset, contrarijs inter vos sententijs dissedissetis, vtrum quod consul an quod prætor 2 imperasset, maius habiturum fuerit momentum? Respondit Valerius, non facere se controuersiam quin priores partes consulis essent futuræ. Age deinde, inquit Calatinus, Si diuersa auspicia accepissetis, cuius magis auspicio staretur. Item respondit Valerius, consulis. At Iudex: Iam mehercule, inquit, cum de imperio & auspicio, inter vos
al. susce-peris. disceptationem * susceperim, & tu vtroque aduersarium tuum superiorem fuisse fatearis, nihil est quod vlterius dubitem. Itaque Lutati, quamuis adhuc tacueris, secundum te litem do. Mirifice iudex, quod in manifesto negotio tempus teri passus non est. Probabilius Lutatius, quod ius amplissi

amplissimi honoris constanter defendit. Et ne Valerius quidem improbè, quia fortis & prosperæ pugnæ vt non legitimum, ita se dignum præmium petijt.

CN. FVLVIVS FLACCVS triumphum spernens.

Liuius 23. 26.

Quid facias Cn. Fuluio Flacco, qui tam expetendum alijs triumphi honorem, decretum sibi à senatu ob res bene gestas spreuit, ac repudiauit. Nimirum non plura præcerpens, quàm acciderunt. Nam vt Vrbem intrauit, continuo ipse quæstione publica afflictus, exilio multatus est: vt siquid religionis insolentia commisisset, pœna expiaret. A. V. dxlij. A. V. dxlij.

Q. FVLVIO ET L. OPIMIO triumphus negatus.

Sapientiores igitur Q. Fuluius, quia Capua capta, & L. Opimius, qui Fregellanis ad deditionem compulsis triumphandi potestatem à senatu petierunt. Vterque editis operibus magnificus, sed neuter petitæ rei compos. Non quidem inuidia Patrum conscriptor. cui nunquam aditum in Curia esse voluerunt: sed summa diligentia obseruandi iuris, quo cautum erat, vt pro auctо imperio, non * pro recuperatis, quæ populi al. ob re-Rom. fuissent, triumphus decerneretur. Tantum cuperata. enim interest adijcias aliquid, an detractum restituas: quantum distat beneficij initium, ab iniuriæ fine. A. V. dxlij. A. V. dexxix.

P. SCIPIONI MAIORI ET M. Marcello triumphus negatus.

Liuius 26. & 28.

A. V. dxlvij. A. V. dxlij.

Quinetiam ius de quo loquor, sic custoditum est, vt P. Scipioni ob recuperatas Hispanias, M. Marcello ob captas Syracusas triumphus non decerneretur, quod ad eas res gerendas sine vllo missi erant magistratu. Probentur nunc cuiuslibet gloriæ cupidi, qui ex desertis montibus, myoparonúmque piraticis rostris, laudis inopes, laureæ ramulos festinabunda manu decerpserunt. Carthaginis imperio abrupta Hispania, & Siciliæ caput abscissum Syracusæ, triumphales iungere currus nequiuerunt. Et quibus viris? Scipioni & Marcello: quorum ipsa nomina instar æterni sunt triumphi. Sed clarissimos solidæ veræq; virtutis auctores, humeris suis salutē patriæ gestantes, etsi coronatos intueri senatus cupiebat, iustiori tamen reseruandos laureæ putauit.

Laureolam in mustaceo quærere.

CONVIVIA TRIVMPHANTIVM.

Plutarch. Problem.

His illud subnectam. Moris erat ab imperatore triumphum ducturo, COSS. inuitari ad cœnam, deinde rogari vt venire supersedeant: nequis eo die, quo ille triumpharit, maioris in eodem conuiuio sit imperij.

QVI EX CIVILI VICTORIA non triumpharunt.

Liuius 90. Plutarch. Pomp. Auct. de vir. illust. cap. 77. Flor. lib. 3. cap. vlt. Appia. 1. belli

belli ciu. Eut. in fine 5. Oros. lib. 5. Salluſt. Dio. lib. 37. Cic. Philip. 14.

Verum quamuis quis præclaras res, maximæq; vtiles Reip. ciuili bello gessisset, Imperator tamen eo nomine appellatus non est, nec vllæ supplicationes decretæ sunt: neque aut ouans, aut curru triumphauit, quia vt necessariæ istæ, ita lugubres semper existimatæ victoriæ sunt, vt pote non externo, sed domestico partæ cruore. Itaque & Nasica Ti. Gracchi, & Opimius. C. Gracchi factiones mœsti trucidarunt. Q. Catulus M. Lepido collega suo cum omnibus seditionis copijs extincto, tantum moderatum præ se ferens gaudium, in Vrbem reuertitur. C. etiam Antonius Catilinæ victor, abstersos gladio in castra retulit. L. Cinna, & C. Marius hauserant quidem auidi ciuilem sanguinem: sed non protinus ad templa deorum & aras tetenderunt. Item L. Sylla, qui plurima bella ciuilia confecit, cuius crudelissimi & insolentissimi successus fuerunt: cum consummata potentia sua triumphum duceret, vt Græciæ & Asiæ multas vrbes, ita ciuium Rom. nullum oppidum vexit.

A. V. dcxx. & dcxxxij. A. V. dclxxvj. 5 A. V. dcxj. A. V. dclxxij. A. V. dclxvij. 6

Piget, tædétque per vulnera Reip. vlterius procedere: lauream nec senatus cuiquam dedit, nec quisquam sibi dari desiderauit, ciuitatis parte lacrymante. Cæterum ad quercum pronæ manus porriguntur, vbi ob ciues seruatos corona danda est, qua postes Augustæ domus sempiterna gloriæ triumphant.

DE

DE CENSORIA NOTA.

CAP. IX.

M. CAMILLI ET M. Posthumij in cælibes.

CAstrensis disciplinæ tenacissimum vinculum, & militaris rationis diligens obseruatio, admonẽt me, vt ad censuram pacis magistram custodémque transgrediar. Nam vt opes pop. Romani in tantam amplitudinem imperatorum virtutibus excessêrunt: ita probitas & continentia censorio supercilio examinata est. Opus effectius par bellicis laudibus. Quid enim prodest foris esse strenuum, si domi male viuitur? Expugnentur licet vrbes, corripiantur gentes, regnis injiciantur manus: nisi foro & Curiæ, officium ac verecundia sua constiterit: partarũ rerum æquatus cælo cumulus, sedem stabilem non habebit. Ad rem igitur pertinet, nosse, atque adeò recordari acta censoriæ potestatis.

Plutarch. Camillo.

A. V. CCCL. *Camillus, & Posthumius censores, ære pœnæ nomine eos qui ad senectutem cælibes peruenerant, in ærarium deferre iusserunt. iterum puniri dignos, si quo modo de tam iusta constitutione queri essent ausi: cum in hunc modum increparentur, Natura vobis quemadmodum nascendi, ita gignendi legem scribit: parentésque vos alendo, nepotum nutriendorum debito (si quis est pudor) alligauerunt. Accedit his, quod etiam fortuna longam præstandi huiusce muneris aduocationem*

vocationem estis assecuti: cum interim consumpti sint anni vestri, & mariti & patris nomine vacui. Ite igitur, & nodosam exoluite stipem, vtilem posteritati numerosæ.

M. VALERII MAX. ET. C. Iunij Bruti in L. Antonium.

Horum seueritatem M. Valerius Max. & C. Iunius Bubulcus Brutus censores in consimili genere animaduersionis imitati, L. Antonium senatu mouerunt, quòd quam virginem in matrimonium duxerat, repudiasset, nullo amicorũ in consilium adhibito. At hoc crimen nescio an superiore maius: illo namque conjugalia sacra spreta tantum, hoc etiam iniuriosè tractata sunt. Optimo ergo iudicio censores indignũ eum aditu Curiæ existimauerunt. A. V. DCXLVJ

M. CATONI IN L. Flaminium.

Liuius. 39 Plut. Catone, & Quinctio.

Sic M. Porcius Cato L. Flaminium è numero senatorum sustulit, quia in prouincia quendam damnatum securi percusserat, tempore supplicij ad arbitrium & spectaculum mulierculæ, cuius amore tenebatur, electo. Et poterat inhiberi respectu consulatus, quem is gesserat, atque auctoritate fratris eius V. C. T. Flaminij: sed & censor, & Cato duplex seueritatis exemplum eò magis illum notandum statuit, quòd amplissimi honoris maiestatem, tam tetro facinore inqui- A. V. DLXIX.

Universidad de Deusto Biblioteca

uauerat: nec pensi duxerat, ijsdem imaginibus adscribi, meretricis oculos humano sanguine delectatos, & regis Philippi supplices manus.

C. FABRICII IN P. *Rusinum.*

Liuius 14. Plutarch Sulla Gellius li. 4 cap. 8.

A. V. dclxxviij

Quid de Fabricij Luscini censura loquar? narrauit omnis ætas, & deinceps narrabit, ab eo Cornelium Rusinum duobus consulatibus, & dictatura speciosissimè functũ, quòd decem pondo vasa argentea comparasset: perinde ac malo exemplo luxuriosum, in ordine senatorio retentum non esse. Ipsæ mediis fidius mihi literæ seculi nostri obstupescere videntur, cum ad tantam seueritatem referendam ministerium accõmodare coguntur, ac vereri ne non nostræ vrbis ætà commemorare existimentur. Vix enim credibile est intra idem pomerium decem pondo argenti, & inuidiosum fuisse censum, & inopiam haberi contemptissimam.

M. ANTONII ET L. FLACCI *in M. Duronium.*

A. V. dclvj.

M. autem Antonius, & L. Flaccus censores Duronium senatu mouerunt, quòd legem de coërcendis conuiuiorum sumptibus latam tribunus pleb. abrogauerat, mirifica notæ causa.

A. V. dcliv.

Quàm enim impudenter Duronius Rostra conscendit, illa dicturus, Fræni sunt iniecti vobis Quirites nullo modo perpetiẽdi: alligati & constricti

stricti estis amaro vinculo seruitutis: Lex enim lata est, quæ vos esse frugi iubet: abrogemus igitur istud horridæ vetustatis rubigine obsitum imperium. Etenim quid opus libertate, si volentibus luxu perire non licet?

CL. NERONIS ET M. SALINATORIS *in se mutuo & populum Romanum.*

Liuius 29. Auctor. de viris illust. cap. 50.

A. V. dxlix.

Age, par proferamus æquali iugo virtutis, honorumq; societate iunctum, instrictum autem æmulationis homo dissidens Claudius Nero, Liuiusq; Salinator secundi Punici belli temporibus firmissima Reip. latera, quàm destrictum simul egerunt censuram? Nam cùm equitum centurias cognoscerent, & ipsi propter robur ætatis etiamnum eorum essent è numero, vt est ad Poliam ventum tribum, præco lecto nomine Salinatoris, citandum nẽcne sibi esset, hæsitauit: Quod vbi intellexit Nero, & citari collegam, & equum vendere iussit, quia populi iudicio damnatus esset: Salinator quoque eadẽ animaduersione Neronem persecutus est, adiecta causa, quòd non syncera fide secum in gratiam redijsset. Quibus viris siquis cœlestium significasset futurum vt eorum sanguis illustrium imagnum serie deductus, in ortum salutaris principis nostri confluereț, depositis inimicitijs, artissimo se amicitiæ fœdere iunxisset, seruatam ab ipsis patriam communi stirpi seruandam relicturi.

Aduiro. Tib. Suet. vide Suet. Tiber.

Salinator verò quatuor & triginta tribus inter ærarios referre non dubitauit, quòd cum se damnassent, postea consulem atque censorem fecissent: prætexuitq; causam, quia necesse esset eas alterutro facto, crimine temeritatis vel perurij teneri. Vnam tantummodo tribum Mæciam vacuam nota reliquit: quæ eum suffragijs suis, vt non damnatione, ita ne honore quidem dignum iudicauerat. Quam constantis, & prænalidi illum putamus ingenij fuisse: qui neque tristi iudicium exitu compelli, neque honorum magnitudine adduci potuit, quo se blandiorem in administratione Reip. gereret?

M. MESALLAE ET P. Sempronij in quadringentos equites.

Front. 4. cap. 1. Liu. 18.

A. V. dj. MV. vt sit prænomẽ Manius.

Equestris quoque ordinis bona magnáque pars quadringenti iuuenes, censoriam notam patiente animo sustinuerunt, quos M. Valerius, & P. Sempronius quiam Sicilia ad munitionum opus explicandum ire iussi, facere id neglexerant: equis publicis, spoliatos, in numerum ærariorum retulerunt.

M. REGVLI ET P. PHILI in reliquias Cannenses.

Liuius 24. Gell. lib. 7. cap. 18.

A. V. dxxxix.

Turpis etiam metus censores summa cum seueritate pœnam exegerunt. M. enim Atilius Regu-

Regulus, & P. Furius Philus, L. Metellii quæstorem, complureſque equites Romanos, qui post infeliciter commissam Cannensem pugnam cum eo abituros se Italia iurauerant, direptis equis publicis, inter ærarios referendos curauerunt. Eósque graui nota affecerunt, qui cum in potestatem Annibalis venissent, legati ab eo ad senatum missi de permutandis captiuis, neque impetrassent, quod petebant, in vrbe manserunt: Quia & Romano sanguini fidem præstare conuenies erat, & M. Atilius Regulus censor perfidiam notabat, cuius pater per summos cruciatus expirare, quam fallere Carthaginienses satius esse duxerat. Iam hæc censura ex foro in castra transcendit, quæ neque timeri, neque decipi voluit hostem.

QVI NOTATI AD CENSVRAM postea peruenerunt.

Cic. pro Cluentio Front. Aquæd.

Sequũtur duo eiusdem generis exempla, eáq; adiecisse satis erit, C. Geta, cum à L. Metello, & Cn. Domitio cẽsoribus senatu motus esset, postea censor factus est. Item M. Valerius Messalla censoria nota perstrictus, censoria postmodum potestate imperauit: Quorũ ignominia virtutẽ acuit: rubore enim eius excitati, omnibus viribus incubuerunt, vt digni ciuibus viderentur, quibus dari potius, quam obici censura deberet.

A. V. dcxxxviij

A. V. dcliv.

A. V. dxcix.

DE MAIESTATE.

CAPVT X.

EST & illa quasi priuata censura maiestas clarorum virorum sine tribunalium fastigio, sine apparitorum ministerio, potēs in sua amplitudine obtinenda. Grato enim & iucundo introitu animis hominum illabitur admirationis prætexta velata: quàm rectè quis dixerit, longum & beatum honorem esse sine* honore.

al. onere.

Q. METELLI NVMIDICI apud iudices.

Cic. pro Balbo. & ad Atticum Epist. 11. lib. 3.

A. V. dclij.

Nam quid plus honoris tribui potuit consuli quàm est datum reo Metello? qui cum causam repetundarum diceret, tabulæq; eius ab accusatore expostulatæ, & ad nomen inspiciendū circa iudicium ferrentur, totum concilium ab earum contemplatione oculos auertit, ne de aliquā re quæ in his relata erat, videretur, dubitasse. Non in tabulis, sed in vita Q. Metelli argumenta syncerè administratæ prouinciæ legenda sibi iudices crediderunt. indignum rati integritatem tanti viri, exigua cera, & paucis literis perpendi.*

al. perdi.

P. AFRICANI MAIORIS APVD Antiochum regem & exteros.

Liuius 37. App. Syriaca. Plutarch.

Sed quid mirum, si debitus honos à ciuibus Metello tributus est, quem superiori Africano etiam hostis præstare non dubitauit? Siquidem rex

res Antiochus bello, quod cum Romanis gerebat, filium eius à militibus suis interceptum, honoratissimè excepit, regijsq; muneribus donatū vltro & celeriter patri remisit: quanquam ab eo tum maximè finibus imperij pellebatur. Sed & rex lacessitus, maiestatem excellentissimi viri venerari, quàm dolorem suum vlcisci maluit. A. V. dlxiij.

Ad Africanum eundem in Literniua villa se tenentem, complures prædonum duces videndum eodem tempore fortè confluxerant. Quos cum ad vim faciendam venire existimasset, præsidium domesticorum in tecto collocauit, eratq; in his repellendis & animo & apparatu occupatus. Quod vt prædones animaduerterunt, dimissis militibus abiectisq; armis, ianuæ appropinquant, clara voce nuntiantes: non vitæ eius hostes, sed virtutis admiratores venisse: conspectum & congressum tanti viri quasi cæleste aliquod beneficium expetentes. Proinde securum se spectandum præbere ne grauaretur. Hæc post quam domestici Scipioni retulerunt, fores reserari, eosq; intromitti iussit: qui postes ianuæ tanquam aliquam religiosissimam aram, sanctumq; templum venerati, cupidè Scipionis dexteram apprehenderunt, ac diu deosculati, positis ante vestibulum donis, quæ deorum immortalium numini consecrari solent, læti quod Scipionem vidisse contigisset, ad lares reuerterunt. Quid hoc fructu maiestatis excelsius? quid etiam iucundius? Hostis iram admiratione sui placuit: 1 A. V. dclxvj. 2 3

spectaculo præsentiæ suæ latronum gestientes oculos* obstupefecit. Delapsa cælo sidera hominibus ipse offerant, venerationis amplius non recipient.

al. vidit.

L. AEMILII PAVLLI
ad Macedonas.
Plutarch.

A. V. dxciij.

Et hæc quidem viuo Scipioni: illud autem Aemilio Paullo exanimi contigit. Nam cum exequiæ eius celebrarentur, ac fortè tunc principes Macedoniæ, legationis nomine Romæ morarentur, funebri lecto sponte sua sese subtecerunt. Quod aliquanto magis videbitur, si quis cognoscat lecti illius frontem Macedonicis triumphis fuisse adornatam. Quantum enim Paullo tribuerunt, propter quem gentis suæ cladium indicia per ora vulgi ferre non exhorruerunt? quod spectaculum funeri speciem alterius triumphi adiecit. Bis enim te Paulle Macedonia vrbi nostræ illustrem ostendit: incolumem, spoliis suis: fato functum, humeris.

P. AFRICANI MINORIS APVD
Masanissam & Pœnos.
App. Lybicis.

Ne filij quidē tui Scipionis Aemiliani, quem in adoptionem dando, duarum familiarum ornamentum esse voluisti, maiestati parum honoris tributum est: eum enim adolescentem admodum

A. V. dcij.

à Lucullo consule petendi auxilij gratia ex Hispania in Africam missum, Carthaginienses, & Masa

Masanissa Rex de pace disceptatorem, velut consulem & imperatorem habuerunt. Ignara quidem fatorum suorum Carthago: Orientis enim illud iuuentæ decus, deorum atque hominum indulgentia, ad excidium eius alebatur: vt superius cognomen Africanum capta, posterius euersa Corneliæ genti daret.

P. RVTILII EXVLIS
apud Asiæ ciuitates.
Liuius 70. Seneca. epist. 81.

Quid damnatione, quid exilio miserius? At P. Rutilio conspiratione publicanorum perculso, auctoritatem adimere non valuerunt. Cui Asiā petenti omnes prouinciæ illius ciuitates legatos secessum eius operientes obuiam miserunt. Exulare aliquis hoc loco, an triumphare iustius dixerit?

A. V. dclx.

C. MARII PROSCRIPTI
apud Minturnenses.
Plutarch. App. Ciuil. 1.

C. etiam Marius in profundum vltimarum miseriarum abiectus, ex ipso vitæ discrimine, beneficio maiestatis emersit. Missus enim ad eum occidendum in priuata domo Minturnis clausum seruus publicus, natione Cimber, & senem, & inermem, & squalore obsitum, strictum gladium tenens, aggredi non sustinuit: sed claritate viri occæcatus, obiecto ferro attonitus inde ac tremens fugit. Cimbrica nimirum calamitas oculos hominis perstrinxit, deuictæq; suæ gentis

A. V. dclxv.

interitus, animum comminuit: etiam dijs immortalibus indignum ratis, ab vno eius nationis interfici Marium, quam totam deleuerat. Minturnenses autem maiestate illius capti, compressum iam & constrictum dira fati necessitate, incolumem præstiterunt: nec fuit his timori asperrima 7 Syllæ victoria, ne in eos conseruationem Marij vlciscereturr, cum præsertim ipse Marius eos à conseruando Mario absterrere posset.

M. CATONIS VTICENSIS
apud Senatum.
Plutarch. Gel. 4. cap. 10.

M. quoque Porcium Catonem admiratio fortis, & synceræ vitæ, adeò admirabilem senatui
A. V. dcxciv. fecit, vt cum inuio C. Cæsare consule aduersus publicanos dicendo in curia diem extraheret, & ob id eius iussu à lictore in carcerem ducereur, vniuersus senatus illum sequi non dubitaret: quæ res diuum animi perseuerantiam flexit.

EIVSDEM APVD POpulum Romanum.
Plutarch. Senec. epist. 98.

A. V. dcxciix. Eodem Ludos Florales, quos Mesius ædilis faciebat, spectante, populus, vt Mimæ nudarentur, postulare erubuit: quod cum ex Fauonio amicissimo sibi vnà sedente cognouisset, discessit è theatro, ne præsentia sua spectaculi consuetudinem impediret: Quem abeuntẽ ingenti plausu populus prosecutus, priscum morem iocorum in scænam reuocauit: confessus plus se maiestatis vni

vni tribuere, quàm vniuerso sibi vindicare. Quibus opibus, quibus imperijs, quibus triumphis hoc datum est? exiguum viri patrimonium, astricti continentia mores, modicæ clientelæ, domus ambitioni clausa, paterni generis vna imago, minime blanda frons: sed omnibus numeris perfecta virtus. Quæ quidem effecit, vt quisquis sanctum & egregium ciuem significare velit, 9 sub nomine Catonis definiat.

EXTERNA.

MARMODII ET ARISTOgitonis apud Xerxem regem.
Thucid. 6. Plin. 34. ca. 8. Aul. Gel. li. 17. ca. 21.

Dandum est aliquid loci etiam alienigenis exemplis: vt domesticis aspersa, varietate ipsa delectent. Harmodij, & Aristogitonis, qui Athenas tyrannide liberare conati sunt, effigies æneas Xerxes ea vrbe deuicta in regnum suum transtulit: longo deinde interiecto tempore, Seleucus in pristinam sedem reportandas curauit: Rhodij quoque eas vrbi suæ appulsas, cùm in hospitium publicè inuitassent, sacris etiam pului naribus collocauerunt. Nihil hac memoria felicius, quæ tantum venerationis, in tam paruulo ære possedit.

XENOCRATIS APVD
Athenienses.
Cicer. pro Balbo. & ad Atticũ lib. 3. Epist. 11. Diog. Laert.

Quãtum porrò honoris Athenis Xenocratis sapientia

sapientia pariter ac sanctitate claro tributũ est? Qui cum testimonium dicere coactus ad aram accessisset, vt more ciuitatis iuraret omnia se vere retulisse, vniuersi iudices cõsurrexerunt, proclamaruntq; ne iusiurandum diceret: Quodq; sibimetipsis postmodum dicendæ sententiæ loco remissuri non erant, synceritati eius concedendum existimarunt.

VALERII MAXIMI LIBER III.

DE INDOLE.

CAP. I.

ATTINGAM nunc quasi cunabula quædam & elementa virtutis: animiq; procedente tempore ad summũ gloriæ * cumulum peruenturi, certo indolis, experimento, datos gustus referam.

al. culmẽ.

1 Simile quid refert Macrob. Sat. 1. de rarq. Prisci regis filio. Debulla aurea Plini. lib. 35. c. 1. & Macrobius.

AEMILII LEPIDI PVERI.

Aemilius Lepidus puer etiam tum progressus in aciem, hostem interemit, ciuem seruauit: cuius tam memorabilis operis index est in Capitolio statua bullata, & incincta prætexta S. C. posita: Iniquum enim putauit, eum honori nondum tempestiuum videri, qui iam virtuti maturus fuisset. Præcurrit igitur Lepidus ætatis stabilimentum fortiter faciendi celeritate: duplicemque

cemq; laudem è prælio retulit, cuius eum vix spectatorem anni esse patiebantur. Arma enim infesta, & districti gladij, & discursus telorum, & aduentantis equitatus fragor, & concurrentium exercituum impetus, iuuenibus quoque aliquantum terroris incutit. Inter quæ Aemiliæ gentis puerilia, coronam mereri, spolia rapere valuit.

M. CATONIS VTICENSIS.

Plutarch. Catone.

Hic spiritus ne M. quidem Catonis puerilia defuit. Nam cum in domo M. Drusi auunculi sui educaretur, & ad eum Trib. plebis Latini de ciuitate impetranda conuenissent, à Q. Poppedio Latinorum principe, Drusi autem hospite rogatus vt socios apud auunculum adiuuaret, constanti vultu non facturum se respondit. Iterum deinde, ac sæpius interpellatus, in proposito præstitit. Tunc Poppedius in exclusam ædũ partem leuatum, abiecturum inde se, nisi precibus obtemperaret, minatus est: nec hac re ab incepto mouere potuit. Expressa est itaque illa vox hominum, Gratulemur nobis Latini, & socij, hunc esse tam paruum, quo senatore ne sperare quidem nobis ciuitatem licuisset. Tenero ergo animo Cato totius Curiæ grauitatem percepit, perseuerantiaq; sua Latinos iura nostræ ciuitatis apprehendere cupientes, repulit.

A. V. delxij.

Plutarch.

Idem cum salutandi gratia prætextatus ad Sullam venisset, & capita proscriptorum in atrium

A. V. delxxj.

artum allata vidisset, atrocitate rei commotus pædagogum suum Sarpedonem nomine interrogauit, quapropter nemo inueniretur qui tam crudelem tyrannum occideret: Cumq; is, non voluntatem hominibus, sed facultatem deesse, quod
al. Sulla. * salus eius magno militum præsidio custodiretur, respondisset: vt ferrum sibi daretur, obsecrauit, affirmando perfacile se eum interfecturum, quod in lecto illius consedere soleret. Pædagogus & animum Catonis agnouit, & propositum exhorruit, eumq; postea ad Sullam excussum semper adduxit: Nihil hoc admirabilius Puer in officina crudelitatis deprehensus, victorem non extimuit, tum maximè cõsules, Municipia, Legiones, Equestris ordinis maiorem partem trucidantem: Ipsum Marium si quis eo loci statuisset, celerius aliquid de fuga sua, quàm de Sullæ nece cogitasset.

C. CASSII LONGINI.

Plutarch. Bruto.

A. V. dclxxviij circiter. Cuius filium Faustum C. Cassius condiscipulum suum in schola proscriptionem paternam laudantem ipsum quoque cum per ætatem potuisset, idem facturum minitantem, colapho percussit. Dignam manum, quæ publico parricidio se non contaminaret.

EXTERNA.

ALCIBIADIS ATHENIENSIS.

Plutarch. in Alcibiade.

Et vt à Græcis aliquid Alcibiades illo cuius nescio

nescio vtrum bona, an vitia patriæ perniciosiora fuerint: illis enim ciues suos decepit, his afflixit, cũ adhuc puer ad Periclem auũculum suum venisset, eumq; secretò tristem sedentem vidisset: interrogauit, quid ita tantam in vultu confusionem gereret: At illo dicente, mandato se ciuitatis Propylæa Mineruæ, quæ sunt ianuæ arcis, ædificasse, consumptaq; in id opus ingenti pecunia, non inuenire quo pacto ministerij rationem redderet, atque ideo conflictari: Ergo, inquit, quære potius quemadmodum rationem non reddas. Itaque vir amplissimus atque prudentissimus, suo consilio defectus, puerili vsus est, atque id agit vt Athenienses finitimo implicati bello rationibus exigendis non vacarent. Sed viderint Athenæ vtrum Alcibiadem lamẽtentur, an glorientur: quoniam adhuc inter execrationem hominis & admirationem, dubio mentis iudicio fluctuantur.

DE FORTITVDINE.

CAP. II.

NOs quia iã initia, procursusq; virtutis patefecimus, actum ipsum persequemur, cuius ponderosissima vis & efficacissimi lacerti, in fortitudine cõsistunt. Nec præterit me, conditor Vrbis nostræ Romule, principatum tibi hoc in genere laudis assignari oportere. Sed patere obsecro vno te præcurri exẽplo, cui & ipse aliquantum honoris debes: quia beneficio illius effectum est,

Universidad de Deusto Biblioteca

ſſ, ne tam præclarum opus tuum Roma dilaberetur.

M. HORATIVS COCLES.

Liuius 2. Dion. 5. Cic. in Parad. Front. lib. 2. ca. vlt. Plin. l. 34. ca. 5. Sen. ec. ad Lucil. Epiſt. 10.

A. V. ccxlv. *Etruſcis in vrbem, ponte Sublicio irrumpentibus, Horatius Cocles extremam eius partem occupauit: totumq; hoſtium agmen, donec poſt tergum ſuum pons abrumperetur, infatigabili pugna ſuſtinuit. Atque, vt patriam periculo imminenti liberatam vidit, armatus ſe in Tiberim miſit: cuius fortitudinem dij immortales admirati, incolumitatem ſynceram ei præſtiterunt. Nam neque altitudine deiectus, quaſſatúſue, neque pondere armorum preſſus, nec vllo vertices circuitu actus, nec telis quidem, quæ vndique cogerebãtur, læſus, tutum natandi euentum habuit. Vnus itaque tot ciuium, tot hoſtium in ſe oculos conuertit, ſtupentes illos admiratione, hos inter lætitiam & metum hæſitantes: vnus q; duos acerrima pugna confertos exercitus, alterum repellẽdo, alterum propugnando, diſtraxit. Denique vnus Vrbi noſtiræ tantum ſcuto ſuo, quantum Tiberis alueo munimenti attulit: Quapropter diſcendentes. Etruſci dicere potuerunt: Romanos vicimus, ab Horatio victi ſumus.*

Hoc negar Polyb. li. 3.

CLOELIA VIRGO.

Liuius 2. Plutarch. Poplic. Dionyſ. 5. Author. de vir. illuſtr. Vide & Plin. lib. 34. cap. 6.

A. V. ccxlv. *Immemorem ne propoſiti mei Clælia penè facit*

facit. eadem enim tempeſtate, certè aduerſus eundem hoſtem & in eodem Tiberij inclytum auſa facinus. Inter cæteras enim virgines obſes hoſti Porſenæ data, nocturno tempore cuſtodiam egreſſa, equum conſcendit, celeriq; traiectu flumina, non ſolum obſidione, ſed etiam metu patriam puella ſoluit, viris lumen virtutis præferendo. I.

ROMVLVS.

Liui. 1. Plutarch. Dionyſ. 2. Propertius lib. 4.

*Redeo nunc ad Romulum, qui ab Acrone Ceninenſium rege ad dimicandum prouocatus, quanquam & numero, & fortitudine militum ſuperiorem ſe crederet tutiuſq; erat toto cũ exercitu, quàm ſolum in aciem deſcendere, ſua potiſſimum dextra omen victoriæ * rapuit: nec incepto eius fortuna defuit: Occiſo enim Acrone fuſiſq; hoſtibus, opima de eo ſpolia Ioui Feretrio retulit. Hactenus iſtud: quia publica religione conſecrata virtus, nulla priuata laudatione indiget.*

A. V. iiiij.

al. corripuit.

A. CORNELIVS COSSVS.

Liuius 4. Propertius 4.

A Romulo proximus Cornelius Coſſus, eidem deo ſpolia conſecrauit, cum magiſter equitum ducem Fidenatium in acie congreſſus interemiſſet. Magnus initio huiuſce generis inchoatæ gloriæ Romulus: Coſſo quoque multum acquiſitum eſt, quo Romulum imitari valuit.

A. V. cccxxv.

M. MARCELLVS.

Plutarch. Propertius.

A. V. dxxxj. *Ne M. quidem Marcelli memoriam ab his exemplis separare debemus, in quo tantus animi vigor fuit, vt apud Padum Gallorum regem ingenti exercitu stipatum, cum paucis equitibus inuaderet: quem protinus obtruncatum, armis exuit, eáque Ioui Feretrio dicauit.*

DVELLORVM VICTORES T. Manlius Torquatus, M. Valerius Corvus, & P. Scipio Æmilianus.

Liuius 7. & 48. Gell. 9. Plin. de vir Illust. App. Iberica.

A. V. cccxcij. & cdv. al. prouocantes. *Eodem virtutis & pugnæ genere vsi sunt T. Manlius Torquatus, & Valerius Corvus, & Æmilianus Scipio. Hi enim vltro * prouocatos hostium duces interemerunt: sed quia sub alienis auspicijs rem gesserunt, spolia Ioui Feretrio non posuerunt consecranda. Idem Scipio Æmilianus*

A. V. dcij. *cum in Hispania sub Lucullo duce militaret, at-*

A. V. dcij. *que Intercatia præualidum oppidum circumsederetur, primus mœnia conscendit: Neque erat in eo exercitu quisquam aut nobilitate, aut animi indole, aut futuris actis, cuius saluti magis parci & consuli deberet: sed tunc clarissimus quisque iuuenum, pro amplificanda & tuenda patria, plurimum laboris ac periculi sustinebat deforme sibi existimans, quos dignitate præstaret, ab his virtute superari. Ideoque Æmilianus hanc mili-*

militiam alijs propter difficultatem vitantibus, sibi depoposcit.

C. ATILIVS.

Liui. 5. Plut. Camillo.

Magnum inter hæc fortitudinis exemplum antiquitas offert. Romani à Gallorum exercitu A. V. cccLxiij. *pulsi, cum se in Capitolium, & in arcem conferrent, inq; his collibus morari omnes non possent: necessarium consilium in plana vrbis parte seniorum relinquendorum cæperunt, quo facilius iuuentus reliquias imperij tueretur. Cæterum ne illo quidem tam misero, tamq; lucluoso tempore, ciuitas nostra virtutis suæ oblita est: Defunctis, enim honoribus, apertis tantis, in curulibus sellis, cum insignibus magistratuum, quos gesserant, sacerdotiorumq;, quæ erant adepti, consederunt, vt & ipsi in occasu suo, splendorem & ornamenta vitæ præteritæ retinerent, & plebem ad fortius sustinendos casus suo vigore prouocarent. Venerabilis eorum aspectus, primo hostibus fuit, & nouitate rei, & magnificentia cultus, & ipse audaciæ genere commotus. Sed quis dubitaret, quia & Galli, & victores, illam admirationem mox in risum, & in omne contumeliæ genus conuersuri essent? Non expectauit igitur hanc iniuriæ maturitatem * C. Atilius, verum barbam suam permulcenti Gallo scipionem vehementi ictu capiti inflixit, eiq; propter dolorem ad se occidendum ruenti cupidius corpus obtulit: Capi ergo virtus resecit patientia*

3

al. M. Atilius. Liu. & Plut. M. Papirium vocant.

dedecus ignorat. Fortunæ succumbere tristius ducit omni fato, noua & speciosa genera interitus excogitat, si quisquam interit, qui sic extinguitur.

EQVITES ROMANI IN PRAELIO ad Verruginem.

Liuius 4.

A. V. CCCXXX. *Reddendus est nunc Romanæ iuuentuti debitus honos, & gloriæ titulus, quæ C. Sempronio Atratino consule cum Volscis apud Verruginem parum prospere dimicante, ne acies nostra iam inclinata propelleretur, equis delapsa, seipsam centuriauit, atque hostium exercitum rupit. Quo dimoto, proximum tumultum occupauit, effecitque, vt omnis Volscorum in se conuersus impetus, legionibus nostris ad confirmandos animos salutare laxamentum daret. Itaque cum iam de trophæis statuendis cogitarent, prælium nocte dirimente victoréne, an victi abirent, incerti discesserunt.*

IIDEM IN PRAELIO contra Samnites.

Liuius 8.

A. V. CDXXIX. *Strenuus ille quoque flos ordinis equestris, cuius mira virtute Fabius Maximus Rullianus magister equitum bello quod aduersus Samnites gerebatur, male commissi prælij crimine leuatus est. Namque Papirio Cursore propter auspicia repetenda ad Vrbem proficiscente, castris præpositus, ac vetitus in aciem exercitum ducere: nihilominus manus cum hoste, sed non tam feliciter, quàm temerè conseruit: procul enim dubio superabatur. Cæterum optimæ indolis iuuentus detractis equorum frenis, vehementer eos calcaribus stimulatos, in aduersos Samnites egit, obstinataq; animi * præstantia extortam manibus hostium victoriam, & cum ea spem maximi ciuis Rullianæ patriæ restituit.*

al. præsentia.

MILITES RO. IN RETInenda classe Punica.

Cic. lib. de Senect. Liu. 1. punico bello.

A. V. DXXXV. circiter. *Qualis demum roboris illi milites? qui vehementi ictu remorum cõcitatum fugæ Punicam classem, nantes lubrico pelagi, quasi * camporum firmitate, pedites in litus retraxerunt?*

al. brachiorum.

MILES RO. IN PRAELIO Cannensi.

Liuius 22.

A. V. DXXXVIJ. *Eiusdem temporis & notæ miles, qui Cannensi prælio, quo Annibal magis vires Romanorum contudit, quàm animos fregit, cùm ad retinenda arma inutiles vulneribus manus haberet, spoliare se conantis Numidæ ceruicem complexus, os, naribus & auribus corrosis, deforme reddidit: inque plenæ vltionis morsibus expirauit. Sepone miquum pugnæ euentum, quantum interfectore fortior interfectus? Pœnus enim in victoria obnoxius morienti, solatio fuit: Romanus in ipso fine vitæ vindex sui extitit.*

P. LICINIVS CRASSVS PROCOS.

Orosius 5. cap. 10. L. Flor. 2. fine Appianus de bell. Parthico.

A. V. dxxiij. *Militis huius in aduerso casu tam egregius, tamq; virilis animus, quàm relaturus sum, Imperatoris. P. enim Crassus cum Aristonico bellum in Asia gerens à Thracibus, quorum is magnum numerum in præsidio habebat, inter Eleam & Smyrnam exceptus, ne in ditionem eius peruenirent, dedecus, accersita ratione mortis, effugit. Virgam enim, qua ad regendum equum vsus fuerat, in vnius barbari oculum direxit, qui vi doloris accensus, latus Crassi sica confodit: dumque se vlciscitur, Romanum imperatorem maiestatis amissæ turpitudine liberauit. Ostendit fortuna Crassus, quàm indignũ virum tam graui contumelia afficere voluisset, quoniam quidem imeclos ab ea libertati suæ miserabiles laqueos prudenter pariter ac fortiter rupit, donatumque se iam Aristonico, dignitati suæ reddidit.*

Q. METELLVS SCIPIO PROCOS.

Liu. 114. App. ciuil. 2. Dionys. & alij Seneca Epist. 25. ad Lucilium.

A. V. dccvij. *Eodem mentis proposito vsus est Scipio. namque infeliciter Cn. Pompeij generi sui defensis in Africa partibus, classe Hispaniam petens, cum animaduertisset nauem qua vehebatur, ab hostibus captam, gladio præcordia sua transuerberauit: Ac deinde prostratus in puppi, quærentibus Cæsa-*

Cæsarianis militibus vbi nam esset imperator, respondit, Imperator bene se habet tantúmque ebqui valuit, quantum ad testandam animi fortitudinem, æternæ laudi satis erat.

M. CATO VTICENSIS.

Plutarch. App. Ciuil. 2. Senec. Ep. 25. ad Lucilium. Aug. de ciuit. lib. 1.

A. V. dccvij. *Tui quoque clarissimi excessus Cato Vtica monimentum est, in qua ex fortissimis vulneribus tuis, plus gloriæ quàm sanguinis manauit. Siquidem constantissimè in gladium incumbendo, magnum hominibus documentum dedisti: quanto potior esse debeat probis dignitas sine vita, quàm vita sine dignitate.*

PORCIA M. F. M. BRVTI.

Plut. Bruto. Dion. 44. aliter.

A. V. decx. *Cuius filia minime muliebris animi: quæ cum Bruti viri sui consilium, quod de interficiendo Cæsare ceperat, ea nocte, quam dies teterrimi facti secutus est, cognouisset, egresso cubiculum Bruto, cultellum tonsorium quasi vnguium resecandorum causa poposcit, eoq; velut forte elapso, se vulneraut: Clamore deinde ancillarum in cubiculum reuocatus Brutus, obiurgare eam cœpit, quòd tonsoris præripuisset officium. Cui secretò Porcia, Non est, inquit, hoc temerarium factum meum, sed in tali statu nostro, amoris mei erga te certissimum indicium. Experiri enim volui, si*

tibi propositum ex sententia parũ cessisset, quàm æquo animo me ferro essem interemptura.

M. CATO MAIORIS CATONIS filius.

Plutarch. Paullo. Iustin. 33.

A. V. dxxcv. Felicior progenie sua superior Cato, à quo Porciæ familiæ principia manarunt. Qui cum ab hoste in acie vehementi periculo peteretur, è vagina gladius eius elapsus decidit: Quem subiectum præliantium globo, & vndique hostilibus pedibus circundatum, postquam abesse sibi animaduertit: adeò constanti animo in suam potestatem redegit, vt illum non periculo oppressus rapere, sed metu vacuus sumere videretur. Quo spectaculo attoniti hostes, postero die ad eum supplices pacem petentes venerunt.

P. SCIPIO NASICA.

Plut. Gracch. Appian. de bello ciuili.

Togæ quoque fortitudo, militaribus operibus inferenda est, quia eandem laudem foro, atque castris edita meretur. Cum Ti. Gracchus in tribunatu profusis largitionibus fauore populi occupato remp. * oppressam teneret: palamq; dictitaret, interempto senatu, omnia per plebem agi debere: in ædem Fidei publicè conuocati Patres conscripti à consule Mucio Scæuula, quidnam in tali tempestate faciendum esset, deliberabant: Cunctisque censentibus, vt consul armis remp. tueretur, Scæuula negauit se quidquam vt esse

A. V. dcxx. al. obsessam.

actum. Tum Scipio Nasica, Quoniam, inquit, consul, dum iuris ordinem sequitur, id agit vt cum omnibus legibus Romanum imperium corruat: egomet priuatus, voluntati vestræ me ducem offero: Ac deinde læuam manum apertæ togæ circundedit, sublataq; dextera proclamauit: Qui remp. saluam esse volunt, me sequantur: eaque voce, cunctatione bonorum ciuium discussa, Gracchum cum scelerata factione, quas merebatur pœnas persoluere coëgit.

M. AEMILIVS SCAVRVS.

App. Ciuil. 1. Cic. pro C. Rabitio.

Item cum tribunus plebis Saturninus, & Prætor Claucia, & Equitius designatus Trib. plebis maximos in ciuitate nostra seditionum motus excitassent, nec quisquam se populo concitato opponeret: primum M. Æmilius Scaurus C. Marium consulatum sextum gerentem hortatus est, vt libertatem legesque manu defenderet: protinúsque arma sibi afferri iussit. Quibus allatis, vltima senectute confectum & pene dilapsum corpus induit, speculóque inuitus ante fores Curiæ constitit, ac paruulis extremi spiritus reliquijs ne resp. expiraret, effecit: * Præstantia enim animi sui senatum & equestrem ordinem ad vindictam exigendam impulit.

A. V. dcliij.

al. præsentia.

C. IVLIVS CAESAR PROCOS.

Cæsar. de bell. Gall. 2. Plut. Suetonius.

Sed vt superius armorum & togæ, ita nunc etiam siderum clarum decus Diuum Iulium,

Universidad de Deusto Biblioteca

A. V. dcxcvj.

certissimam veræ virtutis effigiem repræsentemus. Cum innumerabili multitudine, & feroci impetu Neruiorum inclinari aciem suam videret, timidius pugnanti militi scutum detraxit, eoq; tectius acerrimè præliari cœpit. Quo facto fortitudinem per totum exercitum diffudit, labentémque belli fortunam diuino animi ardore restituit. Idem alio prælio legionis Martiæ aquiliferum ineundæ fugæ gratia iam conuersum, faucibus comprehensum, in contrariam partem detraxit, dexteramq; ad hostem tendens, Quorsum tu, inquit, abis? illic sunt cum quibus * dimicamus: & manibus quidem vnum militem, adhortatione verò tam acri omnium legionum trepidationem correxit, vincíque paratas, vincere docuit.

al. dimicandum est.

TRES MILITES, VIBIVS Acceus, Valerius Flaccus, T. Pedanius.

Liuius 25. sed in expugnatione castrorum Ammonius contigisse scribit.

A. V. dxlj.

Cæterum vt humanæ virtutis actum exequamur, cum Annibal Capuam, in qua Romanus exercitus erat obsideret, Vibius Acceus Pelignæ cohortis præfectus, vexillum trans Pœnicum vallum proiecit seipsum, suósque commilitones (si eo hostes potiti essent) execratus: & ad id petendum subsequente cohorte primus impetum fecit: Quod vt Valerius Flaccus tribunus tertiæ legio

legionis aspexit, conuersus ad suos, Spectatores, inquit vt video, alienæ virtutis huc venimus: sed absit hoc dedecus à sanguine nostro, vt Romani gloria cedere Latinis velimus. Ego certè aut speciosam optaui mortem, aut felicem audaciæ exitum: Vel solus igitur præcurrere paratus sum. His auditis, Pedanius Centurio conuulsum signum dextra retinens: Iam hoc, inquit, intra hostile vallum mecum erit: proinde sequantur qui id capi nolunt: & cum eo in castra Pœnorum irrupit, totámque secum traxit legionẽ. Ita trium virorum fortis temeritas, Annibalem, paulo antè spe sua Capuæ potitorem, ne castrorum quidem suorum potentem esse passa est.

Q. COTIVS ACHILLES.

Quorum virtuti nihil cedit Q. Cotius, qui propter fortitudinem Achilles cognominatus est. Nam vt reliqua eius opera non exequar, abunde tamen duobus factis, quæ relaturus sum, quantus bellator fuerit, cognoscetur. Q. Metello consule legatus in Hispaniam profectus, Celtiberum cum sub eo bellum gerens, postquam cognouit à quodam gentis huius iuuene, se ad dimicandum prouocari: erat autem illi forte prandendi gratia mensa posita: relicta ea, arma sua extra vallum deferri, equúmque clàm educi iussit, ne à Metello impediretur: Et illum Celtiberum insolentissimè obequitantem consectatus interemit, detractáque corpori eius exuuias, ouans

A. V. dcxj.

læti

Universidad de Deusto Biblioteca

lætitia in castra retulit. Idem Firestium nobilitate ac virtute Celtiberos omnes præstantem, cùm ab eo in certamen pugnæ denocatus esset, succumbere sibi coëgit. Nec erubuit flagrantissimi pecloris iuuenis, gladium ei suum & sagulum vtroque exercitu spectante tradere. Ille verò etiam petijt, vt hospitij iure inter se iuncti essent, quando inter Romanos & Celtiberos pax foret restituta.

C. ATILIVS.

Herod. 6. Iust. 2. Suetonius.

7 Ne C. Atilium quidem præterire possumus, qui cum decimæ legionis miles pro C. Cæsaris partibus maritima pugna præliaretur, abscisa dextra, quam Massilienstum naui iniecerat, læua puppim apprehendit: nec antè dimicare destitit quàm captam profundo mergeret. Quod factum parum iusta notitia patet. At Cynægyrum Athenensem simili pertinacia in consectandis hostibus vsum, verbosa laudum suarum cantu Græcia, omnium seculorum memoriæ literarum præconio inculcat.

A. V. Plu. Suet. Acilium vocant.

M. CAESIVS SCAEVA.

Cæsar de bell. ciuil. 3. Lucan. 6. Plutar. Suet. Appian. Ciuil. 2. Plutarch. Cæsare.

8 Claßicam Atilij gloriam, terrestris laude M. Cæsius Scæua eiusdem imperatoris centurio, subsecutus est. Cum enim pro castello, cui præpositus erat, dimicaret, Cneiꝰ Pompeij præfectus iussu eius

A. V. dccv.

eius, summo studio & magno militum numero ad id capiendum mitteretur: omnes qui propius accesserant interemit: ac sine vllo regressu pedes pugnans, super ingentem stragem, quam ipse fecerat, corruit. Cuius capite, humero, femore saucij & oculo eruto cæci scutum centum & viginti ictibus perfossum apparuit. Tales in castris Diui Iulij disciplina milites aluit, quorum alter dextera alter oculo amisso hostibus inhæsit: ille posti hanc iacturam victor: hic ne hac quidem iactura victus. Tuum verò Scæua inexuperabilem spi- 10
ritum in vtraque parte rerum naturæ, qua admiratione prosequar, nescio: quoniam excellenti virtute, dubium reliquisti, inter vndasne pugnam fortiorem ederis, an in terra vocem emiseris. Bello namque, quo C. Cæsar non contentus opera sua Oceani claudere littoribus, Britannicæ. A. V.
Insulæ cælestes iniecit manus, cum quatuor com- dcxciix.
militonibus rate transuectus, in scopulum vici- 11
num insulæ, quam hostium ingentes copiæ obtinebant: postquam æstus regressu suo spatium, quo scopulus & insula diuidebantur, in vadum transitum facilem redegit, ingenti multitudine 12
barborum affluente, cæteris rate ad littus regressis: solus immobilem stationis gradum retinens, vndique ruentibus telis, & ab omni parte acri studio ad te inuadendum nitentibus, quinque militum diurno prælio suffectura pila, vna dextra, hostium corporibus adegisti: Ad vltimum districto gladio audaciſsimum quemque modo vmbonis impul-

impulsu, modo mucronis ictu depellens, hinc Romanis, illinc Britannicis oculis incredibili, nisi cernereris, spectaculo fuisti. Postquam deinde ira ac pudor cuncta conari sessos coegit, tragula femur traiectus saxiq; pondere ora contusus, galea iam ictus discussa, & scuto crebris foraminibus absumpto, profundo te credidisti: ac duabus loricis onustus, inter undas, quas hostili cruore infecerat, enatasti: Visoque imperatore armis non amissis, sed bene impensis, cum laudem mereris, veniam petijsti. Magnus prælio, sed maior disciplinæ militaris memoriaque ab optimo virtutis æstimatore, cum facta, tum etiam verba tua, centurionatus honore donata sunt.

L. SICINIVS DENTATVS.

Dionys. 10. Plin. 7. cap. 27. & lib. 22. cap. 5.

A. V. cccix. trib. pl. fuit occisus anno cccivx. virorum fraude.

Sed quod ad prælatorum excellentem fortitudinem attinet, meritò L. Sicinij Dentati commemoratio omnia Romana exempla superat: cuius opera honoresq; operum vltra fidem veri excedere iudicari possent nisi ea certi auctores, inter quos M. Varro monumentis suis testata esse voluissent: Quem centies & vicies in aciem descendisse tradit, eo robore animi atque corporis vtentem, vt maiorem semper victoriæ partem traxisse videretur. Sex & XXX. spolia ex hoste retulisse, quorum in numero octo fuisse, cum quibus inspectante vtroque exercitu ex prouocatione dimicasset, XIIII. ciues ex media morte raptos seruasse, quinque & XL. vulnera pectore excepisse tergo

tergo cicatricibus vacuo. Nouem triumphales imperatorum currus secutum, totius ciuitatis oculos in se numerosa donorum pompa conuertentem. Præferebantur enim aureæ coronæ octo: ciuicæ XIIII. murales tres: obsidionalis vna torques CLXXXIII. armillæ CLX. hastæ XXVIII. phaleræ XXV. ornamenta etiam legioni, nedum militi satis multa.

Hastas puras intelligit.

EXTERNA.

T. IVBELLIVS CAMPANVS.

Liuius lib. 26.

A. V. dxlij.

Ille quoque ex pluribus corporibus in vnum magna cum admiratione Calibus cruor confusus est: in quo oppido cum Fuluius Flaccus Campanam perfidiam, principes ciuitatis ante tribunal suum capitali supplicio afficiendo, vindicaret, literisque à senatu acceptis, finem pœnæ eorum statuere cogeretur, vltro se et T. Iubellius Taurea Campanus obtulit, & quàm potuit clara voce, Quoniam, inquit, Fului cupiditate tanta hauriendi sanguinis nostri teneris, quid cessas in me cruentam securim distringere, vt gloriari possis fortiorem aliquanto virũ, quàm ipse es, tuo iussu esse interemptum. Eo deinde dicente, libenter id se esse facturum, nisi senatus voluntate impediretur. At me, inquit, cui nihil Patres conscripti præceperunt, aspice, oculis tuis quidem gratum, animo verò tuo maius opus edentem. Protinusq; inter

interfecta coniuge ac liberis, gladio incubuit. Quem illũ virũ putemus fuisse, qui suorũ ac sua cæde testari voluit, se Fuluij crudelitatem fugillare, quàm senatus misericordia vti maluisse?

GOBRIAS PERSA.

Herod. 3. Iustin. 1.

Age, Gobriæ quantus ardor animi? qui cum sordida & crudeli Magorum tyrannide Persas liberaret, vnúmque ex iis obscuro loco abiectum corporis pondere vrgeret: præclari operis socio plagam ei inferre dubitanti, ne dum Magum petit, ipsum vulnerare: *Tu verò, inquit, nihil est quod respectu mei timidius gladio vtaris: vel per vtrumque illum agas licet, dum hic quàm celerrimè pereat.*

LEONIDAS SPARTANVS.

Herod. 7. Iustin. 2. Strab. Geog. lib. 9. Plut.

13 *Hoc loci Leonidas Spartanus nobilis occurrit:* cuius, *proposito, opere, exitu, nihil fortius.* Nam cum CCC. ciuibus apud Thermopylas toti Asiæ obiectus, grauem illum & mari & terræ Xerxem, nec hominibus tantum terribilem, sed Neptuno quoque compeles, & Cælo tenebras minitantem, pertinacia virtutis ad vltimam desperationem redegit. Cæterum perfidia & scelere incolarum eius regionis, & loci opportunitate qua plurimum aduuabatur, spoliatus: occidere dimicans, quàm assignatam sibi à patria stationem deserere, maluit. Ideóque tam alacri animo suos ad id prælium, quo perituri erant, cohortatus est,

vt diceret, Sic prandete commilitones tãquam apud inferos cænaturi. Mors erat denuntiata, Lacedæmonij perinde ac victoria esset promissa, * ductori intrepide paruerunt. al. dicto intrepidi.

OTHRYADAS SPARTANVS.

Herod. 1. Suid. Plut. Parallel.

Othryadæ quoque pugna pariter ac morte speciosa Thyreatium laude, quàm spatio latius solũ cernitur. Qui sanguine suo scriptis literis, direptam hostibus, victoriam, tantum non post fata sua in sinum patriæ, cruento trophæi titulo retulit.

EPAMINONDAS THEBANVS.

Iustin. 6. Aemil. Prob. in vita. Suid. Cicer. in Epist. ad Luceium. Frontin. lib. 1. cap. 11. Strabo lib. 9. Plut. in eius vita.

Excellentissimos Spartanæ virtutis prouentus, miserabilis lapsus sequitur. Epaminondas *maxima Thebarum felicitas, idémque Lacedæmonis prima clades, cum vetustam eius vrbis gloriam nuclámque ad id tẽpus publicam virtutem apud Leuctram, & Mantineam, secundis prælijs contudisset, traiecti us hasta, sanguine & spiritu deficiens, recreare se conantes, primùm an clypeus suus saluus esset, deinde an penitus fusi hostes forent, interrogauit: Quæ postquam ex animi sententia comperit, Non finis, inquit,* 14 *commilitones, vitæ meæ, sed melius & auctius initium aduenit. Nunc enim vester Epammon-*

das nascitur, quia sic moritur. Thebas ductu & auspicijs meis caput Græciæ factas video: fortis & animosa ciuitas Spartana iacet, armis nostris obiecta: Amara dominatione Græcia liberata est. Orbus quoque, non tamen sine liberis morior, quoniam mirificas filias Leuctras & Mătineam relinquo. E corpore deinde suo hastam educi iussit eoq; vulnere expirauit. Quòd si eum dij immortales victorijs suis perfrui passi essent, hospes gloriosior patriæ mœnia non intrasset.

THERAMENES ATHENIENSIS.

Cic. Tusc. 1.

Ac nec Theramenis quidem Athenienſis in publica custodia mori coacti, parua mentis constantia, in qua triginta tyrannorum iussu porrectam venenum potionem non dubitanter hausit: 15 *Quodq; ex ea superfuerat, iocabundus illisum humo clarum edere sonum coegit. Remidensque seruo publico, qui eam tradiderat, Critiæ, inquit propino: Vide igitur vt hoc poculum ad eum continuò perferas. Erat autem is ex XXX. tyrannis crudelissimus. Profectò est supplicio se liberare, tam facile supplicium perpeti. Itaque Theramenes perinde ac in domestico lectulo moriens, vita excessit: inimicorum existimatione penitus, suo iudicio finitus.*

THEOGENES NVMANTINVS.

Liuius 59.

A. V. dcxx. *Sed Theramenes à literis & doctrina virilita-*

litatem traxit. Numantino verò Theogeni ad consimilem virtutem capessendam, quasi magistra gentis suæ ferocitas extitit. Perditis namque 16 *& afflictis rebus. Numantinorum, cum omnes ciues nobilitate, pecunia honoribusq; præstaret vicum suum qui in ea vrbe speciosissimum erat, contractis vndique nutrimentis ignis, incendit, protinúsque strictum gladium in medio posuit, ac binos inter se dimicare iussit: vt victus, incisa* 17 *ceruice ardentibus tectis superiaceretur: Qui cũ tam forti lege mortis omnes absumpsisset, ad vltimum seipse flammis immersit.*

ASDRVBALIS POENI VXOR.

Liuius 51. Appian. Libyca.

Verum vt æquè populo Ro. inimicæ vrbis excidium referã: Carthagine capta, vxor Asdrubalis exprobrata ei impietate, quod à Scipione soli sibi impetrare vitam contentus fuisset: dextera læuaque communes filios mortem nõ recusantes, trahens, incendio se flagrantis patriæ iniecit. A. V. dcvij.

HARMONIA GELONIS Regis filia.

Liuius 24.

Muliebris fortitudinis exemplo, æquè fortem duarum puellarum casum adiectam. Cum pestifera seditione Syracusarum, tota regis Gelonis stirps, euidentissimis exhausta cladibus ad vnicam filiam Harmoniam virginem esset redacta, A. V. dxxixx.

& in eam certatim ab inimicis impetus fieret: nutrix eius, æqualem illi puellam, regio cultu ornantem hostilibus gladiis obiecit. Quæ ne cum ferro quidem trucidaretur, cuius esset conditionis, ederet: proclamauit admirata illius animum Harmonia, & tantæ fidei supereſſe non sustinuit. Reuocatosq; interfectores, professa quænam esset, in eadem suam conuertit. Ita alteri tectum mendacium, alteri veritas aperta finis vitæ fuit.

DE PATIENTIA.

CAP. III.

EGregijs virorum pariter ac fœminarũ operibus fortitudo se oculis hominum subiecit: Patientiámque in medium procedere hortata est, non sanè infirmioribus radicibus stabilitam, aut minus generoso spiritu abundantem: sed ita similitudine iunctam, vt cum ea, vel ex ea nata videri possit.

C. MVCIVS CORDVS primus Scæuola dictus.

Liuius 2. Dionys. 5. Cic. pro Sestio. Lactant. Iust. lib. 5. cap. 13.

Quid enim ij quæ suprà retulit, facto Mucij conuenientius? cum à Porsena rege Etruscorum vrbem nostram graui ac diutino bello vrgeret ægrè ferret castra eius clàm ferro cinctus intrauit: immolantémque ante altaria, conatus est occidere. Ceterum inter molitionem pij pariter ac fortis propositi oppressus, nec causam aduentus texit, & tormenta quantopere contemneret mira patientia ostendit. Perosus enim (credo) dexteram suam, quod eius ministerio in cæde regis vti nequisset, iniecta foculo exuri passus est. Nullum profectò dij immortales admotu aris cultum attentioribus oculis viderunt. Ipsum quoque Porsenam oblitum periculi, vltionem suam vertere in admirationem coëgit. Nam Reuertere, inquit, ad tuos Muci, & eis refer, te, cum vitam meam petieris, à me vita donatum. Cuius clementiam non adulatus Mucius, tristior Porsenæ salute, quàm sua lætior, vbi se cum æternæ gloriæ cognomine, Scæuulam reddidit.

A. V. CCXLV.

POMPEIVS LEGATVS AD Gentium regem.

Pompeij etiam probabilis virtus: qui dum legationis officio fungeretur, à Gentio rege interceptus, cum senatus consilia prodere iuberetur, ardenti lucernæ admotum digitum cremandum præbuit: eáque patientia regi simul & desperationem tormentis quicquam ex se cognoscendi excussit, & expetendæ populi Rom. amicitiæ magnam cupiditatem ingenerauit. Ac ne plura huiusce generis exempla domi scrutando, sæpius ad ciuilium bellorum detestandam memoriam progredi cogar, duobus Romanis exemplis contentus, quæ vt clarissimarum familiarum commendationem, ita nullum publicum mœrorem continent, externa subnectam.

A. V. DXXCIV. circiter

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXTERNA.

PVER MACEDO.

Plutarch. in Alexandro.

Vetusto Macedoniæ more regi Alexandro
3 *nobilissimi pueri præsto erant sacrificăti. E quibus vnus turibulo arrepto, ante ipsum astitit, in cuius brachio carbo ardens, delapsus est: quod etsi ita vrebatur vt adusti corporis eius odor ad circunstantium nares peruenireț, tamen & dolorem silentio pressit, & brachium immobile tenuit, ne sacrificium Alexandri, aut concusso turibulo impediret, aut edito gemitu regias aures*
al. ex asperaret. * *aspergeret. Rex quoque patientia pueri magis delectatus, hoc certius perseuerantiæ experimentũ sumere voluit: consulto enim sacrificauit diutius, nec hac re eum à proposito repulit. Si huic miraculo Darius inseruisset oculos, scisset eius stirpis milites vinci non posse, cuius infirmam ætatem tanto robore præditam animaduertisset.*
4

Est & illa vehemens & constans animi militia, literis pollens venerabilium doctrinæ sacrorum antistites philosophia, quæ vbi pectore recepta est hominum, inhonesto atque inutili affectu
5 *dispulso, totos in solidos virtutis munimento confirmat, potentiores metu ac doloae faciens.*

ZENO ELEATES.

Suid. Diogenes. Laert. Cic. Tuscu.

Incipiam autem à Zenone Eleatæ: qui cùm esset in dispicienda rerum natura maximæ prudentiæ, inq; excitandis ad vigorem iuuenum animis

animis promptissimus, præceptorum fidem exemplo virtutis suæ publicauit. Patriam enim egressus, in quâ frui secura libertate poterat, Agrigẽtum miserabili seruitute obrutum, petijt, tanta fiducia ingenij ac morum suorum fretus, vt sperauerit & tyranno & Phalari vesanæ mentis feritatem à se diripi posse. Postquam deinde apud illum plus consuetudinem dominationis, quàm consilij salubritatem, valere animaduertit, nobilissimos eius ciuitatis adolescentes, cupiditate liberandæ patriæ inflammauit. Cuius rei cum indicium ad tyrannum manasset, conuocato in forum populo, torquere eum vario cruciatus genere cæpit: subinde quærens quosnam consilij participes haberet: At ille nec eorum quempiam nominauit, sed proximum quemque, ac fidissimum tyranno suspectum reddidit: Increpitansq; Agrigentinos ignauiam ac timiditatem, effecit vt subito mentis impulsu concitati, Phalarim lapidibus prosternerent. Senis ergo vnius oculeo impositi, non supplex vox, nec miserabilis eiulatus: sed fortis cohortatio totius vrbis animum, fortunamq; mutauit.

De eius morte variant auctores, vt Cic. Off. 2. Ouid. Ibin.

ALTER ZENO.

Vide Diogenem Laërtium in Zenonis vita.

Eiusdem nominis philosophus, cum à Nearcho tyranno, de cuius nece consilium inierat, torqueretur, supplicij pariter atque indicandorum conscíorum gratia, doloris victor, sed vltionis cupidus, esse dixit quod eum secreto audire ad-

Idẽ cum superiore vt alij auctores iam dicti tradunt.

modum expediret: laxatoq; eculeo postquam insidijs opportunum tempus animaduertit, aurem eius morsu corripuit, nec antè dimisit, quàm & ipse vita, & ille corporis parte priuaretur.

ANAXARCHVS ABDERITA.

Diogenes, Cic. Tuscul. 2. Ouid. Ibin. Plin. li. 7. cap. 23. Plutarch. Alexand.

Talis patientiæ æmulus Anaxarchus, cùm à tyranno Cypriorum Nicocreonte torqueretur, nec vlla vi inhiberi posset, quominus amarissimorum eum maledictorum verberibus inuicem ipse torqueret: ad vltimum amputationem linguæ minitanti, Non erit, inquit, effœminate adolescens, hæc quoque pars corporis mei tuæ ditionis: protinúsque dentibus abscissam, & commanducatam linguam, in os eius ira potens exput. Multorum aures illa lingua, & in primis Alexandri regis admiratione sui attonitas habuerat, dum terræ conditionem, habitum maris, siderum motus, totiusq; denique mundi naturam prudentissimè & facundissimè expromsit. Penè tamen occidit gloriosius, quàm viguit: quia tum forti fine illustrem professionis actum cõprobauit, Anaxarchusq; vitam non modo non deseruit, sed mortem reddidit clariorem.

THEODORVS SYRACVSANVS.

Liuius 24.

A. V. dxxxviij. In Theodora quoque viro grauissimo Hieronymus tyrannus frustra tortorum manus fatigauit. Rupit enim verbera, fidiculas laxauit, soluit

soluit eculeum, laminas extinxit prius, quàm efficere potuit, vt tyrannicidij conscios indicaret. Quinetiam satellitem, in quo totius dominationis summa, quasi quodam cardine, versabatur, falsa crimmatione inquinando, fidum lateri eius custodem eripuit, beneficioq; patientiæ, non solum quæ occulta fuerunt, texit, sed etiã tormenta sua vltus est: Quibus Hieronymus dum inimicus cupide lacerat, amicum temere perdidit.

INDI.

Plin. 7. cap. 52. Cicer. Tusc. 1. Philost. Apoll. de Brachimannis. Strab. lib. 9. & de Gymnosophistis Solinus.

Apud Indos verò patientiæ meditatio tam obstimate vsurpari creditur, vt sint qui omne vitæ tempus nudi exigant, modo Caucasi montis glaciali rigore corpora sua durantes, modo flammis sine vllo gemitu obijcientes: Atque haud parua his gloria contemptu doloris acquiritur, titulus namque sapientiæ datur.

SERVVS AFER IN POENIS & morte ridens.

Iustin. 44. Liuius 21.

Hæc è pectoribus altis & eruditis orta sunt: Illud tamen non minus admirabile, quòd seruilis animus cepit. Seruus barbarus Asdrubalem, quod dominum suum occidisset, grauiter ferens, subito aggressus interemit. Cumq; comprehensus omni modo cruciaretur, lætitiã tamen quam ex vindicta ceperat, in ore constantissimè reti-

A. V. xxxij.

nuit. Non ergo fastidioso aditu virtus excitata, ingenia viuida ad se penetrare patitur, neque hausturn sui cũ aliquo personarũ discrimine largum, malignúmue præbet: sed omnibus æqualiter exposita, quid cupiditatis potius, quàm quid dignitatis attuleris, æstimat. Inq; captu bonorum suorum tibijpsi pondus examinandum relinquit, vt quantum subire animo sustinueris, tantum tecum auferas.

DE IIS QVI HVMILI LOCO NATI CLARI EVASERVNT. CAP. IIII.

1 QVo sæpe euenit vt & humili loco nati, ad summam dignitatem consurgant, & generosissimarum imaginum fœtus, in aliquod deuoluti dedecus acceptam à maioribus lucem, in
2 tenebras conuertant: Quæ quidem planiora suis exemplis reddentur: vt primũ de ijs ordiar, quorum in meliorem statum facta mutatio, splendidam relatu præbet materiam.

TVLIVS HOSTILIVS REX.

Liuius 1. Dionys. 3. qui tamen è Valerio dissentiunt.

A. V. xxcij. circiter. *Incunabula Tulli Hostilij agreste tuguriũ cepit. eiusdem adolescentia in pecore pascendo fuit occupata: Validior ætas imperiũ Romanũ rexit,*
3 *& duplicauit: senectus excellentissimis ornamẽtis decorata, in altissimo maiestatis fastigio fulsit.*

L. TAR

L. TARQVINIVS PRISCVS REX.

Liuius 1. Dionys. 5. Diodor. lib. 3.

Verum Tullus etsi magnus, & admirabilis A. V.
incrementi, domesticum tamen exemplum est. cxxxvij.
Tarquinium autem Priscum ad Romanum imperium occupandum fortuna in vrbem nostram aduexit: alienum, quod ortũ Corintho: fastidiendum, quod mercatore Damarato genitum: erubescendum, quod etiam exule. Ceterum tam pro- 5
spero conditionis suæ euentu, industriosum pro ignominioso, pro inuiso gloriosum reddidit: Dilatauit enim imperij fines, cultum deorum nouis sacerdotijs auxit, numerum senatus amplificauit, equestrem ordinem vberiorẽ reliquit: Quæque laudum eius consummato est, præclaris vir- 7
tutibus effecit ne hæc ciuitas pœnitentiam ageret, quod regem à finitimis potius mutuasset, quàm de suis legisset.

SER. TVLLIVS REX.

Liuius 1 Dionys 4.

In Ser. autem Tullio fortuna præcipuè vires suas ostendit: vernam huic vrbi natum, regem A. V.
dando: Cui quidem diutissimè imperium obtinere, quater lustrũ condere, ter triumphare contigit: Ad summã aut vnde processerit, aut quò per- clxxv.
uenerit, statuæ ipsius titulus abũdè testatur, seruili cognomine, & regia appellatione perplexus. 8

C. TERENTIVS VARRO.

Liuius 22. & alij.

Miro quoque gradu Varro ad consulatum ex macella

macellaria patris taberna conscendit: Et quidem fortuna parum duxit sordidissimæ mercis captu-
9 ris alito, XII. fasces largiri, nisi etiam L. Aemi-
A. V. dxxxvij. lium Paullum dedisset collegam: Atque ita se in eius sinum infudit, vt cùm apud Cannas culpa sua vires populi Rom. exhausisset, Paullum, qui prælium committere noluerat, occidere pateretur, illum in vrbem incolumem reduceret. Quin etiam senatum gratias ei agentem, quod redire voluisset, ante portas eduxit: extudit q; vt grauissimæ cladis auctori etiam Dictatura deferretur.

M. PERPERNA.

Vell. 2. Iustin. 36. Strabo 14.

A. V. dcxxxlij. De trium pho nihil alij, nam in prouincia mortuũ scribunt.

Non paruus consulatus rubor M. Perperna, vtpote qui consul antè quàm ciuis: sed in bello gerendo vtilior aliquanto reip. Varrone imperatore: Regem enim Aristonicum cepit, Crassianæq; stragis punitor extitit. Cùm interim cuius vitæ triũphauit mors Papia lege damnata est. Nanque patrem illius, nihil ad se pertinentia ciuis
11 *Romani iura complexum, Sabelli iudicio petitum, redire in pristinas sedes coëgerunt. Ita M. Perpernæ nomen adumbratum, falsus consulatus caliginis simile imperium, caducus triumphus, aliena in vrbe improbe peregrinatus est.*

M. PORCIVS CATO.

Plutarch. Cic. in Catone. de Oratore. Plin. de vir. illustrib.

A. V. dxlix. circiter.

M. verò Porcij Catonis incrementa publicis votis expetenda fuerunt: qui nomẽ suum Tusculi

ignobile, Romæ nobilissimum reddidit. Ornata sunt enim ab eo literarum Latinarum monimenta, adiuta disciplina militaris, aucta maiestas senatus, prorogata familia, in qua maximum decus posterior est ortus Cato.

EXTERNA.

SOCRATES ATHENIENSIS.

Diogen. Laërt. Plat. in Theat. & Euthydem. Phædone. Cic. Tusc. 5. Solinus.

*Sed vt Romanis externa iungamus: Socrates non solum hominum consensu, verum etiam Apollinis oraculo sapientissimus iudicatus, Phanarete matre obstetrice, & Sophroniseo patre marmorario genitus, ad clarissimum lumen gloriæ excessit, neque immeritò. Nam cùm eruditissimorum virorum ingenia in disputatione cæca vagarentur, mensurasque Solis & Lunæ, & ceterorum siderum loquacibus magis, quàm certis argumentis explicare conarentur, totius etiam mundi * ambitum complecti auderent, primus* al. habitũ
ab his indoctis erroribus abductum animum, intima conditionis humanæ, ac in secessu pectoris
12 *repositos affectus scrutari coëgit: si virtus per seipsam æstimetur, vitæ magister optimus.*

EVRIPIDES ET DEMOSTHENES.

Gell. 15. cap. 20. vide Suid. de Euripide. Plut. Demosth.

Quam matrem Euripides, aut quem patrem Demosthenes habuerit, ipsorum quoque seculo

ignotum

Universidad de Deusto Biblioteca

ignotum fuit: alterius autem matrem olera, alterius patrem cultellos venditasse omnium penè doctorum literæ loquuntur: Sed quid aut illius tragica, aut huius oratoria vi clarius?

hoc & Iuuen. in Satyr.

DE IIS QVI A CLARIS PARENTIBVS DEGENERARVNT.

CAP. V.

SEquitur duplicis promissi pars adopertis illustrium virorum imaginibus reddenda: quoniam quidem sunt referenda, quæ ab earũ splendore degenerauerunt, teterrimis ignauiæ ac nequitiæ sordibus, imbuta nobilia portenta.

CN. SCIPIO AFRICANI maioris filius.

Liuius 30. & 37. App Syriaca. Polyb. 16.

A. V. dlxiij. Quid enim nostro similius, quàm superioris Africani filius Scipio? Qui tanta domestica gloria ortus à parunlo admodum regis Antiochi præsidio capi substinuit: cum ei voluntaria morte absumi satius fuerit, quam inter duo fulgentissima cognomina patris & patrui, altero

A. V. dlij. oppressa Africa iam parto, altero iam maiore ex parte recuperata Asia, surgere incipiente, manus vinciendas hosti tradere, eiusq; beneficio precarium spiritum obtinere: de quo mox L. Scipio spectosissimum deorũ hominumq; oculis subiecturus erat triumphum. Idem prætura petitor

A. V. dlxxviij. titor candidam togam adeò turpitudinis maculis obsolefactam in campum detulit, vt nisi gratia Cicerei, qui patris eius scriba fuerat, adiutus esset, honorem à populo impetraturus non videretur. Quanquam quid interfuit vtrum repulsam, an sic adeptam præturam domum referret? quam cum propinqui ab eo pollui animaduerterent, id egerunt ne aut sellam ponere, aut ius dicere auderet. Insuperq; è manu eius annulum, in quo caput Africani sculptum erat, detraxerũt. Di boni quas tenebras ex quo fulmine nasci passi estis?

Liui. 41. de eius prætura quã anno sequẽti gessit. vide Val. 4 c. 5.

Q. FABIVS ALLOBROgici filius.

A cẽsoribº notatus ac senatu motus. Liuius.

Age Q. Fabij Max. Allobrogici & ciuis, & imperatoris clarissimi filius Q. Fabius Max. quàm perditam luxuria vitam egit? cuius vt cætera flagitia, obliterentur, tamen abunde illo dedecore mores nudari possunt, quòd ei Q. Põpeius prætor vrbanus, paternis bonis interdixit neque in tanta ciuitate, qui illud decretum reprehenderet, inuentus est: Dolenter enim homines ferebant, pecuniam quæ Fabiæ gentis splendori seruire debebat, flagitiis distici. Quẽ ergo nimia patris indulgentia hæredem reliquerat, publica seueritas exhæredauit.

A. V. dclxj.

P. CLODII ET FVLVIAE F.

I

A. V. dcxcv. trib. pl. Ciceronẽ ex pulit plebeia factione. stipatus.

Possedit fauorem plebis Clodius Pulcher, adhærensq; Fuluianæ stolæ pugio, militare decus muliebri imperio subiectum habuit: quorum filius

A. V. dccxij. Fulvia M. Antonio post Clodium nupta gladio accincta bellũ Cęsari Octauiano intulit. Dio. 44.

lius Pulcher, præterquam quòd eneruem & frigidam inuentam egit, perdito etiam amore vultissimæ meretricis infamis fuit, mortisq; erubescendo genere consumptus est: Abdomine enim auide deuorato, fœdæ ac solidæ intemperantiæ spiritum reddidit.

M. HORTENSIVS CORBIO.

Tacit. 2. Suet. Tib.

Iam Q. quidem Hortensij, qui in maximo & ingenuorum ciuium, & amplissimorum prouentu, summum auctoritatis atque eloquentiæ gradum obtinuit, nepos Hortensius Corbio omnibus scortis abiectiorem & obscœnorem vitam exegit. ad vltimumq; lingua eius tam libidini cunctorum inter lupanaria prostitit, quàm aui pro salute ciuium in foro excubuerat.

DE IIS QVI EX ILLVSTRIBVS IN VESTE AVT CAETERO cultu licentius quam mos patrius permittebat indulserunt.

CAP. VI.

ANimaduerto in quã periculosum iter processerim. Itaque meipse reuocabo, ne si reliqua eiusdem generis naufragia consectari perseueraro, aliqua inutili relatione implicer. Referam igitur pedem, deformesque vmbras in imo gurgite turpitudinis suæ iacere patiar. Satius est enim

enim narrare qui illustres viri in cultu, cæteroq; ritu, aliqua ex parte nouando, sibi indulserint.

P. SCIPIO MAIOR.

Liuius lib. 39.

P. Scipio, cum in Sicilia augendo, traiiciendóque in Africam exercitu opportunum quærendo gradum, Carthaginis ruinam animo volueret, inter consilia ac molitionẽ, huius tantæ rei operam gymnasio dedit, palliumq; & crepidis vsus est. Nec hac re segniores Pœnicis exercitibus manus intulit: sed nescio an ideo alacriores, quia vegeta & strenua ingenia, quo plus recessus sumunt, hoc vehementiores impetus edunt. Crediderim etiam fauorem eum sociorum vberiorem sedepturum existimasse, si victum eorum & solennes exercitationes comprobasset: Ad quas tum veniebat, cum multum ac diu fatigasset humeros, & cætera membra militari agitatione firmitatem suam probare coegisset: consistebatq; in his labor eius, in illis remissio laboris. 1 2

A. V. dxlviij.

LVCIVS SCIPIO ASIATICVS.

Cic. pro C. Rabirio.

L. verò Scipionis statuam chlamydatam, & crepidatam in Capitolio cernimus: Quo habitu videlicet, quia aliquando vsus erat, effigiem suam formatam poni voluit.

L. CORNELIVS SVLLA.

Cic. pro C. Rabirio.

L. quoque Sulla, cum imperator esset, chla-

A. V. dclxxiv.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mydato sibi, & crepidato Neapoli ambulare deforme non duxit.

C. DVILLIVS.

Cic. in Catone. Liuius 17. L. Florus cap. 2. Plin. lib. 34. cap 5. Plin. de vir. illust.

A. V. dxcij. *C. autem Duillius, qui primus naualem triumphum ex Pœnis retulit, quotiescunque epulaturus erat, ad funalem cereum præeunte tibicine & fidicine, à cœna domum reuerti solitus est, insignem bellicæ rei successum, nocturna celebratione testando.*

C. PAPIRIVS MASO.

Plinius lib. 15. cap. 29.

A. V. dxxij. *Papirius quidem Maso, cum bene gesta Reip. triumphum à senatu non impetrasset, in Albano monte triumphandi & ipse mutuum fecit, & cæteris postea exemplum præbuit: propter quam laureæ 3 corona, cum alicui spectaculo interesset, myrtea semper vsus est.*

C. MARIVS.

Plin. 32. cap. 11. Plut. in lib. περὶ ἀγρυπνίας.

A. V. dclij. *Iam C. Marij pæne insolens factum, nam post Iugurthinum, Cimbricum & Teutonicum triumphum, cantharo semper potauit: quod Liber Pater inclytum ex Asia ducens triumphum hoc vsus poculi genere ferebatur, vt inter ipsum hausitum vini, victoriæ eius suas victorias compararet.*

M. CA

M. CATO VTICENSIS.

Plut. Pædian. in Scaurianam.

A. V. dcxcix. *M. autem Cato prætor, M. Scauri, cæterorum q3 reorum iudicia, nulla indutus tunica, sed tantummodo prætexta amictus egit.*

DE FIDVCIA SVI.

CAP. VII.

SEd hæc, atque his similia, virtutis aliquid sibi in consuetudine nouanda licentiæ sumentis indicia sunt. Illis autem quæ deinceps subnectam, quantum sui fiduciam habere soleat, cognoscetur.

DE P. SCIPIONE MAIORE.

Liu. 25. 26. App. Iberica. Polyb. lib. 10. Plut. in Scipione.

A. V. dxlj. *P. & Cn. Scipionibus in Hispania cum maiore parte exercitus ab acie Punica oppressis, omnibusq3 prouinciæ eius nationibus Carthaginiensium amicitiam secutis, nullo ducum nostrorum* A. V. dxliix. *illuc ad corrigendam rem proficisci audente, P. Scipio quartum & vigesimum annum agens iturum se pollicitus est. Quæ quidem fiducia populo Romp. salutis ac victoriæ spem dedit.*

Zonaras obscure. Plut. Apoph. Aul. Gellius.

A. V. dxliv. *Eademque in ipsa Hispania vsus est. Nam cum oppidum Badiam circumcideret, tribunal suum adeuntes, in eadem, quæ intra mœnia hostium erat, vadimonia in posterum diem facere*

Universidad de Deusto Biblioteca

iussit: continuóq; vrbe potitus, & tempore & loco, quo prædixerat, sella posita, ius eis dixit. Nihil hac fiducia generosius, nihil prædictione verius, nihil celeritate efficacius, nihil etiam dignitate dignius.

Liuius 29. Appian. Africana.

A. V. dxlix. 1 Nec minus animosus, minúsve prosperus illius in Africam transitus, in quam ex Sicilia exercitum senatu vetante traduxit: quia nisi plus in ære suo, quàm patrum conscriptorum consilio credidisset secundi Punici belli finis inuentus non esset.

Liu 30. Zonaras. Front. cap. de constit statu belli. Idem de Valerio Leuino Eutropius li. 2.

A. V. dlj. Cui facto par illa fiducia, quòd postquam Africam attigit, speculatores Annibalis in castris deprehensos, & ad se perductos, nec supplicio affecit, nec de consilijs ac viribus Pœnorum percunctatus est. Sed circa omnes manipulos diligentissime deducendos curauit. Interrogatosq; an satis ea considerassent, quæ speculari iussi erant, prandio dato ipsis, iumentisque eorum incolumes dimisit. Quo tam pleno fiduciæ spiritu prius animos hostium, quàm arma contudit.

Liu. 30. Auct. de vir. illust. Aul. Gellius.

A. V. dlxvj. Verum vt ad domesticæ eximiæ eius fiduciæ facta veniamus: cum à L. Scipione ex Antiochensi pecunia. HS. quadragies ratio in curia reposceretur, prolatum ab eo librum, quo acceptæ & ex

& expensæ summæ continebantur, & reselli inimicorum accusatio poterat, discerpsit, indignatus de ea re dubitari, quæ sub ipso legato administrata fuerat. Quinetiam in hunc modum egit: non rodo patres conscripti ærario vestro H. S. quadragies rationem, alienæ imperij ministeri, quod meo ductu, meisq; auspicijs bis millies H. S. verius feci. Neque enim hunc puto malignitatis 3
ventum, vt de mea innocentia quærendum sit. Nam cùm Africam totam potestati vestræ subiecerim, nihil ex ea quod meum diceretur, præter cognomen, retuli. Non igitur me Punicæ, non fratrem meum Asiaticæ gazæ auarum reddiderunt: sed vterque nostrum magis inuidia, quàm pecunia locupletior est. Tam constantem defensionem Scipionis vniuersus senatus comprobauit. Sicut & illud factum: quòd cùm ad necessarium Liu. 38.
Reip. vsum pecuniam ex ærario promi opus esset, idq; Quæstores, quia lex obstare videretur, aperire non auderent, priuatus clauis poposcit, patefactoq; ærario, legem vtilitati cedere coëgit. Quam quidem ei fiduciam conscientia illa dedit, quia memnerat omnes leges à se esse seruatas. Non fatigabor eiusdem facta identidem referen- 4
do, quoniam nec ille quidem in consimili genere virtutis edendo fatigatus est. Diem illi ad populum M. Nævius tribunus pleb. aut (vt quidam memorant) duo Petilij dixerant: quo ingenti frequentia in forum deductus, rostra conscendit, capitiq; suo corona triumphalis imposita. Hac, in-

A. V. dlxvj. Liui° 38. Gel. 4. c. 18. App. de bello Syriaco.

quit, Quirites, die, Carthaginem magna sperantem, leges vestras accipere iussi: perinde æquum est vos mecum ire in Capitolium supplicatum. Speciosissimam eius deinde vocem æquè clarus euentus secutus est: siquidem & senatum totum, & vniuersum equestrem ordinem, cunctam plebem Iouis Optimi Maximi puluinaria petens, comitem habuit. Nesciebat vt tribunus apud populum sine populo ageret, desertúsque in foro cum magno calummiæ suæ ludibrio, solus moraretur: Cuius deuitandi ruboris causa, in Capitolium processit, déque accusatore, Scipionis venerator est factus.

DE P. SCIPIONE AEMILIANO.

A. V. dcxxix. Auiti spiritus egregius successor Scipio Æmilianus, cum vrbem præualidam obsideret, suadentibus quibusdam vt circa mœnia eius ferreos muricis spargeret, omniáque vada tabulis plumbatis consterneret, habentibus clauorum cacumina, ne subita eruptione hostes in præsidia nostra impetum facere possent: respondit, non esse eiusdem, & capere aliquos velle & timere.

DE P. NASICA SERAPIONE Cos.

In quamcunque memorabilium partem exemplorum conuertar, velim nolim, in cognomine Scipionum hæream necesse est. Qui enim licet hoc loci Nasicam præterire fidentis animi, dictíque clariſ

clarissimum auctorem? Annonæ caritate increbrescente, C. Curiatius tribunus pleb. productos A. V. dcxv. in concionem COSS. compellebat, vt de frumento emendo, atque ad id negotium explicandum mittendis legatis in curiam referrent. Cuius instituti minimè vtilis interpellandi gratia Nasica contrariam actionem ordiri cœpit. Obstrepente demde plebe, Tacete quæso Quirites, inquit: plus enim ego, quàm vos quid reipub. expediat, intelligo. Qua voce audita, omnes pleno venerationis 6 silentio, maiorem eius auctoritatis, quàm suorum alimentorum respectum egerunt.

DE M. LIVIO SALINATORE COS.

Liuius 27.

Liuij quoque Salinatoris æternæ memoriæ tradendus animus: qui cùm Asdrubalem, exer- 7 citumq; Pœnorum in Ambria delessent, & ei diceretur, Gallos ac Ligures ex acie sine ducibus A. V. & signis, sparsos ac palantes parua manu opprimi posse, respondit, parci eis oportere, ne hostibus tantæ cladis domestici nuntij deessent. dxlvj.

DE P. FVRIO PHILO COS.

Bellica hæc præsentia animi: togata illa, sed non minus laudabilis, quàm P. Furius Philus consul in senatu exhibuit. Q. enim Metellum, Quíque Pompeium consulares viros vehementes A. V. inimicos suos, cupitam sibi profectionem in pro- dcxvij. uinciam Hispaniam, quam sortitus erat identi-

dem exprobrantes, legatos secum illuc ire coëgit.

8 O fiduciam non solum fortem, sed pene etiam temerariam, qua duobus acerrimis odijs latera sua cingere est ausus, vsumque ministerij vix tutum in amicis, e sinu inimicorum petere sustinuit.

DE L. LICINIO CRASSO Procos.

Cic. Verr. 5.

Huius factum, si cui placet, necesse est B. etiam Crassi, qui apud maiores eloquentia clarissimus fuit, propositum non displiceat: nam

9 cum ex consulatu prouinciam Galliam obtineret, atque in eam C. Carbo, cuius patrem damnauerat, ad speculanda acta sua venisset, non solum eum inde non summouit, sed insuper locum ei in tribunali assignauit, nec vlla de re, nisi eo in consilium adhibito cognouit. Itaque acer & vehemens Carbo, nihil aliud Gallica peregrinatione consecutus est, quàm vt animaduerteret sontem patrem suum ab integerrimo viro in exilium missum.

A. V. delix.

DE M. CATONE MAIORE REO.

Cato vero superior sæpenumero ab inimicis ad caussæ dictionem vocatus, nec vllo vnquam crimine conuictus: ad vltimum tantum fiduciæ in sua innocentia reposuit, vt ab his in quæstionem publicam deductus, Ti. Gracchum, à quo in administratione reip. ad * multum odium dissidebat, iudicem deposceret. Qua quidem animi præ

A. V. dlxxv. circiter. Plut. Plin. li. 7. c. 27. al. vltim.

stantia, pertinaciam eorum infectandi se inhibuit.

DE M. AEMILIO SCAVRO REO.

Prædian. in Scaurianum. Auct. de vir. illust. Quintil. 5. cap. 12.

Eadem M. Scauri fortuna, æque senectus longa ac robusta, idem animus. Qui cum pro Rostris accusaretur, quòd à rege Mithridate ob reip. prodendam pecuniam accepisset, causam suam ita egit: Est quidem iniquum, Quirites, cum inter alios vixerim, apud alios me rationem vitæ reddere. Sed tamen audebo vos, quorum maior pars honoribus & actis meis interesse non potuit interrogare: Varius Sucronensis Æmilium Scaurum regia mercede corruptum imperium populi Rom. prodidisse ait: Æmilius Scaurus huic se affinem esse culpæ negat: Viri creditis? Cuius dicti admiratione populus commotus, Varium ab illa dementissima actione pertinaci clamore depulit.

A. V. delxij.

DE M. ANTONIO ORATORE.

Contra M. Antonius ille disertus: non enim respuendo, sed amplectendo caussæ dictionem, quàm innocens esset, testatus est. Quæstor profecturus in Asiam, Brundusium iam peruenerat: vbi literis certior factus incesti se postulatum apud L. Cassium Prætorem, cuius tribunal propter nimiam seueritatem scopulus reorum di-

A. V. dcxxxix.

cebatur cum id vitare beneficio legis Memmiæ liceret, quæ eorum, qui reip. causſa abeſſent, recipi nomina vetabat: in Vrbem tamen recurrit. Quo tam pleno fiduciæ bonæ conſilio, cum abſolutionem ſcelerum, tum profectionem honeſtiorem conſecutus eſt.

DE SENATV ROMANO.

Iuſtin. 18.

A. V. cdlxxij.

Sunt & illa ſpecioſæ fiduciæ publica exempla. Nam eo bello quod aduerſus Pyrrhum gerebatur. Carthaginenſes c. ac XXX. nauium claſſem in præſidium Romanis Oſtiam vltro cum miſiſſent: ſenatui placuit legatos ad ducem eorum ire, qui dicerent, populum Rom. bella ſuſcipere ſolere, quæ ſuo milite gerere poſſet: proinde claſſem Carthaginem reducerent. Idem poſt aliquot annos Cannenſi clade exhauſtis Romani imperij viribus, ſupplementum exercitus in Hiſpaniam mittere auſus, fecit ne hoſtium locus caſtrorum, tum maxime Capenam portam armis Annibale pulſante, minoris veniret, quam ſi Pœni illum non obtinerent. Ita ſe gerere in aduerſis rebus quid aliud eſt, quàm ſæuientem fortunam, in adiutorium ſui, pudore victam conuertere?

A. V. dxlij. Liu. 26. Zonar. Collinā ſcribit Liu.

C. Cęſarē Stabonē intelligit, qui bello Marſico periit.

DE L. ACTIO POETA.

Magno ſpatio diuiſus eſt à ſenatu ad poëtam Aecium tranſitus. Cæterum vt ab eo decentius ad externa tranſeamus, producatur in medium. Is Iulio Cæſari ampliſſimo & florentiſſimo viro, in

in collegium poëtarum venienti nunquam aſſurrexit: non maieſtatis eius immemor, ſed quòd in comparatione communiũ ſtudiorum, aliquanto ſuperiorem ſe eſſe conſideret: Quapropter inſolentiæ crimine caruit, quia ibi voluminum, non imaginum certamina exercebantur.

EXTERNA.

DE EVRIPIDE POETA.

*Nec Euripides quidem Athenis arrogans viſus eſt, cum poſtulante populo, vt ex tragœdia quandam ſententiam tolleret, progreſſus in ſcænam, dixit, ſe vt eum doceret, non vt ab eo diſceret, fabulas componere ſolere. Laudanda profectò fiducia eſt, quæ * æſtimationem ſui certo pondere examinat, tantum ſibi arrogans, quantum à contemptu & inſolentia diſtare ſatis eſt. Itaque etiam quod Alceſtidi tragico poëtæ reſpondit, probabile: apud quem cùm quereretur, quòd eo triduo non vltra tres verſus maximo impenſo labore * deducere potuiſſe, atque is ſe centum perfacile ſcripſiſſe gloriaretur. Sed hoc, inquit, intereſt, quòd tui in triduum tantummodo, mei vero in omne tempus ſufficient. Alterius enim fœcundi curſus ſcripta, intra primas memoriæ metas corruerunt, alterius cunctante ſtylo elucubratum opus, per omne ævi tempus plenis gloriæ velis feretur.*

al. exiſtimationē.

al. producere.

DE ANTIGENIDA tibicine.

Adiiciam ſcænæ eiuſdem exemplum: Antigeni

genidas tibicen discipulo suo magni profectus, sed parum feliciter populo se approbanti, cunctis audientibus, dixit: Mihi cane, & Musis. Quia videlicet perfecta ars fortunæ lenocinio defecta fiducia iusta non exuitur: quámque scit se laudem mereri, eam etsi ab alijs non impetrat, domestico tamen acceptam iudicio refert.

DE ZEVXE PICTORE.

Zeuxis autem cum Helenam pinxisset, quid de eo opere homines censuri essent, expectandum non putauit: sed protinus hos versus adiecit:

Οὐ νεμεσις τρῶας καὶ ἐυκνήμιδας ἀχαιὰς
Τοιῆδ' ἀμφι γυναικι πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν
Αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεαῖς εἰς ὦπα ἐοικυῖαν. (σχὸν

Iliad. γ.

Adeo ne dextræ suæ multum pictor arrogauit, vt ea tantum forma comprehensum crederet, quantum aut Læda cælesti partu edere, aut Homerus diuino ingenio exprimere potuit.

DE PHIDIA SCVLPTORE.

Macrob. in Saturnalib. de Phidia Cic. Tusc. 1. Quintilian. lib. 7. Plin. lib. 7. & 32.

Phidias quoque Homeri versibus egregio dicto allusit. Simulacro enim Iouis Olympij perfecto, quo nullum præstantius, aut admirabilius humanæ * fabricatæ sunt manus, interrogatus ab amico, quonam mentem suam dirigens, vultum Iouis propemodum ex ipso cælo petitum, eboris lineamentis esset amplexus: illis se versibus quasi magistris vsum respondit:

al. fabrefacere.

ἢ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων.
Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος
Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.

Iliad. 8.

DE EPAMINVNDA Thebano.

Plutarch. Politic. Patientem iniuriarum à suis ciuibus illatarum fuisse tradit Probus. Appian. de bello Syriaco.

Non patiuntur me tenuioribus exemplis diutius insistere fortissimi duces. Siquidem Epaminundas, cum ei cines, rati, sternendarum in oppido viarum contumeliæ caussa curam mandarent (erat enim illud ministerium apud eos sordidissimum) sine vlla cunctatione id recepit, daturúmque se operam vt breui speciosissimum fieret, asseueranit: Mirifica deinde procuratione, abiectissimum negotium, pro amplissimo ornamento expetendum Thebis reddidit.

13

δείκνυσι ἡ ἀρχὴν αὐτῶν.

DE ANNIBALE POENO.

Cic. Diuin. 2. Plutarch. de exilio.

Annibal verò, cum ad regem Prusiam exularet, auctórque ei committendi prælij esset, atque is non idem sibi extis portendi diceret, An tu, inquit, vitulinæ carunculæ, quàm imperatori veteri mauis credere? Si verba numeres, breuiter & abscisè: si sensum æstimes, copiosè & valenter. Hispanias enim ereptas populo Rom. Galliarum, ac Liguriæ vires in suã redactas potestatem,

A. V. dlxiix. circiter.

14

15

Ono

& nouo transitu Alpium iuga patefacta, & Thrasimenum lacum dira inusitum memoria, & Cannas Pœnicæ victoriæ clarissimum monimentum, & Capuam possessam, & Italiam lacera-
14 tam, ante pedes hominis effudit, vniusque hostiæ iocinori, longo experimento testatam gloriam suam, postponi æquo animo non tulit: Et sanè quod ad exploranda bellica sacrificia, æstimandósque militares ductus attinebat, omnes oculos, omnes aras Bithyniæ, Marte ipso iudice, pectus Annibalis prægrauasset.

DE COTYE THRACVM Rege.

Athenæ 11.

Capax generosi spiritus illud quoque dictum regis Cotys: vt enim ab Atheniensibus ciuitatem sibi datam cognouit, Et ego, inquit, illis meæ gentis ius dabo. Æquauit Athenis Thraciam, ne vicissitudine talis beneficij imparem se iudicando, humilius de origine sua sentire existimaretur.

DE ANDROCLIDA, LEONIDA, & Agide Spartanis.

Plutarch. in apoph. Laconiæ. Front. lib. 4.

Nobiliter etiam vterque Spartanus, & qui increpatus à quodam, quod in aciem claudus descenderet, pugnare, non fugere propositum sibi esse respondit. Et qui referente quodam, sagittis Persarum solem obscurari solere: Bene narras, inquit, in vmbra enim melius prœliabimur.

Eius

Eiusdem vir vrbis atque animi, hospiti suo patriæ muros excelsos latósque ostendenti, dixit: Si mulieribus istos comparasti, rectè: si viris turpiter.

DE CONSTANTIA.

CAP. VIII.

APertum & animosum bonæ fiduciæ pectus 1
emenso, quasi debitum superest, opus con- 2
stantiæ. Natura enim comparatum est, vt quisquis se aliquid ordine, ac rectè mente complexum confidat, vel iam gestum; si obtrectetur, acriter tueatur: vel nondum editum, si interpelletur, sine vlla cunctatione ad effectum perducat.

Q. FVLVII FLACCI Procos.

Liuius 26.

Sed dum exemplar propositæ rei persequor, latius mihi circumspicienti, ante omnia se Fuluij Flacci constantia offert. Capuam fallacibus Annibalis promissis Italiæ regnum nefaria defectione pacisci persuasam, armis occupauerat: A. V.
Tam deinde culpæ hostium iustus æstimator, dxlij.
quàm speciosus victor Campanum senatum im- 3
pij decreti autorem, funditus delere constituit.
Itaque catenis onustum in duas custodias Theanam, Calenámque diuisit: consilium executurus cum ea peregisset, quorum admissirandorum celerior esse necessitas videbatur. Rumore autem

de

de mitiore senatus sententia orto, ne debitam pœnam scelerati effugerent. nocte admisso equo Theanam contendit: interfectisque qui ibi asseruabantur, cuestigio Cales transgressus, perseuerantiæ suæ opus executus est: Etiam deligatis ad palum hostibus, literas à P. C. nequicquam Capuanis salutares accepit. In sinistra enim eas manu, sicut erant traditæ, retinuit: ac iusso lictore lege agere, tunc demum aperuit, postquam illis obtemperari non poterat. Qua constantia victoriæ quoque gloriam *antecellit: quia si eum intra seipsum partita laude æstimes, maiorem punita Capua, quàm capta reperies.

al. antecessit.

Q. FABII MAX. VERRV Coss.

Liuius 22. Plutarch.

Atque ista quidem seueritatis, illa verò pietatis constantia admirabilis, quam Q. Fabius Maximus infatigabilem patriæ præstitit: Pecuniam pro captiuis Annibali numerauit, fraudatus ea publicè, tacuit. Dictatori ei magistrum equitum Minucium iure imperij senatus equauerat, silentium egit. Compluribus præterea iniurijs lacessitus, in eodem animi habitu permansit, nec vnquam sibi reip. permisit irasci: tam perseuerans in amore ciuium fuit. Quid in bello gerendo: nomine par eius constantia? Imperium Rom. Cannensi prælio penè destructum vix sufficere ad exercitus comparandos videbat. Itaque frustrari & eludere Pœnorum impetus, quàm manum

A. V. dxxvj.

A. V. dxxxvij. Liu. Plut.

manum cum his tota acie conferre melius ratus, pluribus comminationibus Annibalis irritatus, 6 sæpe etiam specie bene gerendæ rei oblata, nunquam à consilij salubritate ne parui quidem certaminis discrimine, recessit. Quòdque est difficillimum, vbique ira ac spe superior apparuit. Ergo vt Scipio pugnando, ita hic non dimicando, maximè ciuitati nostræ succurrit. Alter enim celeri- 7 tate sua Carthaginem oppressit: alter cunctatione id egit, ne Roma opprimi posset.

C. CALPVRNII PISONIS Coss.

C. etiam Pisonem mirificè & constanter turbulento reip. statu egisse * consulem narratione insequenti patebit. M. Palicani seditiosissimi hominis pestiferis blanditiis præceptus populi fauor consularibus comitijs summum decus admittere conabatur, amplissimum ei imperium deferre cupiens, cuius terrimis actis exquisitum potius supplicium, quàm vllus honos debebatur. Nec deerat consternatæ multitudini furialis fax tribunitia, quæ temeritatem eius & ructem comitaretur, & languentem actionibus suis inflammaret. In hoc miserando pariter & erubescendo statu ciuitatis, tantum non manibus tribunorum pro Rostris Piso collocatus, cum hinc atque illinc eum ambissent, & an Palicanum suffragijs populi consulem creatum, renuntiaturus esset, interrogaretur: primò respondit, non existimare se tantis tenebris offusam esse rempub. vt huc indigni-

A. V. dcxxj. al. cōsula tum.

Universidad de Deusto Biblioteca

ratis veniretur. Deinde cùm perseueranter instarent, ac dicerent: age, si ventum fuerit: Non renuntiabo, inquit. Quo quidem tam abscisо responso consulatum Palicano, prius quàm illum adipisceretur, eripuit. Multa & terribilia Piso contempsit, dum speciosum menti suæ flecti non vult rigorem.

Q. METELLI NVMIDICI.

Liuius 69. App. ciuil. Cic. pro Balbo. Plin. de vir. illust. cap. 62. Flor. in Epitome lib. 3. cap. 16. & 17.

A. V. delliij. *Metellus autem Numidicus, propter consimile perseuerantiæ genus, excepit quoque indignam maiestate ac moribus suis procellam. Cum enim animaduerteret, quò tenderent Saturnini tribuni plebis funesti conatus, quantoq; malo Reip. nisi his occurreret, erupturi essent, in exilium, quàm in legem eius ire maluit. Potest aliquis hoc vero dici constantior? qui ne sententia sua pelleretur, patria, in qua summũ dignitatis gradum obtinebat, carere sustinuit.*

Q. SCÆVOLAE AVGVRIS.

A. V. dclxv. *Cæterum vt neminem ei prætulerim ita Q. Scæuolam Augurem merito comparauerim. Depulsis, prostratisque inimicorum partibus, Sylla occupata vrbe, senatum armatus coegerat, ac summa cupiditate ferebatur, vt C. Marius quã celerrimè hostis indicaretur. Cuius volũtate nullo obuiã ire audente, solus Scæuola interrogatus de hac*

de hac re, sententiam, dicere noluit. Quinetiam truculentius sibi minitanti Syllæ, Licet, inquit, mihi agmina militũ, quibus Curiã circumsedisti ostentes: licet mortem identidem mineteris, nunquam tamen efficies, vt propter exiguum senilemque sanguinem meum, Martium, à quo Vrbs & Italia conseruata est, hostem iudicem.

SEMPRONIAE GRACCHORUM sororis.

Appianus ciuil. 1.

Quid fœminæ cum concione? si patrius mos seruetur, nihil. Sed vbi domestica quies seditionum agitata fluctibus est, priscæ consuetudinis auctoritas conuellitur: plúsque valet quod violentia cogit, quàm quod suadet & præcipit verecundia. Itaque te Sempronia Ti. & C. Gracchorum soror, vxor Scipionis Aemiliani, non vt absurdè grauissimis virorum operibus inserens, maligna relatione comprehendam: sed quia à tribuno plebis producta ad populum, in maxima confusione nihil à tuorum amplitudine degenerasti, honorata memoria prosequar. Coacta es eo loci consistere, vbi principum ciuitatis perturbari frons solebat: Instabat tibi toruo vultu minax, profundas amplissima potestas, clamore imperitæ multitudinis obstrepens, totum forum acerrimo studio nitebatur, vt Equitio, cui Semproniæ gentis falsum ius quærebatur, tanquam filio Tiberij fratris tui osculum dares: tu tamẽ illum, nescio quibus tenebris protractum, portentum, exe-

A. V. dclliij. II

Valerius item lib. 9. cap. 6.

crabili audacia, ad vsurpandam alienam propinquitatem tendentem, repulisti.

PONTII CENTVRIONIS.

Hirtius de bell. Aftic.

*Non indignabuntur Vrbis nostræ lumina, si inter eorum eximium fulgorem, centurionum quoque virtus spectandum se obtulerit. Nam vt humilitas amplitudinem venerari debet, ita nobilitati fouenda magis, quàm spernenda bonæ indolis nouitas est. An abigi debet * Pontius ab horum exemplorum contextu? qui pro Cæsaris partibus excubans, Scipionis præsidio interceptus, cum vno modo salus ab eo daretur, si se futurum Cn. Pompeij generi ipsius militem affirmasset, ita respondere non dubitauit: tibi quidē Scipio gratias ago: sed mihi vti ista conditione vitæ non est opus.*

al. Titius

A. V. decvij.

C. MEVII CENTVRIONIS.

A. V. decxxiij.

Sine vllis imaginibus nobilē animum, & idem constantiæ propositum secutus C. Meuius centurio diui Augusti, cum Antoniano bello sæpenumero excellentes pugnas edidisset, improuisis hostium insidijs circumuentus, & ad Antonium Alexandriam perductus, interrogatúsque quid nam de eo statui deberet: Iugulari me, inquit, iube: quia nec salutis beneficio, neque mortis supplicio adduci possum, vt Cæsaris miles esse desinam & tuus esse incipiā. Cæterū quò constantius vitam contempsit, eò facilius impetrauit. Anto-

12

præstitit. *nius enim virtuti eius inconuulsitatem * tribuit*

EXTERNA.

BLASSII SALAPINI.

Liui. 26. Blastiū vocat. Appian. in Annibalica.

Complura huius notæ Romana exempla superant, sed satietas modo vitanda est. Itaque stylum meum ad externa tam delabi permittam, quorum principatum teneat Blasius, cuius constantiæ nihil pertinacius. Salapiam enim patriam suam præsidio Punico occupatam, Romanis cupiens restituere: Dasium acerrimo studio secum in administratione reipublicæ desidētem, & animo toto Annibalis amicitiæ vacantem, sine quo propositum consilium peragi non poterat, ad idem opus aggrediendum maiore cupiditate, quàm spe certiore, tentare ausus est: qui protinus sermonem eius, adiectis quæ se cōmendatiorem, & inimicum inuisiorem factura videbātur, Annibali retulit: A quo adesse iussi sunt, vt alter crimen probaret, alter defenderet. Cæterum pro tribunali cum res gereretur, & quæ- 13

stioni illi omnium oculi essent intenti, dum aliud fortè citioris curæ negotium tractatur, Blasius vultu dissimulante, & voce summissa, monere Dasium cæpit, vt Romanorum potius quàm Carthaginiensium partes foueret. Enimuero tūc ille proclamat, se in conspectu ducis aduersus eum solicitari: quod quia & incredibile videbatur, & ad vnius tantum aures penetrauerat, & dictabatur ab inimico, veritas fide caruit: sed 14.

A. V. dxliij.

non ita multo post Blassij mira constantia Dasium ad se traxit, Marcellóque Salapiam, & quingentos Numidas, qui in ea custodiæ caussa erant, tradidit.

PHOCIONIS ATHENIENSIS.

Plutarch. in vita.

Phocion verò, cum Athenienses rem aliter atque ipse suaserat, prospere administrassent, adeò perseuerans sententiæ suæ propugnator extitit, vt in concione lætari quidem se successu eorum, sed consilium tamen suum aliquanto melius fuisse diceret. Non enim damnauit, quòd rectè viderat: quia quod alius malè consuluerat, bene cesserat: felicius hoc existimans, illud etiam sapientius. Blandum animum sanè temeritati causus facit, vbi prauo consilio propitius aspirat: & quò vehementius nocuit, inspiratius prodest.

Phocion bonus appellatus. Aemil. Probus in vita.

Placidi & misericordes, & liberales, omnique suauitate temperati mores Phocionis, quos optimè profectò consensus omnium, bonitatis cognomine decorandos censuit. Itaque constantia, quæ natura rigidior videbatur, lenis è mansueto pectore fluxit.

SOCRATIS ATHENIENSIS.

Plato in apologia Socrat. Xenoph. 4.

Socratis autè virilitatis robore palliatus animus, aliquanto præfractius perseuerantiæ exemplum edidit. Vniuersa ciuitas Atheniensium iniquissimo ac truculentissimo errore instincta, de capite decem Prætorum, qui apud Arginusas Lacedæ

Lacedæmoniam classem deleuerant, tristem sententiam tulerat. Fortè tunc eius potestatis Socrates, cuius arbitrio plebiscita ordinarentur, indignum iudicans tot, & tam benè meritos ex indigna caussa impetu inuidiæ abripi, temeritati multitudinis constantiam suam obiecit: maximóque concionis fragore, & incitatissimis minis compulsus non est, vt se publicæ dementiæ auctorem adscriberet: Quæ oppositu eius legitima grassari via prohibita, iniusto Prætorum cruore manus suas contaminare perseuerauit: nec timuit Socrates, ne consternatæ patriæ, vndecimus furor mors ipsius existeret.

EPHIALTIS ATHENIENSIS.

Proximum, etsi non eiusdem splendoris est, tamen adeo certum constantiæ haberi potest experimentum cum efficacis operæ forensis, tum fidei non latentis. Athenis Ephialtes accusare publicè iussus, & inter cæteros Demostrati nomen deferre coactus est, cuius filius erat Democharis, excellentis formæ puer: animo eius flagrantissimo inhærens amore. Itaque communis officij sorte truculentus accusator, priuati affectus conditione miserabilis reus, puerũ ad se exorandũ, quo parcius patris crimimbus insisteret, vementem, neque repellere, neque supplicem genibus suis aduolutum intueri sustinuit. Sed operto capite flens & gemens, preces expromere passus est. Nihiloq; minus syncera fide accusatum Demostratum damnauit: victoriam nescio laude, an

tormento maiore cõsecutus: quoniam prius quàm
20 sontem opprimeret seipsum vicit.

DIONIS SYRACVSANI
Plutarch. in vita.

Quem Syracusanus Dion diuersitate exempli prægranat: qui quibusdam monentibus vt aduersus Heraclidem, & Calippum, quorum fidei plurimum credebat, tanquam insidias ei nectentes cautior esset, respondit, se vita malle excedere, quàm metu violentæ mortis amicos inimicósque iuxta ponere.

ALEXANDRI MAGNI.
Plutarch. Curtius lib. 3. Arrian. 2. Iustin. 11. & Diodor.

Quod sequitur, & rei ipsius admiratione, & claritate auctoris illustre. Alexander Macedonum rex inclyta iam pugna, excellentissimis opibus Darij contusis, æstu & itineris feruore in Ciliciæ percalefactus, Cydno, qui aquæ liquore conspicuus, Tarsum interfluit, corpus suum im-
21 mersit: Subito deinde ex nimio haustu rigoris obstupefactis neruis, ac torpore hebetatis artubus, maxima cum examinatione totius exercitus, in oppidum castris propinquum defertur. Iacebat æger Tarsi, inq; valetudine eius aduersa, instantis victoriæ spes fluctuabat. Itaque conuocati medici, attentissimo consilio salutis remedia circũspiciebant. Qui cùm ad vnam potionem sententiam direxissent, atque eam Philippus medicus suis manibus temperatam Alexandro (erat autem

autem ipsius amicus & comes) porrexisset, à Parmenione missæ litteræ superueniunt, admonentes, vt rex insidias Philippi, perinde ac pecunia corrupti à Dario, caueret. Quas cum legisset, sine vlla cunctatione medicamentum hausit, ac tunc legendas Philippo tradidit: Pro quo tam constanti erga amicum iudicio, dignissimam à dijs immortalibus mercedem recepit: qui incolumitatis eius præsidium falso interpellari indicio noluerunt.

VALERII MAXIMI
LIBER IIII.

DE ANIMI MODERATIONE.

CAP. I.

TRANSGREDIAR ad saluberrimam partem, animi moderatione, quæ mentes nostras impotenti temeritatis incursu transuersas ferri non patitur. Quo euenit, vt reprehensionis morsu sit vacua, & laudis quæstu opulentissima: itaque effectus suos in claris vtris recognoscat.

P. VALERII POPLICOLAE COS.
Liuius 2. Plutarch. Dionys. 5.

Atque vt ab incunabulis summi honoris incipiam, P. Valerius, qui populi maiestatem venerando, Poplicolæ nomen assecutus est, cum ex- 1 A. V. CCXLIV.

actis regibus, imperij eorum vim vniuersam, omniaque insignia sub titulo cõsulatus in se trãslata cerneret, inuidiosum magistratus fastigium, moderatione ad tolerabilem habitum deduxit: fasces securibus vacuefaciendo, & in concione populo summittendo: numerum quoque eorum dimidia ex parte minuit, vltro Sp. Lucretio collega assumpto: ad quem, quia maior natu erat, priorem fasces transferri iussit. Legem etiam comitijs centuriatis tulit, ne quis magistratus ciuem Romanum aduersus prouocationem verberare, aut necare vellet. Ita quò ciuitatis conditio liberior esset, imperium suum paulatim destruxit. Quid, quòd ædes suas diruit, quia excelsiore loco positæ, instar arcis habere videbantur: non ne quantum domo inferior, tantum gloria superior euasit?

M. FVRII CAMILLI EXVLIS.
Liuius 5. Plutarch.

Vix iuuat abire à Poplicola, sed venire ad Furiũ Camillum libet, cuius tam moderatus ex magna ignominia ad summũ imperium transitus fuit: vt cum præsidium eius ciues capta à Gallis vrbe Ardeæ exulantis petiissent, nõ prius Veios ad accipiendum exercitum iret, quàm de Dictatura sua omnia solemni * iure acta comperisset. Magnificus Camilli Veietanus triumphus, egregia Gallica victoria, sed ista cunctatio longe admirabilior. Multo enim, multoq; se ipsum quàm hostem superare operosius est: nec aduersa

A. V. cccixij.

al. more.

aduersa præpopera festimatione fugientem, nec secunda effuso gaudio apprehendentem.

C. MARCII RVTILI CENS. II.
Plutarch. Coriolano. Liui 4. & 9.

Par Furio moderatione Marcius Rutilus Censorinus. Iterum enim censor creatus, ad concionem populum vocatum, quàm potuit grauissima oratione corripuit, quòd eam potestatem bis sibi detulisset: cuius maiores, quia nimis magna videretur, tempus coarctandum iudicassent. Vterque rectè. & Censorinus, & populus: alter enim vt moderatè honores crederent, præcepit: alter se moderato credidit.

A. V. dcxxcviij

A. V. cccxix.

L. QVINCTII CINCINNATI Cos.
Liuius lib. 3.

Age, L. Quinctius Cincinnatus qualem consulem egit? Cum honorem eius Patres conscripti continuare vellent, non solum propter illius egregia opera, sed etiam quòd populus eosdem tribunos in proximum annum creare conabatur, quorum neutrum iure fieri poterat: vtrũque discussit, senatus simul studium, inhibendo, & tribunos verecundiæ suæ exemplum sequi cogendo. Ita vnus in caussa fuit, vt amplissimus ordo, populúsque tutus esset ab iniusti facti reprehensione.

A. V. ccxciij.

Q. FABII MAXIMI RVLLIANI.

Fabius verò Maximus cum à se quinquies, & à patre, auo, proauo, maioribusq; suis sæpenumero consulatum gestum animaduerteret: comitijs, quibus

A. V. dclxj.

quibus filius eius summo consensu consul creabatur, quàm potuit constanter cum populo egit, vt vacationem aliquando huius honoris Fabiæ genti daret: non quod filij virtutibus diffideret (erat enim illustris) sed ne maximum imperium in vna familia continuaretur. Quid hac moderatione valentius, aut efficacius, quæ etiam patrios affectus, qui potentissimi habentur, superauit?

P. AFRICANI MAIORIS.

Liuius 38.

Vide.lib. 8.cap. 15.

Non defuit maioribus grata mens ad præmia superiori Africano exoluenda. Siquidem maxima eius merita paribus ornamentis decorare conati sunt. Voluerunt illi statuas in comitio, in rostris, in curia, in ipsa denique Iouis Opt. Max.

A. V. dlij.

cella ponere: voluerunt imaginem eius triumphali ornatu indutam, Capitolinis puluinaribus applicare: voluerunt ei continuum per omnes vitæ annos consulatum, perpetuamq; dictaturam tribuere. Quorum sibi nullum, neque plebiscito dari, neque senatusconsulto decerni patiendo, penè tantum in recusandis honoribus se gessit, quantum gesserat in emerendis. Eodem robore mentis caussam Annibalis in senatu protexit, cum eum ciues sui missis legatis tanquam seditiones apud eos mouentem accusarent: Adiecit quoque non oportere Patres conscriptos se resp. Carthaginiensium interponere: altissimaq; moderatione alterius saluti consuluit, alterius

A. V. dlviij. Liuius 33.

dignitati, victoria tenus, vtriusque hostem egisse contentus.

M. CLAVDII MARCELLI Cos. IV.

Liuius 26. Plut. in Marcello.

At M. Marcellus, qui primus & Annibalem vinci, & Syracusas capi posse docuit: cum in consulatu eius Siculi de eo quesum in vrbem venissent, nec senatum vlla de re habuit, quia collega Valerius Læuinus forte aberat, ne ob id Siculi in querendo timidiores essent. At vt is rediit, vltro de his admittendis retulit, querentesq; de se patienter sustinuit. Iussos etiam à Læuino discedere, remanere, vt suæ defensioni interessent, coegit: Ac deinde vtraque parte perorata, etiam excedentes curia, subsecutus est, quo liberius senatus sententiam ferret. Improbatis quoque eorum querelis, supplices & orantes vt ab eo in clientelam reciperentur, clementer excepit: Super hæc Siciliam sortitus, eam prouinciam collegæ cessit. Totius laudatio Marcelli variari potest, quoties nouis ipse gradibus moderationis aduersus socios vsus est.

A. V. dclxij.

TI. SEMPRONII GRACchi trib. pleb.

Liuius 38. & Gell. 7. cap. 19. Plin. de vir. illust.

Quàm Ti. etiam Gracchus admirabilem se exhibuit: Tribunus enim plebis, cum ex professo inimicitias cum Africano, & Asiatico, Scipionibus gereret, & Asiaticus iudicatæ pecuniæ satisdare

A. V. dlxvj.

tisdare non posset, atque ideo à consule in vincula publica duci iussus esset, appellasseteq; collegium tribunorum, nullo volente intercedere, secessit à collegis, decretúmque composuit: Nec quisquam dubitauit, quin eo scribendo,* irati hostis iuersus Asiaticum verbis vsurus esset. At is primum iurauit, se cum Scipionibus in gratiam non redijsse: deinde tale decretum recitauit: Cum L. Cornelius Scipio de triumphi sui ante currum actos hostium duces in carcerem coniecerit: indignum & alienum à maiestate populi Rom. videri eodem ipsum duci. Itaque id non se passurum fieri. Libenter tunc opinionem suam populus Rom. à Graccho deceptam cognouit, moderationémque eius debita laude prosecutus est.

al. iracundis.

3

C. CLAVDII NERORIS COS.

Liuius 38.

a. V. dxlvj.

C. Quoque Claudius Nero inter cætera præcipuæ moderationis exempla numerandus est. Liuij Salinatoris in Asdrubale opprimendo gloriæ particeps fuerat: at tamen eum triumphantem equo sequi, quàm triumpho, quem ei senatus æquè decreuerat, vti maluit, quia res in prouincia Salinatoris gesta fuerat. Sine curru ergo triumphauit, eo quidem clarius, quòd illius victoria tantummodo laudabatur, cuius etiam moderatio.

P. SCIPIONIS AEMILIANI Cens.

Ne Africanus quidem posterior nos de se tacere

cere patitur: Qui censor, cum lustrum conderet, indq; solito fieri sacrificio scriba ex publicis tabulis solenne ei precationis carmen præiret, quo dij immortales vt populi Rom. res meliores amplioresq; facerent, rogabantur: Satis, inquit, bonæ ac magnæ sunt, itaque precor vt eas perpetuo incolumes seruent. Ac protinus in publicis tabulis ad hunc modum carmen emendari iussit. Qua votorum verecundia deinceps censores in condendis lustris vsi sunt. Prudenter enim sensit tunc incrementem Romano imperio petendum fuisse, cum iam septimum lapidem triumphi quærebãtur: Maiorem autem totius terrarum orbis partem possidenti, vt audum esset quicquam vltra appetere: ita abundè felix, si nihil ex eo quod obtinebat, amitteret.

4

a. V. dc

Cic pro Cluentio. Plutarch. Aproph.

Neque alia eius in censura moderatio pro tribunali apparuit Centurias recognoscẽs equitum, postquam C. Licinium Sacerdotem citatum processisse animaduertit: dixit se scire illum verbis conceptis peteraſſe. Proinde si quis eum accusare vellet, vsurum testimonio suo: sed nullo ad id negotium accedente, Traduc equum, inquit Sacerdos, ac lucrifac censoriam notam: ne ego in tuam personam, & accusatoris, & testis, & iudicis partes egisse videar.

5

Q. MVCII SCAEVVLAE.

Quod animi temperamentum etiam in Q. Scæuola excellentissimo viro adnotatum est. Testis

stis nanque in reum productus, cum id respondisset, quod salutem periclitatis magnopere lasurum videbatur, discedens adiecit: ita sibi credi oportere, si & alij idem asseuerassent: quoniam vnius testimonio aliquem credere pessimi esset exempli: Et religioni igitur suæ debitam fidem & communi vtilitati salubre consilium reddidit.

Q. METELLI MACEDONICI.

Sentio quos ciues, quæ ue facta eorum ac dicta quàm angusto ambitu orationis amplectar. 6 Sed cum magna, & multa breuiter dicenda sint de claritate excellentibus viris: sermo infinitis personis, rebúsque circumfusus, vtrumque præstare nō potest. Itaque propositi quoque nostri ratio nō laudanda sibi omnia, sed recordanda sumpsit. Quopropter bona cum venia duo Metelli, Macedonicus, & Numidicus, maxima patriæ ornamenta, strictim se narrari patientur. Acerrimè cum Scipione Africano Macedonicus dissenerat, eorumq; ab æmulatione virtutis profecta contentio, ad graues testatásque inimicitias progressa fuerat. Sed cum interemptum Scipionem conclamari audisset, in publicum se proripuit, mœstoq; vultu & voce confusa, concurrite, concurrite, inquit, cives, mœnia Vrbis nostræ euersa sunt: Scipioni enim Africano intra suos penates quietè, nefaria vis illata est. O. Remp. pariter Africani morte miseram, & Macedonici tã humana, támque ciuili lamentatione felicem! eodem enim tempore, & quantum amisisset

A. V. dcxxiiij.

set principem, & qualem haberet, recognouit. Idem filios suos monuit vt funebri eius lecto humeros subijcerent, atque huic exequiarum, illum honorem vocis adiecit, Non fore, vt postea id officium ab illis viro matori præstari posset. Vbi illa tot in curia iurgia? vbi tam multæ prosstris altercationes? vbi maximorum ducum & ciuium tantorum togata prælia? omnia nimirum ista præcipua veneratione prosequenda deleuit moderatio.

Plin. 7. cap. 44.

Q. METELLI NVMIDICI EXVLIS.

Liuius 69. Auctor de vir. illust. cap. 62. Aul. Gellius 1. cap. 6.

Numidicus autem Metellus, populari factione patria pulsus in Asiam secessit: in qua, cum ei forte ludos Trallibus spectanti literæ redditæ essent, quibus scriptum erat, maximo senatus & 7 populi consensu reditum illi in Vrbem datum: non è theatro prius abijt, quàm spectaculum ederetur: non lætitiam suam proximè sedentibus vlla ex parte patefecit, sed summum gaudium intra se continuit. Eundem constat pari vultu, & exulem fuisse & restitutum, adeò moderationis beneficio, medius semper inter secundas & aduersas res animi firmitate versatus est.

A. V. dcliiij.

M. CATONIS VTICENSIS.

Plutarch. Dionys. 39.

Tot familijs in vno genere laudis enumeratis, Portium nomen velut expers huiusce gloriæ

Universidad de Deusto Biblioteca

silentio ne prætereundum? Negat fieri debere posterior Cato non paruo summæ moderationis iudicio. Cypriacam pecuniam maxima cum diligentia & sanctitate in Vrbem deportauerat: cuius ministerij gratia, senatus relationem interponi iubebat, vt Prætorijs comitijs extra ordinem ratio eius haberetur. Sed ipse id fieri passus non est, iniquum esse affirmans, quod nulli alij tribueretur, sibi decerni. Ac nequid in persona sua nouaretur, campestrem experiri temeritatem, quàm curiæ beneficio vti, satius esse duxit.

A. V. dcxvij.

M. CALPVRNII BIBVLI PROCOS.

Cæsar de bello ciuil. 3. Senec. ab Marciam.

A. V. dcclj.

Ad externa iam mihi exemplà transire conanti, M. Bibulus vir amplissimæ dignitatis, & summis honoribus functus, manus mijcit: Qui cum in prouincia Syria moraretur, duos egregiæ indolis filios suos à Gabinianis militibus occisos esse cognouit. Quorum interfectores ad eum vinctos, regina Cleopatra misit, vt grauissimæ cladis vltionem, arbitrio suo exigeret: At ille oblato beneficio, quo nullum maius lugenti tribui potuerat, dolorem moderationi cedere coëgit, carnificesq; sanguinis sui, intactos euestigio ad Cleopatram reduci iussit: dicendo potestatem huius vindictæ non suam, sed senatus esse debere.

9

EXTERNA.

ARCHITAE TARENTINI.

Cic. Tusc. 4. Plut. περὶ ἀοργησίας.

Taren-

Tarentinus Archytas, dum se Pythagoræ præceptis Metaponti penitus immergit, magno labore, longoq; tempore solidum opus doctrinæ complexus, post quam in patriam reuertitur, ac rura sua reuisere cæpit, animaduertit negligentia villici corrupta & perdita: intuensque malè meritum: Sumpsissem, inquit, à te supplicium, nisi tibi iratus essem: Maluit enim impunitum dimittere, quàm propter iram grauius iusto punire.

PLATONIS ATHENIENSIS.

Plut. de lib. ad Diog. Laërt.

Nimis liberalis Archytæ moderatio Platonis temperatior. Nam cum aduersus delictum serui vehementius exarsisset, veritus ne ipse modum vindictæ dissucere non posset, Speusippo amico castigationis arbitrium mandauit, deforme sibi futurum existimans, si commississet vt parem reprehensionem culpa serui, & animaduersio Platonis mereretur. Quo minus miror, quòd in Xenocrate discipulo suo tam constanter moderatus fuit. Audierat eum de se multa impiè locutum, sine vlla cunctatione criminationem respuit. Instabat certo vultu iudex, causam quærens cur sibi fides non haberetur: adiecit, non esse credibile, vt quem tantopere amaret, ab eo inuicem non diligeretur. Postremo cum ad iusiurandum inimicitias ferentis malignitas confugisset, ne de periurio eius disputaret, affirmauit nunquam Xenocratem illa dicturum 10

fuisse, nisi ea dici expedire sibi iudicasset. Non in corpore mortali, sed in arce cœlesti, & quidem armatum animum eius, vitæ stationẽ putes peregisse, humanorum vitiorum incursus à se inuicta pugna repellentem, cunctosq; virtutis numeros, altitudinis suæ sinu clausos custodientem.

DIONIS. SYRACVSANI.
Plutarch. in vita.

Nequaquam Platoni literarum commendatione par Syracusanus Dion. sed quod ad * præstandum moderationem attinet, vehementioris experimenti. Patria pulsus à Dionysio tyranno, Megaram petierat: vbi cum Theodorum principem eius vrbis domi conuenire vellet, neque admitteretur, multum diúque ante fores retentus, comiti suo, Patienter hoc ferendum est, ait: forsitan enim & nos cum in gradu dignitatis nostræ essemus, aliquid tale fecimus. Qua tranquillitate consilij, ipse sibi conditionem exilij placidiorem reddidit.

al. præstantem.

THRASYBVLI ATHENIENSIS.
Æm. Probus in vita. Iustin. 5.

Thrasybulus etiam hoc loci apprehendendus est: qui populum Atheniensem XXX. Tyrannorum sæuitia sedes suas relinquere coactum, dispersamq; & vagam vitam miserabiliter exigentem, animis pariter, atque armis confirmatum, in patriam reduxit. Insignem deinde restitutione libertatis victoriam clariorem aliquanto moderationis laude fecit. Plebis scitum enim interpo

suerat, nequa præteritarum rerum mentio fieret: hæc oblitio, quam Athenienses ἀμνηστίαν vocant, concussum & labentem ciuitatis statum, in priſtinum habitum reuocauit.

STASIPII TEGEATIS.

Non minoris admirationis illud: Stasippus Tegeates, hortantibus amicis vt grauem in administratione reipublicæ æmulum, sed alioqui probum & ornatum virum qualibet ratione vel tolleret vel summoueret, negauit se facturum, ne quem in tutela patriæ bonus ciuis locum obtineret, malus & improbus occuparet: seq; potius vehementi aduersario vrgeri, quam patriam egregio aduocato carere præoptauit. 11

PITTACI MITELENAEI.
Diog. Laërt. in vita.

Pittaci quoque moderatione pectus instructum, qui Alcæum poëtam, & amaritudine odij, & viribus ingenij aduersus se pertinacissime vsum, tyrannidẽ à ciuibus delatam adeptus, tantummodo quid in opprimendo posset admonuit. 12

SEPTEM SAPIENTVM.
Plut. Solone. Laërt. in Thalete.

Huius viri mentio subijcit vt de septem sapientium moderatione referam. A piscatoribus in Milesia regione verriculum trahentibus, quidam iactum emerat: Extracta deinde magni ponderis aurea mensa Delphica, orta controuersia est: illis piscium se capturam vendidisse affir- 13

mantibus, hoc fortunam tractus se emisse dicente: Qua conditione propter nouitatem rei, & magnitudinem pecuniæ ad vniuersum eius ciuitatis populum delata, placuit Apollinem Delphicum consuli, cui nam adiudicari mensa deberet. Deus respondit, illi esse dandam, qui sapientia cæteros præstaret, his verbis.

14 ὃς σοφίῃ πάντων πρῶτος ἔφυ, τόνδε τέλεσσον ὦ δῶ.

Tum Milesij consensu Thaleti mensam dederunt: ille cessit eam Bianti, Bias Pittaco, is protinus alij, deinceps q̃ per omnium septem sapientium orbem, ad vltimum, ad Solonem peruenit: Qui & titulum amplissimæ sapientiæ, & præmium ad ipsum Apollinem transtulit.

15 al. ea.

THEOPOMPI SPARTANORVM Regis.

Plutarch. Lycurgo.

Atque vt Theopompo quoque Spartanorum regi moderationis testimonium reddamus: cum primus constituisset vt Ephori Lacedæmone crearentur, ita futuri regiæ potestati oppositi, quemadmodum Romæ consulari imperio trib. pl. sunt obiecti: atque illi vxor dixisset, id egisse illum, vt filijs minorem potestatem relinqueret: Relinquam, inquit, sed diuturniorem. Optimè quidem: ea enim demum tuta est potentia, quæ viribus suis modum imponit. Theopompus igitur legitimis regnum vinculis constringendo, quo longius à licentia retraxit, hoc propius ad beneuolentiam ciuium admouit.

ANT

ANTIOCHI REGIS SYRIAE.

Cic. pro Deiotaro, & pro Sestio.

Antiochus autem à L. Scipione vltra Taurum montem imperij finibus summotus, cum Asiam prouinciam, vicinasq̃ ei gentes amisisset: gratias agere Popu. Rom. non dissimulanter tulit, quod nimis magna procuratione liberatus, modicis regni terminis vteretur. Et sanè nihil est tam præclarum, aut tam magnificum, quod non moderatione temperari desineret. A. V. dxlvi.

DE IIS QVI EX INIMICIS IVNCTI SVNT AMICITIA & necessitudine.

CAP. II.

QVæ, quoniam multis & claris auctoribus illustrata est, transgrediamur ad egregium humani animi ab odio ad gratiam desiderium: & quidem eum læto stylo prosequamur. Nam si placidum mare ex aspero, calúmque ex nubilo serenum hilari aspectu sentitur, si bellum pace mutatum, plurimum gaudij affert: offensarum etiam acerbitas deposita, candida relatione celebranda est. 1

M. AEMILII LEPIDI, ET M. Fulvij Flacci Censs.

Liu. 40. Gell. 12. cap. 8. Cic. de Prouinc. cos.

M. Æmilius Lepidus bis consul, & Pontifex max. splendorisq̃ honorum par grauitate vitæ, diutinas ac vehementes inimicitias cum

Fuluio Flacco eiusdem amplitudinis viro gessit. Quas vt simul censores renuntiati sunt, in campo deposuit: existimans non oportere eos priuatis odijs dissidere, qui publicè summa iuncti essent potestate. Id iudicium animi eius & præsens ætas comprobauit, & nobis veteres Annalium scriptores laudandum tradiderunt. A. V. dlxxiv.

M. LIVII SALINATORIS, ET C. Claudij Neronis Coss.

Liuius 27.

Sicuti Liuij quoque Salinatoris fimiendarum simultatum illustre consilium ignotum posteritati esse noluerunt. Is namque etsi Neronis odio ardens in exilium profectus fuerat, testimonio eius præcipue afflictus, tamen postquam eum inde reuocatum ciues collegam illi in consulatu dederunt, & ingenij sui, quod erat acerrimum, & iniuriæ, quam grauissimam acceperat, oblitisci sibi imperauit: Ne si dissidente animo consortium imperij vsurpare voluisset, pertinacem se exhibendo inimicum, malum consulem ageret. Quæ quidem mentis ad tranquilliorem habitum inclinatio, in aspero ac difficili temporum articulo plurimum salutis Vrbi, atque Italiæ attulit: quia pari virtutis impetu conniss, terribiles Pœnicas vires contuderunt. A. V. dlxvj.

P. AFRICANI MAIORIS ET TI. Sempronij Gracchi.

Liuius 38. Gell. 12. cap. 8.

Clarum etiam in Africano superiore ac Ti. Grac

Graccho depositarum inimicitiarum exemplum. Siquidem ad cuius mensæ sacra, odio dissidentes venerant, ab ea & amicitia & affinitate iuncti discesserunt: Non contentus enim Scipio auctore senatu, in Capitolio, Iouis epulo cum Graccho concordiam communicasse, filiam quoque ei Corneliam protinus ibi despondit. A. V. dlxvj.

M. TVLLII CICERONIS, ET A. Gabinij.

Cic. Rabiniana. ad Q. fratrem 2. & familiar. 1. Quinct. 6. cap. 1.

Sed huiusce generis humanitas etiam in M. Cicerone præcipua apparuit: A. namque Gabinium repetundarum reum summo studio defendit, qui eum in consulatu suo Vrbe expulerat. Idemq; P. Vatinium dignitati suæ semper infestum, duobus publicis iudicijs tutatus est, vt sine vllo crimine leuitatis, ita cũ aliqua laude. Quia speciosius aliquanto iniuriæ beneficijs vincuntur, quàm mutui odij pertinacia pensantur. A. V. dcxix. A. V. dcxcvij. & dcxcix.

P. CLODII PVLCHRI, ET L. Cornelij Lentuli.

Cic. ad Attic. 1. Senec. epist. 98.

Ciceronis autem factum adeò visum est probabile, vt imitari id ne inimicissimus quidem illi P. Pulcher dubitauerit: qui incesti crimine, à tribus Lentulis accusatus, vnum ex his ambitus reũ patrocinio suo protexit. Atque in animum induxit, & iudicem & Prætorem, & Vestæ ædem intuens, amicum Lentulo agere: inter quæ A. V. dcxij.

illæ salutem eius fædo crimine obruere cupiens, hostili voce perorauerat.

L. CANINII GALLI, ET L. Antonij.

Ascon. Pædianus.

Caninius autem Gallus reum pariter atque accusatorem admirabilem egit, & C. Antonij, quem damnauerat, filiam in matrimonium ducendo, & M. Colonium à quo damnatus fuerat, rerum suarum procuratorem habendo.

M. CAELII RVFI, ET Q. Pompeij.

Cælius ad Cic. 1.

A. V. dccij. *Cælij vero Rufi vt vita inquinata, ita misericordia, quam Q. Pompeio præstitit, probanda: cui à se publica quæstione prostrato, cum mater Cornelia fidei commissa prædia non redderet, atque iste auxilium suum literis imploraſſet, pertinacissime absenti adfuit. Recitauit & eius epistolam iudicio vltimæ necessitatis indicem qua impiam Corneliæ auariciam subuertit, factum propter eximiam humanitatem, ne sub Cælio quidem auctore repudiandum.*

DE ABSTINENTIA ET CONTINENTIA. CAP. III.

Magna cura, præcipuoq; studio referendum est, quantopere libidinis & auaritiæ furori similes impetus, ab illustrium virorum pectoribus, consilio ac ratione, summoti sunt. Quia demum

demum ij penates, ea ciuitas, id regnum æterno in gradu facile steterit: vbi minimum virium Veneris, pecuniæq; cupido sibi vendicauerit. Nam quo istæ generis humani certissimæ pestes penetrauerint, ibi iniuria dominatur, infamia flagrat. Quibus longius relictis, contrarios tam diris vitijs mores commemoremus.

P. SCIPIO AFRICANVS maior procos.

Liuius 26. Gel. 6. cap. 8. Front. lib. 2. cap. 11.

A. V. dxliiij. *Quartum & vicesimum annum agens Scipio, cum in Hispania Carthagine oppressa, maioris Carthaginis capiendæ sumpsisset auspicia, multósque obsides, quos in ea vrbe Pæni clausos habuerant, in suam potestatem redegisset: eximiæ inter eos formæ virginem, ætatis adultæ, & iuuenis, & cælebs, & victor, posquàm comperit illustri loco inter Celtiberos natam, nobilissimoq; gentis eius Indibili despensam, accersitis parentibus, & sponso integram tradidit. Aurum quoque quod pro redemptione puellæ allatum erat, summæ dotis adiecit. Qua continentia ac munificentia Indibilis obligatus, Celtiberorum animos Romanis applicando meritis eius gratiam debitam retulit.*

M. CATO VTICENSIS Propr.

Plutarch. in eius vita.

Verum vt huius viri abstinentiæ testis Hispania

ita

A. V. dcxcv. ita M. Catonis Epiros, Achaia, Cyclades insulæ, maritima pars Asiæ, prouincia Cypros. Vnde cum pecuniæ deportandæ ministerium sustineret, tam aduersum animum ab omni Venere, quam à lucro habuit, in maxima vtriusque intemperantiæ versatus materia: Nam & regiæ diuitiæ potestate ipsius continebantur, & fertilissimæ delitiarum tot egregiæ vrbes, necessaria totius nauigationis diuerticula erant. Atque id Minatius, Rufus, Cypriacæ expeditionis fidus comes, scriptis suis significat: Cuius testimonium non amplector: proprio enim argumento laus ista nititur, quoniam ex eodem naturæ vtero & continentia nata est, & Cato.

NERO CLAVDIVS DRVSVS & Antonia.

A. V. dccxliv. cos. mortuus in Germania. Drusum etiam Germanicum eximiam Claudiæ familiæ gloriam, patriæq; rarum ornamentum, & quod super omnia est, operum suorum pro habitu ætatis magnitudine, vitrico pariter ac fratri Augustis duobus reip. diuinis oculis mirificè respondentem, constitit vsum Veneris intra coniugis charitatem clausum tenuisse. Antonia quoque fœmina laudibus virilem familiæ suæ claritatem supergressa, amorem mariti egregia fide pensauit: quæ post eius excessum, forma & ætate florens, cubiculum socrus pro coniugio habuit: in eodémque toro alterius adolescentiæ vigor extinctus est, alterius viduitatis experientia con-

consenuit. Hoc cubiculum talibus experimentis summam imponat.

CN. MARCIVS CORIOLANVS.

Dionys. lib. 6. Plutarch.

Deinceps ex ijs vocemus, quorum animus aliquo in momento ponendi pecuniam nunquam vacauit. Cn. Marcius patritiæ gentis adolescēs, Anci regis clara progenies, cui Coriols Volscorum oppidum captum cognomen adiecit, cum æditis conspicuæ fortitudinis operibus à Postumo Cominio consule, accurata oratione apud milites laudatus, omnibus donis militaribus, & agri. c. iugeribus & decem captiuorū electione, & totidem ornatis equis, centenario boum grege, argentoq; quantum sustinere valuit, donaretur: nihil ex his, præter vnius hospitis captiui salutem, equúmque, quo in acie veteretur, accipere voluit. Qua tam circunspecta animi moderatione, nescias vtrum maiore cum laude præmia* meruerit, an reiecerit. A. V. cclx. al. elegerit.

M. CVRIVS DENTATVS Coss.

Plut. Apopht. Cic. Catone. Athen. lib. 10.

M. autem Curius exactissima norma Romanæ frugalitatis, idémque fortitudinis perfectissimum specimen, Samnitium legatis agresti se in scamno 4 assidentem foco, atque ligneo catillo cœnantem (quales epulas, apparatus indicio est) spectandum præbuit. Ille enim Samnitium diuitias 5 contempsit, Samnites eius paupertatē mirati sunt. A. V. cdlxiiij.

Nam

Nam cum ad eum magnum auri pondus publice missum attulissent, benignis verbis inuitatus, vt eo vti vellet, vultum risu soluit, protinúsque, Superuacuæ, inquit ne dicam ineptæ legationis ministri, narrate Samnitibus M. Curium malle locupletibus imperare, quàm ipsum fieri locupletē: atque istud vt pretiosum, ita malo hominum excogitatum munus refertote & mementote me nec acie vinci, nec pecunia corrumpi posse.

Auct. de vir. illust. Plin. 16. cap. 38.

A. V. cdlxxiix. *Idem cum Italia Pyrrhum regem exegisset, nihil omnino ex præda regia, qua exercitum Vrbémque ditauerat, attigit. Decretis etiam à senatu septenis iugeribus agri populo, sibi autem quinquagenta, popularis assignationis modum non excessit: parum idoneum reip. ciuem existimans, qui eo quod reliquis tribueretur, contentus non esset.*

C. FABRICIVS LVSCINVS
Cos.

Gell. 1. cap. 14. ex Hygino de viris illustribus.

A. V. cdxxcj. circiter. *Idem sensit Fabricius Luscinus, honoribus & auctoritate omn ciue temporibus suis maior, censu par vnicuique pauperrimo: qui à Samnitibus, quos vniuersos in clientela habebat, decem æris, & quinque pondo argenti, totidémque seruos sibi missos, in Samnium remisit, continentiæ suæ beneficio sine pecunia prædiues, sine vsu familiæ abūde comitatus: quia locupletem illum faciebat,*

non

non multa possidere, sed modica desiderare. Ergo domus eius, quemadmodum ære & argento & mancipijs Samnitium vacua: ita gloria ex his contemptis parta, referta fuit.

Plut. Pyrrho. Cic. Catone.

A. V. cdlxxiv. *Consentanea repudiatis donis Fabricij vota extiterunt: legatus enim ad Pyrrhum profectus, cum apud eum Cyneam Thessalum narrantem audisset, quendam Atheniensem clarum sapientia, suadere, nequid aliud homines quàm voluptatis caussa facere vellent: pro monstro eam vocem accepit, continuóque Pirrho & Samnitibus istam sapientiam deprecatus est. Licet Athenæ doctrina sua glorientur, vir tamen prudens, Fabricij detestationem, quàm Epicuri maluit præcepta: quod euentus quoque indicauit. Nam quæ vrbs voluptati plurimum tribuit, imperium maximum amisit: quæ labore delectata est, occupauit. Et illa libertatem tueri non valuit, hæc etiam donare potuit.*

Q. AELIVS TVBERO CATVS
Cos.

Plin. 33. cap. 11.

A. V. dxxcvj. *Curtij & Fabricij Q. Ælium Tuberonem cognomine Catum discipulum fuisse meritò quis existimauerit: cui Consulatum gerēti, cum Ætolorum gens omnis vsus vasa argentea, magno pondere, & exquisita arte fabricata, per legatos misisset, qui superiori tempore gratulandi caussa ad eum profecti retulerant, fictilia se in eius mēsa*

vasa

vasa vidisse: monitos ne continentiæ quasi paupertati succurrendum putarent, cum suis sarcinis abire iussit. Quàm bene Ætolicis domesticа prætulerat, si frugalitatis eius exemplum posterior ætas sequi voluisset? Nunc quò ventum est? à ser-
7 uis vix impetrari potest, ne eam supellectilem fastidiant, qua tunc consul vti non erubuit.

L. AEMILIVS PAVLLVS PROCOS.

Plutarch. Cic. Off. 2.

A. V. dxxcvij. A Persæ rege deuicto Paullus, cum Macedonicis opibus veterem atque hæreditariam vrbis nostræ paupertatem eò vsque satiasset, vt illo tempore primum populus Rom. tributis præstandi onere se liberaret: penates suos nulla ex parte locupletiores fecit: Præclarè secum actum existimans, quòd ex illa victoria alij pecuniam, ipse gloriam occupasset.

LEGATI ROM. Q. FABIVS Gurges, C. & N. Fabij Pictores & Q. Ogulnius.

Zonaras 2.

A. V. cc. 8 Atque huic animi eius iudicio Q. Fabius Gurges, C. N. Fabij Pictores, Q. Ogulnius subscripserunt: qui legati ad Ptolomæum regem missi, munera quæ ab eo priuatim acceperant, in ærarium, & quidem prius, quàm ad senatum legationem referrent, detulerunt: de publico scilicet mini

ministerio nihil cuiquam, præter laudē bene administrati officij, accedere debere iudicantes. Iam illud humanitatis senatus, & attentæ maiorem disciplinæ indicium est: data sunt enim legatis, quæ in ærarium reposuerant, non solum patrum conscriptorū decreto, sed etiam populi permissu: eáque legatis quæstores prompte vnicuique distribuerunt. Ita in ijsdem, Ptolemæi liberalitas, legatorum abstinentia, Senatus ac populi Rom. æquitas debitam probabilis facti portionem obtinuit.

L. CALPVRNIVS PISO Frugi Coss.

Fabiorum & Ogulnij continentiæ Calpurnium Pisonem in consimili genere laudis æmulum fuisse res ipsa documento est. Consul graui fugitiuorum bello à se liberata Sicilia, eos quorū præcipuæ opera vsus fuerat, imperatorio more donis prosequebatur: Inter quos filium suum locis aliquot præliatum fortissime, titulo trium librarum aureæ coronæ decorauit: præfatus non oportere à magistratu è publica pecunia erogari, quod in ipsius domum rediturum esset: tantúmque ponderis se testamento adolescenti legaturum promisit, vt honorem publice à duce, pretium à patre priuatim acciperet. A. V. dcxx.

M. CATO GENIOR COS.

Liuius 32. Plutarch. Plin. 14. cap. 13. Front. Senaca ad Lucilium.

Age, siquis hoc seculo vir illustris pellibus

A. V. dlviij. *bœdinis pro stragulis vtatur tribusq; seruis comitatus Hispaniam regat, & quingentorum assium sumptu tran-marinam prouinciam petat, eodem cibo eodémque vino, quo nautæ, vti contentus sit, nonne mirabilis existimetur? Atqui ista patientissimè superior Cato tolerauit, quia illum grata frugalitatis consuetudo, in hoc genere vitæ, cum summa dulcedine continebat.*

M. CATO VTICENSIS.

Plutarch. in vita.

A. V. dcciv. al. septē. *Multum à prisca continentia spatio annorum posteriori Cato discedit, vt pote in ciuitate iam diuite & lautitia gaudente natus. Is tamen cum bellis ciuilibus interesset, situm secum trahens, * duodecim seruos habuit numero plures, quàm superiorum temporum diuersis moribus, pauciores.*

P. SCIPIO AEMILIANVS.

Iustin. 18. Plut. Apoph. Athen lib. 6. Auct. de vir. illust. cap. 58. Frontinus.

Exultat animus maximorum virorum memoriam percurrens. Scipio Aemilianus post duos inclytos consulatus, totidemque suæ præcipuæ gloriæ triumphos, septem seruis sequentibus officio legationis functus est. Et puto Carthaginis ac Numantiæ spoliis comparare plures potuerat, nisi operum suorum ad se laudem, manubias ad patriam redundare maluisset. Itaque cū per socios & exteras gentes iter faceret, non mancipia

A. V. dcxxiij.

cipia eius, sed victoriæ numerabantur: nec quantum auri & argenti, sed quantum amplitudinis pondus secum ferret, æstimabatur.

P. ROMANVS

Plutarch. Pyrrho. Zonaras. Liui. 34 in orat. M. Catonis prolege Oppia Iustinus & Florus.

Continentia vero etiā in vniuersæ plebis animis sæpenumero cognita est, sed abundè erit, longè inter se distantium seculorum, duo ex his exē pla retulisse. Pyrrhus impetus sui terrore soluto, ac iam Epiroticis armis languentibus, beneuolē tiam populi Rom. mercari, quia virtutem debilitare nequiuerat, cupiens: penè totum regiarum opum apparatum in vrbem nostram transtulerat. Cæterum cum & magni pretij & varij generis à legatis eius tam virorum quàm fœminarum apta vsui munera circa domos ferrentur, nulla cuiquam dono tanua patuit. Tarentinæque petulantiæ animosus magis quàm efficax defensor, haud scio maiore cum gloria huius vrbis moribus, quàm armis repulsus sit. In illa quoque procella, quam C. Marius & L. Cinna reip. mflixerant, abstinentia populi Rom. mirifica conspecta est. Nam cum à se proscriptorum penates vulgi manibus diripiendos obiecissent: inueniri potuit nemo qui è ciuili tactura prædam peteret. Vnus enim quisque se ab his perinde ac à sacris ædibus abstinuit. Quæ quidem tam misericors continentia plebis, tacitum crudelium victorum conuitium fuit.

9

A. V. cdlxxij.

10

A. V. dclxvj. Velleius.

11

12

EXTERNA.

PERICLES ATHENIENSIS.

Plutarch. in vita. Cic. Off. 1. Stob. ser. 15.

Aç ne eiusdem laudis commemorationem externis inuideamus. Pericles Athenienſium princeps, cum tragœdiarum ſcriptorum Sophoclem in Prætura collegam haberet, atque is publico officio vnà diſtrictus, prætereuntis ingenui pueri formam impenſioribus verbis laudaſſet: intemperátiam eius increpans, dixit: Prætori non ſolum manus à pecuniæ lucro, ſed etiam oculos à libidinoſo aſpectu continentes eſſe debere.

SOPHOCLES ATHENIENSIS.

Cic. Catone. Plato de Rep. 1.

Sophocles autem ætate iam ſenior, cum ab eo quidam quæreret, an etiamnum rebus Venereis vteretur: Dij meliora, inquit. Libenter enim iſtinc, tanquam, ex aliqua furioſa profugi dominatione.

XENOCRATES ACADEMICUS.

Diog. Laërt.

Aeque abſtinentis ſenectæ Xenocratem fuiſſe accepimus, cuius opinionis non parua fides erit
13 *narratio quæ ſequitur. Phryne nobile Athenis ſcortum, iuxta eum vino grauem in peruigilio accubuit, pignore cum quibuſdam iuuenibus poſito, an temperantiam eius corrumpere poſſet: Quã nec tactu, nec ſermone aſperneretur, quo ad volucrat in ſinu ſuo morari, irritum propoſiti, dimi*

miſit: Factum ſapientia imbuti animi abſti- 14
nens: ſed meretriculæ quoque dictum perquam facetum: Deridentibus enim ſe adoleſcentibus, quia tam formoſa, tamq; elegans, poti ſenis animum illecebris pellicere non potuiſſet, factumq; victoriæ pretium flagitantibus: de homine ſe cum ijs, non de ſtatua pignus poſuiſſe reſpondit. Potéſne hæc Xenocratis continentia à quoquam magis verè, magisq; propriè demonſtrari, quàm ab ipſa meretricula expreſſa eſt? Phryne pulchritudine ſua, nulla ex parte conſtantiſſimam eius abſtinentiam labefecit.

Plut. de fortun. Alex. Cic. Tuſc. 5. Diog. Laërt.

Quid rex Alexander? an diuitijs eum qua- 15
tere potuit? ab illo quoque ſtatuam & quidem æque fruſtra tentatam putes. Legatos ad eum cum aliquot talentis miſerat, quos in Academiam perductos, ſolito ſibi, id eſt, modico apparatu, & admodũ paruulis copijs excepit. Poſtero die interrogantibus, cuinam adnumerari pecuniam vellet: Quid vos, inquit, heſterna cœna non intellexiſtis, ea me non indigere? Ita rex philoſophi amicitiam emere voluit: philoſophus regi ſuam vendere noluit.

DIOGENES CYNICVS.

Plutarch. de exilio. Cic. Tuſc. 5.

Alexander verò cognomen inuicti aſſecutus, continentiam Diogenis Cynici vincere non potuit: Ad quem, cum in ſole ſedentem acceſſiſſet, hortareturq; vt ſi qua ſibi vellet præſtari, indi-

caret: quemadmodum erat in crepidine collocatus, sordidæ appellationis sed robustæ virtutis præstantiæ, Mox, inquit, de ceteris: interim à sole mihi velim non obstes. Quibus verbis illa nimirum inhæsit sententia: Alexander Diogenem gradu suo diutiùs pellere tentat: celerius Darium armis. Idem Syracusis, cum olera ei lauanti Aristippus dixisset: si Dionysium adulare velles, ista non esses Imo inquit, si tu ista esse velles, non adulares Dionysium.

Dioge. Laër. Aristippo.

DE PAVPERTATE.

CAP. IIII.

MAxima ornamenta esse matronis liberos, apud Pomponium Rufum Collectorum libro sic inuenimus: Cornelia Gracchorum mater, cum Campana matrona apud illam hospita, ornamenta sua illo sæculo pulcherrima ostenderet: traxit eam sermone, quousque è schola redirent liberi: Et hæc, inquit, ornamenta mea sunt. Omnia nimirum habet, qui cuncta possidet: Quia dominium rerum collabi solet, bonæ mentis usurpatio nullum tristioris fortunæ recipit incursum. Itaque quorsum attinet, aut diuitias in prima felicitatis parte, aut paupertatem in vltimo miseriarum statu ponere? cum & illarum frons hilaris, multis intus amaritudinibus sit referta: & huius horridior aspectus, solidis & certis bonis abun-

1

abundet. Quod melius personis, quam verbis repræsentabitur.

P. VALERII POPLICOLÆ.
Liui. 2. Plut. in vita. Dionys. 5.

Regio imperio propter nimiam Tarquinij superbiam sumto, consulatus initium Valerius Poplicola cum Iunio Bruto auspicatus est. Idemq; postea tres consulatus acceptissimos populo Rom. gessit: & plurimorum ac maximorum operum prætextu, titulum imaginum suarum amplificauit: cum interim fastorum illud columen, patrimonio ne ad exequiarum quidem impensam sufficiente decesset: ideoq; publica pecunia, ductæ sunt. Non attinet vltériore disputatione tanti viri paupertatem scrutari: abunde enim patet, quid viuus possederit, cui mortuo lectus funebris, & rogus defuit.

A. V. ccxliv. al. pretexto. A. V. ccl.

AGRIPPÆ MENENII LANATI.
Liui. 2. Plin. 33. cap. 10. Dionys. 8. & alij.

Quàm amplitudinis Agrippam Menenium fuisse arbitremur, quem senatus & plebs pacis inter se faciendæ auctorem legit? Quantus felicet esse debuit arbiter publicæ salutis. Hic nisi à populo collatis in capita sextantibus funeratus esset, ita pecuniæ inops decessit, vt sepulturæ honore caruisset. Verum ideirco perniciosa seditione diuidua ciuitas, manibus Agrippæ in vnum contrahi voluit: quia eas pauperes quidem, sed sanctas animadverterat: Cuius vt superstitis nullum fuit, quod incensum deferretur, ita &

A. V. cclx. A. V. cclx.

extincti, hodieq; amplissimum est patrimonium Romana concordia.

C. FABRICII LVSCINI, & Q. Aemilij Papi.

Plin.13.cap.12. Cic. Lælio.

A. V. cdlxxiixx

In C.vero Fabricij, & Aemilij Papi principum seculi sui domibus, argentum fuisse constitear oportet: vterque enim patellam deorum, & salinam habuit. Sed eo lautior Fabricius, quòd patellam suam corneo pediculo sustineri voluit. Popus quoque satis animosè qui cum hæreditatis nomine ea accepisset, religionis caussa abalienanda non putauit.

3

DVCVM EX ARGIS AD magistratus accersitorum.

Illi etiam prædiuites, qui ab aratro accersebantur vt COSS. *fierent, voluptatis caussa sterile atque æstuosissimum Papiniæ solum versabant: delitiarumq; * ignari, vastissimas glebas plurimo cum sudore dissipabant: Imo vero quos pericula reip. imperatores asserebant, angustiæ rei familiaris (quid cesso proprium nomen veritati reddere?) bubulcos fieri cogebant.*

4

al. gratia

C. ATILII REGVLI Serani Cos.

Cic.pro Rosc.Amer. Plin.18.cap.3.

A. V. edccvj.

Attilium autem, qui ad eum accersendum à senatu missi erant ad imperium populi Rom. suscipiendum, semina spargentem viderunt: sed illæ rustico opere attritæ manus, salutem publicam

eam stabilierunt: ingentes hostium copias persudederunt. Quæq; modo arantium boum iugum rexerat, triumphalis currus habenas retinuerunt: nec fuit ijs rubori eburneo scipione depositio, agrestem stiuam aratri repetere. Potest pauperes consolari Atilius, sed multò magis docere locupletes, quàm non sit necessaria solidæ laudis cupidini nimis auxia diuitiarum comparatio.

5

M. ATILII REGVLI PROCOS.

Liuius 18. Senec. ad Albin. cap. 12.

A. V. cdxcviij.

*Eiusdem nominis & sanguinis Attilius Regulus, primi Punici belli gloria, cladésque maxima: cum in Africa insolentissimæ Carthaginis opes, crebris victoriis contunderet, ac prorogatum sibi ob bene gestas res in proximum annum imperium cognosset, consulibus scripsit: villicum in agello, quem septem iugerum in Pupinia habebat, mortuum esse, occasionemq; nactum mercenarium, * amoto inde rustico instrumento discessisse. Ideoq; petere vt sibi successor mitteretur, ne deserto agro non esset vnde vxor ac liberi sui alerentur. Quæ postquam senatus à* COSS. *accepit, & agrum Atilij ilico colendum locari, & alimenta coniugi eius ac liberis præberi, resq; quas amiserat, redimi publice iussit. Tanti ærario nostro virtutis Atilianæ exemplum, quo omnis ætas Romana gloriabitur, stetit.*

al. amisso

6

L. QVINCTII CINCINnati dict.

Liuius 3. Diony. 10. Cic. in Catone maiore Plin. lib. 18. cap. 3. Flor. Epit. lib. 1. cap. 11.

A. V. cccxcij. *Aequè magna latifundia L. Quinctij Cincinnati fuerunt: septem enim iugera agri possedit: ex hisq; tria, quæ pro amico ad ærarium obsignauerat, multæ nomine amisit. Pœnâ quoque pro filio Cæsone, quod ad causſam dicendam non occurriſſet, huius agelli reditu ſolut. Et tamen ei quatuor iugera aranti, non ſolum dignitas patris familiæ conſtitit, ſed etiam dictatura delata eſt. Angustè ſe habitare nunc putat, cuius domus tantum patet, quantum Cincinnati rura patuerunt.*

A. V. ccxcv.

AELIAE FAMILIAE

Plutar. in Paullo.

A. V. dxxxiv. circiter *Quid Aelia familia, quàm locuples? ſexdecim eodem tempore Aelij fuerũt, quibus vna domuncula erat eodem loci, quo nunc ſunt Mariana monimenta: & vnus in agro Veiente fundus, minus multò cultores deſiderans, quàm dominos habebat. Inq; Maximo & Flaminio ſpectaculi locus: quæ quidem loca ob virtutem publicè donata poſsidebant.*

Q. AELII TVBERONIS ET L. Aemilij Paulli.

Plutarch. Plin 33. cap. 11.

A. V. dxxcvj. *Eadem gens nullum antè ſcrupulum argenti habuit, quàm Paullus Perſæ rege deuicto. Q. Aelio Tuberoni genero ſuo quinque pondo argẽti ex præda donaret. Taceo enim quòd princeps ciuita*

ciuitatis filiam ei nuptum dedit, cuius penates tam ieiunos pecunia videbat: Quin ipſe quoque adeo inops deceſsit, vt niſi fundus, quem vnum reliquerat, veniſſet, vxor eius dotem vnde reciperet, non extitiſſet. Animi virorum & fœminarum vigebant in ciuitate: eorumq; bonis, dignitatis æſtimatio cunctis in rebus ponderabatur: Hæc imperia conciliabant, hæc iungebant affinitates: hæc in foro, hæc in curia, hæc intra priuatos parietes plurimum poterãt. Patriæ enim rem vnuſquiſque, non ſuam augere properabat: pauperque in diuite, quàm diues in paupere imperio verſari malebat: Atque huic tam præclaro propoſito illa merces reddebatur, quòd nihil eorum quæ virtuti debentur, emere pecunia licebat, inopiæque illuſtrium virorum, publicè ſuccurrebatur.

A. V. dxciij. Plut. Liuius 46. Auct. de vir. illuſt.

CN. CORNELII SCIPIONIS.

Zonar 2. Senec. ad Albinam cap. 12. Liuius Decad. 2.

A. V. dxxxix. *Itaque cum ſecundo Punico bello Cn. Scipio ex Hiſpaniæ ſenatui ſcripſiſſet petens vt ſibi ſucceſſor mitteretur, quia filiam virginem adultæ iam ætatis haberet, neque ei ſine ſe dos expediri poſſet: ſenatus ne reſpu. bono duce careret, patris ſibi partes deſumpſit: conſilioq; vxoris ac propinquorum Scipionis conſtituta dote ſummam eius ex ærario erogauit, ac puellam nuptum dedit. Dotis modus XL. millia æris fuit: in quo non ſolum humanitas Patrum conſcriptorũ, ſed etiam habitus*

habitus veterum patrimoniorum cognosci potest,
Namque adeo fuerunt arcta, vt Tatia Cæsonis
filia maximam dotem ad virum x. millia æris
attulisse visa sit: & Magullia, quia cum quin-
quaginta millibus æris mariti domum intrauit,
Dotatæ cognomen inuenerit. Ideo senatus Fa-
bricij Luscini, Scipionisq; filias ab indotatis nu-
ptijs liberalitate sua vindicauit: quoniam pater-
næ hæreditati præter optimā gloriam, nihil erat
quod acceptum referrent.

M. AEMILII SCAVRI.

M. autem Scaurus quantulam à patre hæ-
reditatem acceperit, in primo libro eorum, quos de
vita sua scripsit, refert: aut enim sibi * decem
sola mancipia, totumq; censum quinque atque
triginta millium numū relictum. In hac penuria
ille futurus senatus princeps nutritus est spiritus.

Hæc igitur exempla respicere, his acquiescere
solatijs debemus, qui paruulos census nostros nū-
quam querelis vacuos esse sinimus. Nullum aut
admodum parui ponderis argentum, paucos ser-
uos, septem iugera aridæ terræ, indigentia domi,
publicè impensa funera, inopes dotum filias, sed
egregios consulatus, mirificas dictaturas, innu-
merabiles triumphos cernimus. Quid ergo me-
diam fortunam, quasi præcipuum generis huma-
ni malum, diuturnis conuitijs laceramus? quæ vt
non abundantibus, ita fidis vberibus Poplicolas,
* Aemilios, Fabricios, Curios, Scipiones, Scauros, hisq; paria robora virtutis aluit. Exurgamus
potius

Epilogus capitis cū cohortatione ad contēptū auaritiæ.

al. sex.

al. Aelios

potius animis, pecuniæq; aspectu debilitatos spi-
ritus, pristini tēporis memoria recreemus: Nam-
que per Romuli casam, perq; veteris Capitolij
humilia tecta, & æternos Vestæ focos, fictilibus
etiamnum vasis contemptos iuro: nullas diuitias,
talium virorum paupertati posse præferri.

DE VERECVNDIA.

CAP. V.

AQua tempestiuus ad verecundiam transi-
tus videtur. Hæc enim iustissimis viris
præcepit vt priuatas facultates negligerent, pu-
blicas quàm amplissimas esse cuperent. Digna
cui perinde atque cœlesti numini extruātur tem-
pla, aræq; consecrentur: quia parens est omnis ho-
nesti consilij, tutela solennium officiorum, magi-
stra innocentiæ, chara proximis, accepta alie-
nis, omni loco, omni tempore fauorabilem præ se
ferens vultum.

POP. ROMANI

Liui. 34. Cic. Corneliana. Pæd. Valerius itē 2. cap. 1.

Sed vt à laudibus eius ad facta veniamus,
A condita vrbe vsque ad Africanum, & Ti.
Longum COSS. promiscuus senatui & populo
spectandorum ludorum locus erat: nunquam ta-
men quisquam ex plebe ante Patres conscriptos
in theatro spectare sustinuit. Adeo circumspecta
nostræ ciuitatis verecundia fuit.

A. V. dlix.

Cic.

Cic. in Catone Plut. Catone & Flaminino.

A. V. dlxix. *Quæ quidem certissimum sui documentum etiam illo die exhibuit, quo L. Flamininus extrema in parte theatri constituit, quia à M. Catone & L. Flacco censoribus senatu motus fuerat. consulatus tam honore defunctus, frater etiam T. Flaminini Macedoniæ, Philippiq; victoris: Omnes enim eum transire in locum dignitati suæ debitum coëgerunt.*

C. TERENTII VARRONIS *Cos.*

Front. lib 4. Liuius 24 Val Max 3. cap 4.

A. V. dxxxvij. *Confregit reipublicam Terentius Varro Cannensis pugnæ temerario ingressu: eidem delatam sibi ab vniuerso senatu & populo dictaturam recipere non sustinendo, pudore culpam maximæ cladis redemit. Effecitq; vt clades deorum ira, modestia ipsius moribus imputaretur. Itaque titulo imaginis eius speciosius non recepta dictatura, quam aliorum gesta adscribi potest.*

C. CICEREI CANDIDATI.

Liuius 4. sed intercidit histor. Vide annales nostros.

A. V. dlxxix. *Nos autem ad præclarius verecundiæ opus transgrediamur Magna cum inuidia fortuna Prætorijs comitijs Africani superioris filium Cn. Scipionem, & seruam Cicereium in campum deduxerat, vtque nimis impotens sermone vulgi carpebatur, quod tanti viri sanguinem clientelamq; comitiali certamine confuderat. Ceterum crimen*

crimen eius in suam laudem Cicereius conuertit. Nam vt vidit omnibus se centurijs Scipionis anteferri, templo descendit, abiectaq; candida toga cõpetatoris sui suffragatorẽ agere cœpit: vt scilicet Prætura melius Africani memoriæ concederet, quàm sibi vendicaret. Nec minimum est A. V. dclxj. *verecundiæ pretium. Scipio tunc honorem adoptus est: Cicereio tamen magis gratulati sunt.*

L. LICINII CRASSI *candidati.*

Cic. de Orat. 1.

Ac ne protinus comitijs absumamus, consulatum petens L. Crassus, cum omnium candidatorum more, circum forum supplex populo ire cogeretur, nunquam adduci potuit vt ad præsentem Q. Scæuola grauissimo & sapientissimo viro suo faceret. Itaque rogabat, cum vt à se, dum meptæ rei deseruiret, discederet: maiorem verecundiam dignitatis eius, quàm candidæ togæ suæ respectum agens.

CN. POMPEII MAGNI *Proconsulis.*

Dion. 42. Plutarch. in vita. Lucan. 7.

Pompeius autem Magnus Pharsalica acie victus à Cæsare, cum postero die Larissam intraret, oppidiq; illius vniuersus populus obuiam ei A. V. dccv. *processisset. Ite, inquit, & istud officium præstate victori. Dicerem, non dignus qui vinceretur, nisi à Cæsare superatus esset: certè modestus in calamitate. Nam quia dignitate sua vti iam non poterat, vsus est verecundia.*

C. IVLII CAES. DICT.
Suet. Plut. in vita.

A. V. dccix.

Quam præcipuam in C. quoq; Cæsare fuisse & sæpenumero apparuit, & vltimus eius dies significauit. Cõpluribus enim parricidiarũ violatus mucronibus, inter ipsum illud tempus, quo
3 diuinus spiritus mortali discernebatur a corpore ne tribus quidem & viginti vulneribus, quin verecundiæ obsequeretur, absterreri potuit: Si-
4 quidem vtraque togam manu demisit, vt inferiori parte corporis tecta collaberetur. In hunc modum non homines expirant sed dij immortales sedes suas repetunt.

EXTERNA.

SPVRINAE ETRVSCI.

Quod sequitur externis adnectam, quia antè gestum est quàm Etruriæ ciuitas daretur. Excellentis in ea regione pulchritudinis adolescens nomine Spurina: cum mira specie complurium fœminarum illustrium solicitaret oculos, ideoq; viris ac parentibus earum se suspectum esse sentiret: oris decorem vulneribus confudit, deformitatemq; sanctitatis suæ fidem, quàm formem ornamentum alienæ libidinis esse maluit.

LEGATORVM SPARTANORVM.
Cic. Catone.

Athenis quidem vltimæ senectutis, cum spectatum ludos in theatrum venisset, eumq; nemo è ciuibus secessum veciperet: ad Lacedæmoniorum

rum legatos forte peruenit. Qui homines ætate moti, canos eius & annos assurgendi officio venerati sunt, sedémque ei inter ipsos honoratissimo loco dederunt. Quod vbi fieri populus aspexit, maximo plausu alienæ vrbis verecundiam comprobauit. Ferunt tunc vnum è Lacedæmonijs dixisse, ergo Athenienses quid sit rectum, sciunt, sed id facere negligunt.

DE AMORE CONIVGALI.

CAP. VI.

A Placido, & leni affectu, ad æquè honestũ, verum aliquanto ardentiorem & concitatiorem pergam, legitimiq; amoris, quasi quasdam imagines, non sine maxima veneratione contemplandas lectoris oculis subijciam, valenter inter cõniuges stabilitæ fidei opera percurrens, ardua imitatu, cæterum cognosci vtilia. Quia excellẽtissima animaduertenti, ne mediocria quidem præstare, rubori oportet esse.

TI. GRACCHVS MAIOR.
Plut. Gracchis. Cic. de Diuin.

Ti. Gracchus anguibus domi suæ, mare ac fœmina apprehensis, certior factus ab aruspice, mare dimisso, vxori eius, fœmina ipsi celerem obitum instare: salutarem coniugi potius, quàm sibi partem augurũ secutus, marem necari, fœminam dimitti iussit: sustinuitque in conspectu suo seipsum interitu serpentis occidi. Itaque Corneliam nescio vtrum feliciorem dixerim, quòd

talem virum habuerit, an miseriorem, quod amiserit.

Hygin. in fabulis. Plato in Sympos. Seneca in Medea. Iuuen. in Saty. Ouid. lib. 5. de pōto.

O te Thessaliæ rex Admete crudelis, & diri facti crimine sub magno iudice damnatum! qui coniugis tuæ fata pro tuis permutari passus es. Eáque ne tu extinguereris, voluntario obitu consumpta, lucem intueri potuisti. Et certe prius parentum indulgentiam tentaueras, fœmineo animo impar inuentus.

C. PLAVTIVS NVMIDA.

Vilior Graccho miquæ fortunæ victima, quamuis senatorij viri ordinis C. Plautius Numida, sed in consimili amore, par exemplum. Morte enim vxoris audita, doloris impotens, pectus suum gladio percussit. Intruentu deinde domesticorum inceptum exequi prohibitus, colligatúsque, vt primum occasio data est scissis fascijs, & vulnere diuulso, constanti dextera, spiritum luctus acerbitate permistum, ex ipsis præcordijs & visceribus hausit. Tam violenta morte testatus, quantum maritalis flammæ illo pectore clausum habuisset.

M. PLAVTIVS.

Eiusdem vt nominis, ita amoris quoque M. Plautius. Nam cùm imperio senatus classem sociorum sexaginta nauium in Asiam reduceret, Tarentúmque appulisset, atque ibi vxor eius Orestilla, quæ illuc eum prosecuta fuerat, morbo pressa

pressa decessisset, funerata ea, atque in rogum imposita inter, officium vigendi, & osculandi, stricto ferro incubuit: Quem amici sicut erat, togatum & calceatum corpori coniugis iunxerunt: ac deinde subiectis facibus, vtrumque vnà cremauerunt. Quorum ibi factum sepulchrum Tarenti etiamnum conspicitur, quod vocatur ΤΩΝ ΦΙΛΟΥΝΤΩΝ. Nec dubito quin, siquis modo extinctis sensus inesse, Plautius, & Orestilla, fati consortione gestientes vultus tenebris intulerint: Sanè vbi idem & maximus & honestissimus amor est, aliquantò præstat morte iungi, quàm vita distrahi.

IVLIA C. F. CN. MAGNI.

App. ciuil. 1. Velleius. Plut. in Pompeio.

Consimilis affectus Iuliæ C. Cæsaris filiæ annotatus est. Quæ cùm ædilitijs comitijs Pompeij Magni coniugis sui vestem cruore respersam è Campo domum relatam vidisset, territa metu ne qua ei vis esset allata, animis concidit, partúmque quem vtero conceptum habebat, subita animi consternatione & graui dolore corporis eijcere coacta est. Atque ita expirauit, magno quidem cum totius terrarum orbis detrimento: cuius tranquillitas tot ciuilium bellorum truculentissimo furore perturbata non esset, si Cæsaris & Pompeij concordia communis sanguinis vinculo constricta mansisset. A. V. dcxcix.

PORTIA M. F. M. BRVTI.

Dionys. 47. Plut. Bruto. App. ciuil. 4.

A. V. dccxj.

Tuos quoque castissimos ignes Portia, M. Catonis filia, cuncta secula debita admiratione prosequentur: Quæ cum apud Philippos victum & interemptum virum tuum Brutum cognosceres, quia ferrum non dabatur, ardentes ore carbones haurire non dubitasti, muliebri spiritu virilem patris exitum imitata. Sed nescio an hoc fortius, quòd illæ vsitato, tu nouo genere mortis absumpta es.

EXTERNA.

ARTEMISIA MAVSOLI REGIS.

Gell. 10. cap. 18. Cic. Tusc. 3. Herod. lib. 8. Strabo lib. 13. Plin. lib. 36. cap. 5.

Sunt & alienigeni amores iusti, obscuritate ignorantiæ non obruti, è quibus paucos attigisse satis erit. Gentis Cariæ Regina Artemisia virum suum Mausolum fato absumptum, quantopere desiderarit, leue est, post conquisitorum omnis generis honorum, monumentiq; vsque ad septem miracula prouecti, magnificentiam argumentari. Quid enim aut eos colligas, aut de illo inclyto tumulo loquare, cum ipsa Mausoli vinum ac spirans sepulchrum fieri concupierit, eorum testimonio, qui illam extincti ossa potione aspersa, bibisse traduntur?

Suid. mœrore cõtabuisse scribit ex Theopõpo.

HIPSICRATEA MITHRIdatis regis.

Plutarch. Pompeio.

Hipsicratea quoque regina, Mithridatem coniugem suum effusis charitatis habenis amauit: propter quem præcipuum formæ suæ decorem in habitum virilem conuertere voluptatis loco habuit: Tonsis enim capillis equo se & armis assuefecit, quò facilius laboribus & periculis eius interesset. Quinetiam victum à Cn. Pompeio per efferatas gentes fugientem, animo pariter & corpore infatigabili secuta est. Cuius tanta fides asperarum atque difficilium rerum Mithridati maximum solatium, & iucundissimum lenimentum fuit: cum domo enim & penatibus vagari se credidit, vxore simul exulante. A. V. dcxxcvij.

LACAENAE MINYARVM.

Herod. 4. Plut. de claris mulier.

Verum quid Asiam, quid Barbariæ immensas solitudines, quid latebras Pontici sinus scrutor, cum splendidissimum totius Græciæ decus Lacedæmon, præcipuum vxoriæ fidei specimen nostris ostentet oculis, plurimis & maximis patriæ suæ laudibus admiratione facti comparandum.

MINYAE, *quorum origo ex inclyto sociorum Iasonis numero Lemniorum in insula concepta, per aliquot seculorum vices stabili in sede manserat, à Pelasgis expulsi armis, alienæ opis indigi, excelsa Taygetorum montium iuga supplices occupauerant. Quos Spartana ciuitas re-*

cepit respectu Tyndaridarum, namque in illo nobilis fama nauigio destinatum sideribus par fratrum fulserat. Deductosq; inde legibus commodisque suis immiscuit. Sed hoc tantum beneficium in iniuriam bene meritæ vrbis, regnum affectantes, verterunt. Igitur publicæ custodiæ inclusi, capitali seruabantur supplicio: Quod cum vetere instituto Lacedæmoniorum, nocturno tempore passuri essent, coniuges eorum illustres ibi sanguinis, velut allocuturæ pururos ipsos impetrato à custodibus aditu, cæteremi intrauerunt, commutataque veste per simulationem doloris, velatis capitibus eos abire passæ sunt. Hoc loco quid aliud adiecerim, quam dignas fuisse, quibus Mitylæ nuberent?

DE AMICITIA.

CAP. VII.

CONtemnendum nunc amicitiæ vinculum, potens & præualidum, neque vlla ex parte sanguinis viribus inferius. Hoc enim certius & exploratius, quod illud nascendi sors, fortuitum opus, hoc vnius cuiusque solido iudicio incoacta voluntas contrahit. Itaque celerius est sine reprehensione propinquū auertere, quàm amicum: quia altera diremptio iniquitatis, altera vtique leuitatis crimini subiecta est. Cum enim deserta sit futura vita hominis nullius amicitiæ cinctā præsidio, tam necessarium subsidium temerè assumi non debet: semel autem rectè apprehensum

sperni non conuenit. Syncerè verò fidei amici præcipue in aduersis rebus cognoscuntur: in quibus quicquid præstatur, totum à constante benevolentia proficiscitur. Felicitatis cultus, maiore ex parte adulationi, quàm charitati erogatus, certe suspectus est: perinde ac si plus semper petat, quàm impendat. Accedit huc, quod infractæ fortunæ homines, magis amicorum studia desiderant, vel præsidij, vel solacij gratia. Nam læta quidem, & prospera negotia, vtpote cum diuina suffragatione foueantur, humana minus indigent. Tenacius igitur eorum nomina posteritatis memoria apprehendit, qui aduersos amicorum casus non deseruerunt, quàm qui prosperum vitæ cursum comitati sunt. Nemo de Sardanapali familiaribus loquitur. Orestes Pyladæ pene amico, quàm Agamemnone patre notior est. Siquidem illorum amicitia in consortione deliciarum & luxuriæ contabuit: horum, duræ atque asperæ conditionis solatium, ipsarum miseriarum experimento emituit. Sed quid externa attingo, cum domesticis prius liceat vti?

TI. SEMPRONII GRACCHI cum C. Blosio.

Cic. Lælio. Plut. Graechis.

Inimicus patriæ fuisse Ti. Gracchus existimatus est: nec immerito, quia potentiam suam saluti eius prætulerat. Quàm constantis animi fidei amicum etiā in hoc tam prauo proposito C. Blosium Cumanum habuerit, operæ pretiū est co-

gnoscere. Hostis iudicatus, vltimo supplicio affectus sepulturæ honore spoliatus, beneuolentia tamen eius non carnit. Nam cum Senatus Rapilio, & Lænati consulibus mandasset vt in eos qui cum Graccho consenserant, more maiorum animaduerterent, & ad Lælium, cuius consilio præcipue consules vtebantur, pro se Blosius deprecatum venisset, familiaritatisq; excusatione vteretur, atque is dixisset, Quid si te Gracchus templo Iouis Opt. Max. faces subdere iussisset, obsecuturúsne voluntati illius, propter istam quam iactas familiaritatem, fuisses? Numquam istud, inquit, Gracchus imperasset. Satis, imo etiam nimium: totius namque senatus consensu damnatos mores defendere ausus est. Verum quod sequitur, multo audacius, multoq; periculosius: compressus enim perseueranti interrogatione Lælij, in eodem constantiæ gradu stetit: seq; etiam hoc, si modò Gracchus ammisset, sacturum respondit. Quis illum sceleratum putasset fuisse, si tacuisset? Quis non etiam sapientem, si pro necessitate temporis locutus esset? At Blosius nec silentio honesto, nec prudenti sermone salutem suam nequa ex parte infelicis amicitiæ memoriam desereret, tueri voluit.

A. V. dcxxj.

2

C. SEMPRONII GRACCHI CVM Pomponio & Latorio.

Plutarch. Gracchis.

In eadem domo æquè robusta constantis amicitiæ exempla obortuntur. Prostratis enim iam & perditis C. Gracchi consilijs rebúsque, cum tota eius

A. V. dcxxxij.

eius conspiratio latè quæreretur, desertum omni auxilio, duo tantum amici, Pomponius & Latorius ab infestis & vndique ruentibus telis, oppositu corporum suorum texerunt: quorum Pomponius, quò is facilius euaderet, concitatum sequentium agmen in porta Trigemina aliquandiu acerrima pugna inhibuit: nec viuus pelli potuit, sed multis confectus vulneribus, transitum eis super cadauer suum (credo etiam post fata inuitus) dedit. Latorius autem in ponte sublicio constitit, eumq; donec Gracchus transiret, ardore spiritus sui sepsit: ac vi tam multitudinis obrutus, conuerso in se gladio, celeri saltu profundum Tiberis petijt: quamq; in eo ponte charitatem toti patriæ Horatius Cocles exhibuerat, vnius amicitiæ adiecta voluntaria morte, præstitit. Quàm bonos Gracchi, si aut patris aut materni aui sectam vitæ ingredi voluissent, habere milites potuerant? Quo nim impetu, qua perseuerantia animi Blosius, & Pomponius, & Latorius trophæa ac triumphos eorum adiuuissent, furiosi conatus tam strenui comites? siniſtris quidem auspicijs amicitiæ conditionem secuti: sed quo miseriora, hoc certiora fideliter cultæ nobilitatis exempla.

L. RHEGINI CVM Q. SERVILIO Cæpione.

Liuius lib. 27. vocat P. Seruilium Cæpionem.

L. autem Rhegnus, si ad debitam publico ministerio synceritatem exigatur, posteritatis conuitio lacerandus: si amicitiæ fido pignore æstime-

tur, in optimo laudabilis conscientiæ portu relinquendus est. Trib. enim plebis Cæpionem in carcerem conjectum, quòd illius culpa exercitus noster à Cimbris & Theutonis videbatur deletus, veteris arctæq; amicitiæ memor, publica custodia liberauit: nec eatenus amicum egisse contentus, etiam fugæ eius comes accessit. Pro magnum, & inexuperabile tuum nomen Amicitia, cum ex altera parte respublica manum injiceret, ex altera tua illum dextera traheret: & illa sacrosanctus esse vellet, exigeret, tu exilium indiceres. Adeo blando veteris imperio, quòd is supplicium honori prætulerit.

A. V. dclxviij. Vide aliter ca. 11. lib. 6 vbi tradit in vinculis mortuũ. Sed bis in carcerem conjici potuit.

T. VOLVMINII CVM M. LVCVLLO.

3 Admirabile hoc opus tuum, sed quod sequitur aliquanto laudabilius. Recognosce enim quousque T. Volumnij constantem erga amicum suum charitatem sine vlla reipublicæ injuria exeueris, qui ortus equestri loco, cum M. Lucullum familiariter coluisset, eumque M. Antonius, quia Bruti & Cassij partes secutus fuerat, interemisset: in magna fugiendi licentia, exanimi amico adhæsit, hucusque in lacrymas & gemitus profusus, vt nimia pietate caussam sibi mortis accerserit. Nam propter præcipuam & perseuerantem lamentationem ad Antonium pertractus est: cuius postquam in conspectu stetit, Iube me, inquit, Imperator, protinus ad Luculli corpus perductum occidi. Neque enim absumpto illo super

A. V. dccxj.

superesse debeo, cum ei infelicis militiæ auctor extiterim. Quid hac fidelius benevolentia? mortem amici, hostis odio leuauit, vitam suam consilij crimine astrinxit, quoque illum miserabilio- 4
rem redderet, se fecit inuisiorem: Nec difficiles Antonij aures habuit, ductusque quo volverat, Luculli dexteram auidè osculatus, caput, quod abstissum tacebat, sublevatum pectori suo applicauit: ac deinde demissam cervicem victoris gladio præbuit. Loquatur nunc Græcia Theseum nefandis Pirithoi amoribus subscribentem, Ditis se patris regnis commississe. Vanè est istud narrare, 5
stulti credere. Missum erudem amicorum, & vulneribus immixta vulnera, mortemque morti inhærentem videre: hæc vera Romanæ amicitiæ initia: illa gentis ad fingendum paratæ monstro similia mendacia.

L. PETRONII P. CÆLIO.

L. quoque Petronius huiusce laudis consortionem meritò vendicat: pari enim & inclytæ 6
amicitiæ ausu, par gloriæ portio auferenda est. Admodum humili loco natus ad equestrem ordinem, & * splendidæ militiæ stipendia P. Cælij al. splendida.
beneficio pervenerat, cui gratum animum, quia in læta materia exhibere non contigerat: in ea, quam miquam fortuna esse voluit, eum multa fide præstitit. Erat ab Octauio consule Tarentiæ præpositus Cælius: qua à Cimbrico exercitu capta, & seniorum, & graui valetudine affectus, ne

A. V. dclxvj.

ne in potestatem hostium veniret, ad auxilium dextræ Petronij confugit. Quem is ab incepto consilio frustra conatus abstrahere, in ijsdem perseuerantem precibus interemit, cædiq; eius suam iunxit: ne eo iacente, per quem omnia dignitatis 7 incrementa assecutus fuerat, superesset. Ita alterius facto magnanimitas, alterius pietas causſam præbuit.

SER. TERENTII CVM D. Bruto.

Iungendus est Petronio Ser. Terentius, quanquam ei, sicut cupierat, pro amico suo perire non contigit. Incepto namque egregio, non irrito euentu æstimari debet: quia quantum in illo fuit, & ipse extinctus est, & D. Brutus periculum mortis euasit. Qui fugiens à Mutina, vt ad se interficiendum ab Antonio missos equites aduenisse cognouit, quodam in loco iustæ pœnæ debitum spiritum tenebris furari conabatur. Eoq; iam facta irruptione, Terentius fideli mendacio obscuritate ipsa suffragante, Brutum se esse simulauit, & corpus suum trucidandum equitibus obiecit. Verum cognitus à Furio, cui Brutianæ vltionis officium mandatum fuerat: nece sua amici supplicium discutere non potuit: Sic inuitus fortuna cogente vixit.

A. V. dccx. Dio. 46. Heluium Blasionẽ quẽdam vt Brutũ exemplo suo animaret vltro se occidisse scribit.

C. LAELII CVM SCIPIONE, ET M. Agrippæ cum Augusto.

Ab hoc horrido & trisli pertinacis amicitiæ, ad lætum & serenum vultum transeamus: atque eam

eam inde euocatam, vbi omnia lacrymis, gemitu, cædibus fuerant referta, in eo, quo dignior est, felicitatis domicilio collocemus, gratia, honore, 8 abundantissimisq; opibus fulgentem. Prodite igitur ab illa, quæ sanctorum vmbris dicata esse creditur, sede, hinc Decimæ Læli, illinc M. Agrippa, alter virorum, alter deorum maximum amicum, & certa mente, & secundis omnibus sortiti totumque beatæ turbæ gregem, qui vestro ductu venerandæ synceræ fidei stipendia, laudibus & præmijs onustus, peregit, in lucem vobiscum protrahite: Vestros enim constantes animos, vestra strenua ministeria, vestram inexpugnabilem taciturnitatem, proq; dignitate & salute amicorum perpetuam excubationem, testatiorem beneuolentiam: & rursus harum rerum vberrimos fructus posterior intuens ætas, in excolendo iure amicitiæ, quàm libentius, tam etiam religiosius erit operata.

C. Læliũ vocãt alij oẽs: hic amicitia Scipionis felix, M. Agrippa Augusti. 9

EXTERNA.

DAMONIS CVM PYTHIA.

Cic. Offic. 3. & in Tuscul. Lactant. Instit. lib. 5. cap. 18.

Hæret animus in domesticis: sed aliena quæq; benefacta referre Romanæ vrbis candor hortatur. Damon & Pythias, Pythagoricæ prudentiæ sacris initiati, tam fidelem inter se amicitiam iunxerant, vt cum alterum ex his Dionysius Syracusanus interficere vellet, atque is tempus ab eo, quo

quo prius quàm periret, domum profectus res suas ordinaret impetrauisset alter vadem se pro reditu eius tyranno dare non dubitauit. Solutus erat periculo mortis qui modo cruces gladio subiectas habuerat, eidem caput suum subiecerat cui securo viuere licebat. Igitur omnes, & in primis Dionysius nouæ atque ancipitis rei exitum speculabantur. Appropinquante deinde definita die, nec illo redeunte: musquisque salutiæ tam temerarium sponsorem damnabat: At is nihil se de amici constantia metuere prædicabat Eodem autem momento, & hora à Dionysio constitutâ, qui eam acceperat, superuenit. Admiratus amborum animum tyrannus, supplicium fidei remisit: insuperq; eos rogauit vt se in societatem amicitiæ, tertium sodalitij gradum iustima culturum beneuolentia, reciperent. Hæ sanè vires amicitiæ, mortis contemptum in generare, vitæ dulcedinem extinguere, crudelitatem mansuefacere, odium in amorem conuertere, pœnam beneficio pensare potuerunt: quibus pene tantum venerationis, quantum deorum immortalium ceremonijs debetur. Illis enim publica salus, his priuata continetur: atque vt illarum ædes sacra domicilia, ita harum fida hominum pectora, quasi quodam sancto spiritu referta templa sunt.

ALEXANDRI MAGNI cum Ephestione.

Q. Curt. 3. Diod. Sic. in vita Alexandri. & Arrianus lib. 2.

Quod

Quod ita esse, rex Alexander sensit: Darij castris, in quibus omnes necessarij eius erant, potitus, Ephestione gratissimo sibi latus suum tegente, ad eos alloquendos venit. Cuius aduentu mater Darij recreata, humi prostratum caput erexit, Ephestionémque, quia ei & statura & forma præstabat, more Persarum adulata, tanquam Alexandrum salutauit. Admonita deinde erroris, per summam trepidationem excusationis verba quærebat. Cui Alexander, Nihil est, inquit, quod hoc nomine confundaris, nam & hic Alexander est. Vtri prius gratulemur: qui hoc dicere voluit, an cui audire contigit? Maximi enim animi Rex, etiam totum terrarum orbem aut victorijs, aut spe complexus, tam paucis verbis se cum comite suo partitus est. O donum inclytæ vocis, danti pariter atque accipienti speciosum: Quod priuatim quoque meritò venerar, clarissimi ac disertissimi viri promptissimam erga me beneuolentiam expertus: Nec metuo ne parum conuenias mihi Pompeium eum instar esse Alexandri: eum illi Ephestio suus, alter fuerit Alexander. Ego verò grauissimo crimini sim obnoxius, constantis & benignæ amicitiæ exempla sine vlla eius mentione transgressus: cuius in animo velut in parentum amantissimorum pectore, læsior vitæ meæ status viguit, tristior acquieuit. A quo omnium incrementa commodorum vltrò oblata cepi: per quem tutior aduersus casus fleti: qui studia nostra ductu & auspicijs suis

12 De Sex. Pompeio Mæcenate suo loquitur, cuius meminit li. 2. cap. 1.

suis lucidiora & alacriora reddidit. Itaque pauı
inuidiam quorundam optimi amici iactura, vi-
delicet quia fructu torseram: non quidem meo
13 *merito: gratiam meam, quantacunque fuit cum*
his, qui ea vti voluerant, partitus. Verum nulla
tam modesta felicitas est, quæ malignitatis dentes
14 *vitare possit. At quo secessu quosdam fugeris, aut*
quibus insulis misericordiæ permulseris: non co-
hibebis, ne alienis malis perinde ac bonis suis læ-
tentur, ac gestiant. Diuites sunt aliorum iacturis,
locupletes calamitatibus, immortales funeribus:
Sed illi quatenus alienis incommodis suorum ad-
huc expertes insultent, optima vindex insolentiæ
varietas humanæ conditionis viderit.

DE LIBERALITATE.

CAP. VIII.

1 NOstrum opus pio egressu ad proprium do-
lorem prouectum in suum ordinem reuoce-
tur, liberalitatisque commemorationi vacemus.
Cuius duo sunt maxime probabiles fontes: verum
iudicium, & honesta benevolentia. Nam cùm ab
his oritur, tunc demum ei ratio constat: dono au-
2 *tem ipsi gratiarum magnitudo quidem sua, sed*
efficaciorem aliquanto opportunitas conciliat.

Q. FABII MAX. VERRV-
cosi dict.

Liuius 22. Plutarch. in vita.

Accedit enim pretio rei, inæstimabile mo-
men

mentum occasionis, quæ Q. Fabium Maximum A. V.
tot ante secula ob paruam pecuniæ summam ero- dxxxvj.
gatam, ad hoc vsque tempus laudabilem fecit.
Captiuos ab Annibale interposita pactione num-
morum receperat: qui cum à senatu non præsta-
rentur, misso in Vrbem filio, fundum quem vni-
cum possidebat, vendidit: eiusq; precium Anni-
bali protinus numerauit. Se ad calculos reuoce-
tur, paruum, vt pote septem iugeribus, & hæc in
Pupinia addictis redactum: si animo eroga-
tis, omni pecunia maius: Se enim patrimonij, quã
patriam fidei inopem esse maluit: eo quidem ma-
iore eum commendatione, quo promptius studij cer-
tius iudicium est supra vires niti, quàm viribus
ex facili vti. Alter enim quod præstat, potest, al-
ter etiam plus quàm potest.

PAVLLAE BVSAE CA-
nusinæ.

Liuius lib. 22. Paulum vocat genere Busam, id est, Chartaginensem.

Itaque eiusdem temporis fœmina Busa nomi-
ne regionis autem Apuliæ ditissima, merito qui-
dem liberalitatis testimonium recepit: sed si ex-
cellentes opes suas Fabianis rei familiaris angu-
stijs non comparauerit. Nam etsi circa decẽ mil- A. V.
lia ciuium nostrorum, Cannensis, prælij reliquias dxxxvij.
benignissimè intra Canusina mœnia alimentis
sustentauit: saluo tamen statu fortunarum suarũ,
munificam se pop. Rom. præstitit: Fabius in hono-
rem patriæ, paupertatem inopiæ mutauit.

Q. CONSIDII EQ. ROM.

Cic. Q. Cõsidij meminit Verr. 3. & pro Cluẽt.

A. V. dcxc.

In Q. quoque Considio saluberrimi exempli, nec sine paruo ipsius fructu, liberalitas annotata est: qui Catilinæ furore ita consternata rep. vt nè à locupletibus quidem debitæ pecuniæ, propter tumultum, pretijs possessionum diminutis, solui creditoribus possent: cum centies, atque quinquagies H. S. summam in fœnore haberet, neque de sorte quenquam debitorum suorum, neque de vsura à suis appellari passus est: quantumque in ipso fuit, amaritudinem publicæ confusionis priuata tranquillitate mitigauit. Oportunè mirificè, testatus, nummorum suorum, non ciuilis sanguinis se esse fœneratorem. Iam qui hac præcipuè negotiatione delectantur, eam pecuniam cruentam domum retulerint, quàm improbando gaudio exultent, recognoscent, si diligenter senatusconsultum, quo Considio gratiæ actæ sunt, legere non fastidierint.

POP. ROMANI ERGA ATTALUM regem.

Iustin. lib. 36. Strabo lib. 13.

Queri mecum iamdudum populus Romanus videtur, quòd cum singulorum munificentiam consector, de sua taceam: Ad summam enim eius laudem pertinet, quem animum regibus, & vrbibus & gentibus præstiterit recognosci: quia omne præclari facti decus, crebra memoria in

seipso reuiresci. Asiam bello captam Attalo regi muneris loco possidendam tradidit, eò excelsius, & speciosius. Vrbis nostræ futurum imperium credens: si ditissimam atque amœnissimam partem terrarum orbis, in beneficio, quàm in fructu suo reponere maluisset. Ipsa victoria donum felicius: quia multum occupasse, habere inuidiam potuit: tantum tribuisse, gloria carere non potuit.

A. V. dlxiij. Liui. 38. Strabo 13 Cicc. pro Sestio.

EIVSDEM POP. ROMANI erga Græcos.

Plutarch Flaminio Liuius 33.

Illius verò Romanæ liberalitatis cælestem spiritum, nullæ literæ satis dignis laudibus prosequentur. Philippo enim Macedonum regi superato, cum ad isthmicũ spectaculum tota Græcia conuenisset, T. Quinctius Flamininus tubæ signo silentio facto, per præconem hæc verba recitari iussit: S. P. Q. R. & T. Quinctius Flamininus imperator, omnes Græciæ vrbes, quæ sub ditione Philippi regis fuerunt, liberas atque immunes esse iubet. Quibus auditis, maximo & inopinato gaudio homines perculsi: primò veluti non audisse se, quæ audierant, credentes, obticuerunt. Iterata deinde pronuntiatione præconis, tanta cælum clamoris alacritate compleuerunt: vt certo constet, aues quæ superuolabant, attonitas, pauentésque decidisse. Magni enim fuisset à tot captiuorum capitibus seruitutem detraxisse quot tunc nobilissimas & opulentissimis vrbibus

4 A. V. dlvij. 5

pop. Rom. libertatem largitus est. Ad cuius maiestatem pertinet, non solum, quæ ipse benignè tribuit: sed etiam quæ alius ipso tribuente sensit cõmemorari. Vt enim illic collatæ, ita hic repetitæ laudis commendatio est.

EXTERNA.

HIERONIS REGIS SYRACVS. erga Romanos.

Liuius 22.

A. V. dxxxvj. Hiero Syracusanorum rex, audita clade quæ Romani apud Trasimenum lacum erant afflicti, trecenta millia modium tritici, & ducenta millia hordei, auriq; ducenta & XL. pondo vrbi nostræ muneri misit. Neque ignarus verecundiæ maiorum nostrorum, quod nollent accipere, in habitum id Victoriæ formauit, vt eos religione motos, munificentia sua vti cogeret: voluntate mittendi prius, iterum prouidentia cauendi, ne remitteretur, liberalis,

GILLIAE ACRIGENTINI erga conciues suos.

Subnectam huic Agrigentinum Gillią quem propemodum ipsius liberalitatis præcordia constat habuisse: Erat opibus excellens, sed multò etiam animo, quàm diuitiis locupletior, semperq; in erogando potius, quàm in contrahenda pecunia occupatus: adeò vt domus eius quasi quædam munificentiæ officina crederetur. Illinc enim publicis vsibus apta monimenta extruebantur, illinc grata populi oculis spectacula edebantur, illinc

illinc epularum magnifici apparatus, labentique annonæ subsidia oriebantur: Et cum hæc vniuersis, priuatim alimenta inopia laboranibus, dotes virginibus paupertate pressis detrimentorum incursu quassatis solatia erogabantur: Hospites quoque tum vrbanis penatibus, tum etiã rusticis tectis benignissimè excepti, variis muneribus ornati dimittebantur. Quodam verò tẽpore quingentos simul Gelenses equites vi tempestatis in possessiones suas compulsos, aluit ac vestituit. Quid multa? nõ mortalem aliquem, sed propitiæ fortunæ benignum esse diceres sinum. Ergo quod Gellias possidebat, omnium quasi commune patrimonium erat: pro cuius salute & incrementis, tum Agrigentina ciuitas, tum etiam vicinæ regiones votis excubabant. Colloca ex contraria parte arcas inexorabilibus claustris obseratas, nõne præstantiorem aliquantò existimes illum impensam, quàm hanc custodiam?

VALERII MAXIMI LIBER V.

DE HVMANITATE. CAP. I.

LIBERALITATI, quas aptiores comites, quàm humanitatẽ & clementiam dederim? quoniã idem genus laudis expetunt: quarum pri-

al. homine.

ma inopia, proxima occupatione, tertia ancipiti fortuna præstatur. Cumq; nescias quam maxime probes, eius tamen commendatione præcurrere videtur.

SENATVS ROMANI.

A. V. dlij. Liuius 30. ducētos nobiles sine pretio reddi tos scribit.

Ante omnia autem humanissima & clementissima senatus acta referam. Qui cum Carthaginiensium legati ad captiuos redimendos in Vrbem venissent, pretium his nulla pecunia accepta, reddidit iuuenes numerū duum millium & septingentorum quadragintatrium explētes. Verum tantum hostium exercitum dimissum, tantam pecuniam contemptam, tot Punicis iniuriis veniam datam, ipsos legatos obstupuisse arbitror,

1 *ac secum dixisse O munificentiam gentis Romanæ, deorum benignitati æquandam! O etiam nostram legationem supra vota felicem! nam quod beneficium nunquam* * *dedissemus, accepimus.*

al. petisse mus.

Liuius lib. 30.

A. V. dlij. *Illud quoque non parum humanitatis senatus indicium est. Syphacem enim quondam opulentissimum Numidiæ regem captiuum, in custodia Tiburi mortuum, publico funere censuit efferendum, vt vitæ dono honorē sepulturæ adiiceret.*

Liui. 45. Plutar in Paullo, de morte regis.

A. V. dxxcvj. *Consimiliq; clementia in Perse vsus est: nam cum Albæ in qua custodiæ causa relegatus erat, decessisset, quæstorem misit, qui eum publico funere efferret: ne reliquias regias tacere inhonoratas*

ratas pateretur. Hostibus illa, & miseris, & fato functis officia regibus erogata: hæc amicis & felicibus, & vnis tributa sunt.

Liuius lib. 45.

A. V. dxxcv. *Confecto Macedonico bello Musicanes Masinissæ filius, cum equitibus, quos in præsidium Romanorum adduxerat, ab imperatore Paullo ad patrem remissus, tempestate classe dispersa, Brundusium ager delatus est: Quod vbi senatus cognouit, continuo illo quæstorem ire iussit, cuius cura, & hospitium adolescenti expediretur, & omnia quæ ad valetudinem opus essent, præberentur, impensæq; liberaliter cum ipsi, tum toti comitatui præstarentur. Naues etiam vt prospicerentur, quibus se bene ac tuto cum suis in Africam traiiceret: Equitibus singulas libras argenti, & quingenos sestertios dari imperauit. Quæ tam prompta & exquisita patrum cōscriptorum humanitas efficere potuit, vt etiam si expirasset adolescens, æquiore animo desiderium eius pater toleraret.*

2

Liuius ibidem.

A. V. dxxcvj. *Idem senatus, cum ad gratulandum sibi Prusiam Bithyniæ regem Perse deuicto venire audisset, obuiam illi P. Cornelium Scipionem quæstorem Capuam misit: censuitq; vt domus ei Romæ quamoptima conduceretur, & copiæ non solum ipsi, sed etiam comitibus eius publice præberentur. In eoque excipiendo tota vrbs vnius humani amici vultum habuit. Ita qui amantis-*

Universidad de Deusto Biblioteca

simus nostri venerat, duplicata erga nos benevolentia in regnum suum reuersus est.

Liuius lib. 24.

A. V. dxc. Nec Aegyptus quidem Romanæ humanitatis expers fuit. Rex enim Ptolemæus à minore fratre regno spoliatus, petendi auxilij gratia cum paucis admodum seruis, squalore obsitus, Romam venerat, ac se in hospitium Alexandrini pictoris contulerat. Id postquam senatui relatum est, accersito iuuene, quam potuit accurata excusatione vsus est, quòd nec quæstorem illi more maiorum obuiam misisset, nec publice eum hospitio excepisset, eaq; non sua negligentia, sed ipsius subito & clandestino aduentu facta dixit: Et illum è curia protinus ad publicos penates deduxit, hortatusq; est, vt depositis sordibus adeundi ipsius diem peteret. Quinetiam curæ habuit, vti munera ei quotidie per quæstorem darentur. His gradibus officiorum tacentem ad regium fastigium erexit, effectiq; vt plus spei in auxilio populi Rom. quàm metus in sua fortuna reponeret.

L. CORNELLII SCIPIONIS COS.

Silius Ital. 6.

A. V. cdxcij. Atque vt ab vniuersis patribus conscriptis ad singulos veniam, L. Cornelius consul primo Punico bello, cum Olbiam oppidum cepisset, pro quo fortissimè dimicans Anno dux Carthagi-
3 nensium occiderat: corpus eius è tabernaculo suo amplo funere extulit, nec dubitauit hostis exequias ipse celebrare: tum demum victoriam

& apud

& apud deos & apud homines minimum inuidiæ habituram credens, cum plurimum humanitatis habuisset.

T. QVINCTII CRISPINI.

Liuius lib. 25.

Quid de Quinctio Crispino loquar, cuius 4
mansuetudinē potētissimi affectus ira atque gloria quatere non potuerunt? Bladium Campanū, & hospitio benignissime domi suæ exceperat, & aduersa valetudine correptum attentissima cura recreauerat: A quo post illam nefariam Campanorum defectionem in acie ad pugnam prouocatus, cum & viribus corporis, & animi virtute aliquanto esset superior, monere ingratum, quàm A. V. vincere maluit. Nam quid agis, inquit: demens? dxlj. aut quo te praua cupiditas transuersum rapit? parum habes publica impietate furere, misi etiam priuata lapsus fueris? vnus tibi Romanorum videlicet Quinctius placet, in quo scelestè exer
ceas arma, cuius penatibus, & honoris vicissitu- 5
dinem, & salutem tuam debes? At me fœdus amicitiæ, dūque hospitales sancta nostro sanguini, vestris pectoribus vilia pignora, hostili certamine congredi tecum vetant: Quinetiam si in concursu exercituum fortuito vmbonis mei impulsu prostratum agnouissem, applicatum iam cernicibus tuis mucronem reuocassem. Tuum ergo crimen erit hospitem occidere voluisse: meum non erit hospes occisus. Proinde aliam, qua occidas, dexteram quære, quoniam mea te seruare

didicit. Dedit vtrique cæleſte numen debitum exitum: ſiquidem in eo prælio Badius obtruncatus eſt, Dunčlius inſigni pugna clarus euaſit.

M. CLAVDII MARCELLI
procoſ.
Plutarch. Marcello. Liuius lib. 25.

A. V. dxlj. *Age. M. Marcelli clementia: quam clarum, quámque memorabile exemplum haberi debet? qui captis à ſe Syracuſis in arce earum conſtitit, vt vrbis modo opulentiſſimæ, tunc afflictæ, fortunam ex alto cerneret. Cæterum caſum eius lugubrem intuens, fletum cohibere non potuit, quem ſi quis ignarus vir aſpexiſſet, alterius victoriam eſſe credidiſſet. Itaque Syracuſana ciuitas in maxima clade tua aliquid admiſtum gratulationis habuiſti: quia ſi tibi incolumem ſtare fas non erat, leniter ſub tam manſueto victore cecidiſti.*

Q. METELLI MACEDONICI
procoſ.

A. V. dcxj. L. Flor. 2. cap. 17. Verſobrigas vocat *Q. vero Metellus Celtibericum in Hiſpania gerens bellum, cum vrbem Centobricam obſideret, & iam admota machina, partem muri quæ ſola conuelli poterat, diſiecturus videretur: humanitatem propinquæ victoriæ prætulit. Nam cum Rethogenis filios, qui ad eum tranſierant, Centobricenſes machinæ ictibus obieciſſent, ne pueri in conſpectu patris crudeli genere mortis conſumerētur, (quamquam ipſe Rethogenes negabat eſſe impedimento, quo minus etiam per exitum*

exitum ſanguinis ſui expugnationem perageret,) ab obſidione diſceſſit. Quo quidem tam clementi facto, etſi non vnius ciuitatis mœnia, omnium tamen Celtiberarum vrbium animos cepit: effecitq; vt ad redigendas eas in ditionem populi Ro. non multis ſibi obſidionibus opus eſſet.

P. SCIPIONIS AEMILIANI
procoſ.
Cic. Verr. 6.

A. V. dcvij. *Africani quoque poſterioris humanitas ſpecioſe latéque patuit. Expugnata enim Carthagine, circa Siciliæ ciuitates literas miſit, vt ornamenta templorum ſuorum à Pœnis rapta, per legatos recuperarent, mque priſtinis ſedibus reponenda curarent. Beneficium dijs pariter atque hominibus acceptum.*

P. AFRICANI MAIORIS
procoſ.
Liuius lib 27.

A. V. dxliv. *Huic facto par eiuſdem aui humanitas. A 6 quæſtore ſuo haſtæ ſubiectos captiuos vendente puer eximiæ formæ & liberalis habitus miſſus eſt. De quo cum exploraſſet Numidam eſſe, orbum relictum à patre, educatum apud auunculum Maſiniſſam, eo ignorante immaturam aduerſus Romanos ingreſſum militiam: & errori illius veniam dandam, & amicitiæ regis fidiſſimi populo Rom. debitam venerationem tribuendam exiſtimauit. Itaque puerum annulo, fibulaq; aurea & tunica laticlauia, Hiſpanoq; ſagulo, &*

lo, & ornato equo donatum, datis qui eum pro-
7 sequerẽtur, equitibus, ad Masiniſſam remiſit: Eos igitur victoriæ maximos fructus rati Romani, dijs templorum ornamenta, regibus ſanguinem ſuum reſtituere.

L. AEMILII PAVLLI COS. II.

Liuius lib. 45. Plutarch.

A. V. dxxv. *L*Etiam Paulli in tali genere laudis memoria apprehendenda eſt. Qui cum Perſen, parui temperis momento captiuum ex rege, ad ſe addaci audiſſet: occurrit ei Romani imperij decoratus ornamentis: Conatúmque ad genua procumbere,
8 dextra manu alleuauit, & Græco ſermone ad ſpem exhortatus eſt: Introductum, etiam in tabernaculum, lateri ſuo proximum in concilio ſedere iuſſit: nec honore menſæ indignum iudicauit.
9 Proponatur in conſpicuo acies, qua proſtratus eſt Perſes, & harum rerum, quas retuli, contextus: vtro magis ſpectaculo delectentur, homines dubitabunt: Nam ſi egregium eſt hoſtem abijcere, non minus tamen laudabile, infelicis ſcire miſereri.

CN. POMPEII MAGNI proco ſ.

Dionyſ. 36. Plutarch. Cic. pro Seſtio.

A. V. dcxxcvij. *H*æc L. Paulli humanitas admonet me, ne de Cn. Pompeij clementia taceam. Regem Armeniæ Tigranem, qui & per ſe magna cum populo Rom. bella geſſerat, & infeſtiſſimum Vrbi noſtræ Mithridatẽ Ponto pulſum, viribus ſuis protexerat,

rat, in conſpectu ſuo diutius iacere ſupplicem paſſus non eſt: ſed benignis verbis recreatum, diadema, quod abiecerat, caputi reponere iuſſit. Certiſque rebus imperatis, in priſtinum fortunæ habitum reſtituit: æque pulchrum eſſe iudicans & vincere reges & facere.

C. IVLII CAESARIS COS. II.

Plutarch. Cæſ. Pomp. App. ciuil. 2.

*Q*uàm præclarũ tributæ humanitatis ſpecimen Cn Pompeius, quàm miſerabile deſideratæ idem euaſit exemplum? Nam qui Tigranis tempora inſigni regio texerat, eius caput tribus coronis triumphalibus ſpoliatum, in ſuo modò terrarum orbe, nuſquam ſepulturæ locum habuit: Sed abſciſſum à corpore, inops rogi, nefarium Aegyptiæ perfidiæ munus portatum eſt, etiam ipſi victori miſerabile. Vt enim id Cæſar aſpexit, oblitus hoſtis, ſoceri vultum induit, ac Pompeio tum proprias, tum etiam filiæ ſuæ lacrymas reddidit: caput autem plurimis & pretioſiſſimis odoribus cremandum curauit. Quòd ſi non tam manſuetus animus diuini principis extitiſſet, paullo antè Romani imperij columen habitum (ſic vt mortalium negotia fortuna verſat) inhumatum iacuiſſet.

A. V. dccv.

Sed crocodyli lacrymas, nã ficto pectore fleuit, vt Lucan. & Dion. 42.

Dió. 45. Plut. Cæſ. & Catone.

A. V. dccvij. *C*atonis quoque morte Cæſar audita, & ſe illius gloriæ inuidere, & illum ſuæ inuidiſſe dixit: patrimoniúmque eius liberis ipſius incolume ſeruauit. Et hercule diuinorum Cæſaris operũ non paruæ

parua pars Catonis salus fuisset.

M. ANTONII TRIVMVIRI
Plutarch. Appian. 4.

A. V. dccxj. *M. etiam Antonij animus talis humanitatis intellectu non caruit. M. enim Bruti corpus liberto suo sepeliendum tradidit: quodq; honoratius cremaretur, injci ei suum paludamentum iussit: iacentem non hostem, sed ciuem deposito æstimãs odio. Cumque interceptum à liberto paludamentum compertisset, ira percitus, protinus in eum animaduertit, hac antè præfatione vsus: Quid? tu ignorasti cuius tibi viri sepulturam commiserim: Fortemq; piamq; eius victoriam Philippicam libenter diy viderunt: sed ne ista quidem generosissimæ indignationis verba muti audierunt.*

EXTERNA.

ALEXANDRI MAGNI.

Plutarch. in eius vita. Front. 4. cap. 6.

Commemoratione Romani exempli in Macedoniam deductus, morum Alexandri præconium facere cogor: cuius vt infinitam gloriam bellica virtus, ita præcipuum amorem clementia meruit. Is, dum omnes gentes infatigabili cursu lustrat, quodam loco tempestate niuali oppressus, senio iam confectum militem Macedonem, nimio frigore obstupefactum, ipse sublimi & propinqua igni sede sedens, animaduertit. Factaque non fortunæ, sed ætatis vtriusque æstimatione, descendit, & illis manibus, quibus opes Darij

afflixerat, corpus frigore complicatum in suam 11
sedem imposuit: Id ei salutare futurum dicens, quod apud Persas capitale extitisset, solium regium occupasse. Quid ergo mirum est, si sub eo duce tot annis militare iucundum ducebant, cui gregarij militis incolumitas proprio fulsigio charior erat?

Q. Curtius lib. 10.

Idem non hominum vili, sed naturæ fortunæque cedens: quanquam violentia morbi delabebatur, in cubitum tamen erectus, dextram omnibus, qui eam contingere vellent porrexit. Quis 12
autem illam osculari non curreret, quæ iam fato oppressa maximi exercitus complexui, humanitate, quam spiritu viuidiore suffecit?

PISISTRATI ATHENIENSIS.
Plutarch. Apopht.

Non tamen robusti generis humanitas, sed & ipsa tamen memoria prosequenda Pisistrati Athenienfium tyranni narrabitur. Qui cum adolescens quidam amore filiæ eius virginis accensus, in publico obuiam sibi factam osculatus esset: hortante vxore vt ab eo capitale supplicium sumeret, respondit: Si eos, qui nos amant, interficimus: quid his faciemus, quibus odio sumus? Minime digna vox, cui adjciatur, eam ex tyranni ore manasse.

Senec de ira 3. cap. 11.

In hunc modum filiæ iniuriam tulit, suam 13
multo laudabilius. A Thrasippo namque amico

inter

inter cœnam sine sine conuitio laceratus, ita & animum & vocem ab ira cohibuit, vt putaret satellitem à tyranno malè audire. Abeuntem quoque veritus ne propter metum maturius se conuiuio subtraheret, muitatione familiari cœpit retinere. Thrasippus concitatæ temulentiæ impetu euectus, os eius sputo respersit: nec tamen in vindictã sui accendere potuit. Ille verò etiam filios suos violatæ patris maiestati subuenire cupientes, retraxit. Postero quoque die Thrasippo supplicium à se voluntaria morte exigere volenti, venit ad eum, datáque fide in eodem gradu amicitiæ mansurum, ab incœpto reuocauit. Si nihil aliud dignum honore vel memoria gessisset, his tamen factis abundè se posteritati commendasset.

PYRRHI EPIROTARUM regis.

Plutarch. in vita.

A. V. cdlxxiij. Arciter 14

Aequè mitis animus Pyrrhi regis. Audierat quosdam Tarentinorum in conuiuio parum honoratum de se sermonem habuisse, accersitósque qui ei interfuerant percontabatur, an ea quæ ad aures eius peruenerant, dixissent. Tum ex his vnus: Nisi, inquit, vnũ nobis defecisset, ista quæ tibi relata sunt, præ ijs quæ de te locuturi eramus, lusus ac iocus fuissent. Tam vrbana crapulæ excusatio, tamq; simplex veritatis confessio, iram regis conuertit in risum. Qua quidem clementia, & moderatione assecutus est, vt & sobrij

brij sibi Tarentini gratias agerent, & ebrij bene precarentur. Ab eadem altitudine humanitatis legatis Romanorum ad redimendos captiuos castra sua petentibus, quò tutius venirent, Lyconem Molossum obuiam misit, quoque honoratius exciperentur, ipse cum ornato equitatu extra portam occurrit. Secundarum rerum prouentu non adeo corruptus, vt officij * prospectum in ijs deponeret, qui tum maximè armis cum eo dissidebant.

A. V. dlxxiv. circiter.

15

al. profectum.

ANTIGONI MACEDONIAE Regis.

Plutarch. in vita Iustin. 25.

Cuius tam mitis ingenij debitum fructum vltimo fati sui tempore recepit: Nam cum diris auspicijs Argiuorum inuasisset vrbem, abscisúmque caput eius Alcyoneus Antigoni regis filius ad patrem propugnatione laborantem, latus velut aliquod felicissimum victoriæ opus attulisset: Antigonus correpto iuuene, quod tanti viri subitæ ruinæ, immemor humanorum casuum, effuso gaudio insultaret: humo caput sublatum, causea, qua velatum caput suum more Macedonum habebat, texit: corpóríque Pyrrhi redditum, honoratissimè cremandum curauit. Quin etiam filium eius Helenum captiuum ad se pertractum, & cultum & animum gerere regium iussit: ossaq; Pyrrhi ei aurea vrna inclusa, Epirum in patriam ad Alexandrum fratrem portanda dedit.

Καυσία Suid.

CAMPANORVM.

Liuius 9.

A. V. cdxxxij. *Campani autem exercitum nostrum cum consulibus apud Caudinas furcas, sub iugũ à Samnitibus missum: nec inermem tantum, sed etiam nudum vrbem suam intrantem: perinde ac victorem, & spolia hostium præ se ferentem venerabiliter exeperunt: Protinisque consulibus insignia honoris, militibus vestem, arma, equos, commeatũ benignissimè præstando, & inopiam & deformitatem Romanæ cladis mutarunt: Quo animo si pro imperio nostro aduersus Annibalem quoque vsi fuissent, truculentis securibus materiam sæuiendi non præbuissent.*

A. V. dxlij. Liui⁹ 26.

ANNIBALIS POENI.

Liuius lib. 9

Facta mentione acerrimi hostis, mansuetudinis eius operibus, quam Romano nomini præstitit, locum qui inter manus est, simiam. Annibal enim Æmilij Paulli apud Cannas trucidati quæsitum corpus, quantum in ipso fuit, inhumatum iacere passus non est.

A. V. dxxxvij. Liui⁹ 22.

Liuius 25.

A. V. dxlj. *Annibal Ti. Gracchum Lucanorum circumuentum insidijs, cum summo honore sepulturæ mandauit: & ossa eius in patriam portanda militibus nostris tradidit.*

Liuius 27. Plut. Marcello.

A. V. dxlv. *Annibal. M. Marcellum in agro Prutio, dum conatus Pœnorum cupidius quàm consideratius specu*

*speculatur, interemptum, legitimo iure extulit: Puniceque sagulo, & corona donatum laurea rogo imposuit. Ergo humanitatis dulcedo etiam in efferata barbarorum ingenia penetrat, * torua-que & truces hostium mollit oculos, ac victoriæ insolentissimos spiritus flectit. Nec illi difficile & arduum est, inter arma contraria, inter districtos comminus mucrones placidum iter reperire. Vincit iram, proflermit odium, hostilemque sanguinẽ hostilibus lacrymis miscet. Quæ etiam admirabilem Annibalis vocem, pro funeribus Romanorum ducum arbitria statuentis expressit: Quare aliquanto ei plus gloriæ Paullus, Gracchus, & Marcellus sepulti, quàm oppressi attulerunt: Siquidem illos Pœnico æstu decepit, Romana mansuetudine honorauit. Vos quoque fortes, ac piæ vmbræ, non pœnitendas sortitæ estis exequias: nam vt optabilius in patria ita speciosius pro patria collapsæ, supremi officij decus infelicitate amissum, virtute recuperastis.* torbóf- que. 16

DE GRATIS.

CAP. II.

Cic. Offi. 1 & in Orat. pro Plancio.

Gratas vero ingratasque animi significationes, & facta libuit oculis subijcere, vt virtuti ac vitio iusta merces æstimationes ipsa comparatione accederet. Sed quoniam contrario proposito sese distinxerunt nostro quoque stylo separentur: priorem̃q; locum obtineant, quæ laudem, quàm quæ reprehensionem merentur. 1 2

SENATVS ROMANI.

Liuius 2. Plutarch. Dionys.8.

A. V. cclxv. *Atque vt a publicis actis ordiar, Martium Coriolanum patriam oppugnare conantem, admotaq; portis vrbis ingenti Volscorum exercitu, funus ac tenebras Romano imperio minitantem, Veturia mater & Volumnia vxor, nefarium opus exequi precibus suis passæ non sunt. In quarum honorem Senatus matronarum ordinem benignissimis decretis adornauit. Sanxit namque vti fœminis femita viri cederent, confessus plus salutis reipub. in sola quam in armis fuisse: vetustisq; aurium insignibus nouum vitæ discrimen adiecit. Permisit quoque his purpurea veste & aureis vti segmentis. Super hæc eadem & aram Fortunæ Muliebri eo loco, quo Coriolanus exoratus fuerat, faciundum curauit, memorem beneficij animum suum exquisito religionis cultu testando.*

A. V. dxlj. Liui. 26. *Quem fœcundi etiam belli Punici tempore exhibuit. Cum enim a Fulvio Capua obsideretur, ac duæ Campanæ mulieres benevolentiam erga Romanos dimittere ex animis noluissent, Vestia Opidia materfamilias, & Cluuia Facula meretrix, quarum altera quotidie pro salute nostri exercitus sacrificauit, altera captis militibus Romanorum alimenta subministrare non destitit.*

A. V. dxliij. Liui. 26. *Vrbe illa oppressa, senatus his & libertatem & bona restituit: & siquid amplius præmij potissent, libenter se daturum asseuerauit. Vacasse in tanto gaudio Patribus conscriptis duabus humilibus fœminis referre gratiam nedum tam præ se tulisse, mirandum.*

IVVENTVTIS ROMANAE.

Liu.3 Dionys.10. sed triennio tardius.

A. V. ccxcv. *Quid illa quoque iuuentute Romana gratius, quæ C. Nautio & Minutio COSS. vltro nomina sua militari sacramento obtulit, vt Tusculanus, quorum fines Æqui occupauerant præsidium ferrent, quia paucis ante mensibus constantissime & fortissime imperium Romani populi defenderant. Ergo quod auditu nouum est, ne patriæ grata voluntas cessasse videretur, exercitus se ipse conscripsit.*

PLEBIS ROMANAE.

Auctor. de vir. illust. cap. 32.

4 A. V. cdlxiv. circiter. *Magnum grati populi specimen in Q. Fabio Maximo enituit. Nam cum quinque consulatibus salutariter reipub. administratis decessisset, certatim æs contulit, quo maior ac speciosior eius funeris pompa duceretur. Eleuet aliquis præmia virtutis, cum animaduertat fortes viros felicius sepeliri, quam viuere ignauos.*

M. MINVTII RVFI MAG. EQ.

Liu.22. Plutarch.in Fabio.

5 A. V. dxxxvj. *Fabio alteri etiam incolumi summa cum gloria gratia relata est: Dictatori ei magister equitum Minutius scito plebis, quod nunquam antea factum fuerat, æquatus, partito exercitu separatim in Samnio cum Annibale conflixerat. Vbi temere inito certamine pestiferum habitu-*

rus exitum, subsidio Fabij conseruatus, & ipsi eum patrem appellauit, & à legionibus suis patronum salutari voluit: Ac depositò æqualis imperij iugo, magisterium equitum, sicut par erat, dictaturæ subiecit imprudentisq; vulgi errorem gratæ mentis significatione correxit.

Q. TERENTII CVLEONIS.

Liuius 30 Plut. Apopht.

Tam hercle probabiliter, quàm Q. Terentius Culeo prætoria familia natus, & inter paucos senatorij ordinis splendidus, optimo exemplo Africani superioris currum triumphantis quia
A. V. dlij. captus à Carthaginiensibus, ab eo fuerat recuperatus, pileum capite gerens, secutus est. Auctori enim libertatis suæ, tanquam patrono accepti beneficij confessionem, spectante populo Rom. merito reddidit.

CIVIVM E GRAECIA liberatorum.

Liu. 34. Plut. in vita.

At Flamini de Philippo rege triumphantis currum, non vnus, sed duo millia ciuium Romanorum pileata comitata sunt, quæ Punicis bellis
A. V. dlix. intercepta, & in Græcia seruientia, cura sua collecta, in pristinum gradum restituerat. Gemi-
6 natum ea die decus imperatoris, à quo simul & deuicti hostes, & conseruati ciues spectaculum patriæ præbuerunt. Illorum quoque salus dupliciter omnibus accepta fuit: & quia tam multis, & quia tam grati exoptatum libertatis statum recupe-

recuperauerunt.

Q. METELLI PII COS.

Cic. in Oratio. pro Plancio.

Metellus verò Pius pertinaci erga exulem patrem amore, tam clarum lacrymis, quàm alij victorijs cognomen assecutus, non dubitauit con- 7
sul pro Q. Calidia præturæ candidato supplicare populo, quòd Tribunus plebis legem, qua pater 8
eius in ciuitatem restitueretur, tulerat. Quin- 9
A. V. dlxxiij. etiam patronum cum domus & familiæ suæ semper dictitauit. Nec hac re de principatu, quem proculdubio obtinebat, quicquam decerpsit, quia non humili, sed grato animo longe inferioris hominis maxima merito eximiam summittebat dignitatem.

MARII COS. IIII.

Plut. in vita. & Apopht. Cic. pro C. Balbo.

Nam C. quidem Marij non solum præcipuus, sed etiam præpotens gratæ mentis fuit impetus: Duas enim Camertium cohortes, mira virtute vim Cimbrorum sustinentes in ipsa acie aduer-
A. V. delj. sus conditionem fœderis ciuitate donauit: Quod quidem factum & verè & egregiè excusauit, dicendo inter armorum strepitum, verba se iuris ciuilis exaudire non potuisse. Et sanè id tempus erat, quo magis defendere, quàm audire leges oportebat.

L. SVLLAE DICT.

Plutarch. Pomp.

C. Marij vestigia vbique L. Sulla certamine

laudis subsequitur: Dictator enim Pompeio etiam
10 priuato caput adaperuit, & sella assurrexit, &
A. V. equo descendit: Eaq; se libenter facere in con-
dclxxij. cione prædicauit, memor ab eo duodeuiginti annis
nato partes suas exercitu paterno adiutas. Multa
insignia Pompeio, sed nescio an hoc quicquam
admirabilius contigerit, quòd magnitudine bene-
ficij, Sullam sui obliuisci coëgit.

LIBITINARIORVM.

11 Sit aliquis in summo splendore etiam sordidis
A. V. gratis locus. M. Cornuto prætore funus Hirtij,
dccx. & Pansæ tussu senatus loeante, qui tunc Libiti-
nam exercebant, cum rerum suarum vsum, tum
ministerium suum gratuitum polliciti sunt, quia
hi pro republica dimicantes occiderant. Perseue-
rantiaq; postulatione extuderunt, vt exequiarum
al. nūmū. apparatus sestertio * nummo ipsis præbentibus
addiceretur. Quorum laudem adiecta lege con-
ditio auget magis, quàm extenuat: quoniam qui-
dem quæstum contempserunt, nulli alij rei quàm
quæstui viuentes.

EXTERNA.

Pace cinerum suorum reges gentium exterа-
rum secundum hunc tam contemptum gregem
referri se patientur: qui aut non attingendus, aut
non nisi in vltima parte domesticorum exemplo-
rum collocãdus fuit. Sed dum honesti actus etiam
ab infimis editi, memoria non intercidant, licet
separatum locum obtineant: vt nec his adiecti,
nec illis prælati videantur.

DA

DARII PERSARVM.

Strabo 14. Herod. 3. Vnde adagium, ὁ συλόσωντος χλαμύς. Ælian. Var. hist. 4.

Darius priuatæ adhuc fortunæ, amiculo Syloſontis Samij delectatus, curiosiore contemplatione fecit, vt vtro sibi, & quidem à cupido daretur. Cuius muneris, quam grata æstimatio animo eius esset allapsa, regno potius ostendit: totam namque vrbem, & insulam Samiorum Syloſonti fruendam tradidit. Non enim pretium rei æstimatum, sed occasio liberalitatis est honorata, magisq; à quo donum proficisceretur, quàm ad quem perueniret, prouisum.

MITHRIDATIS PONTI.

Mithridates quoque rex magnificè gratus apparuit, quoniam pro Leonico acerrimo salutis suæ defensore à Rhodys nauali pugna excepto, omnes hostium captiuos permutauit, satius esse existimans ab inuisissimis * circumueniri, quàm bene- al. circū-
merito gratum non referre. scribit.

ATTALI ASIAE.

Liu. 58 Plin. 33. cap. 11. Cic. in Orat. pro Sestio.

Liberalis populus Rom. magnitudine muneris, quòd Attalo regi Asiam dedit dono: Sed At- A. V.
talus etiam testamenti æquitate gratus, qui eam- dxxx.
dem Asiam populo Rom. legauit. Itaque nec
huius munificentia, nec illius tam memor bene-
ficij animus tot verbis laudari potest, quot am-
plissimæ ciuitates vel amicè datæ, vel piè red-
ditæ sunt.

r 5

Universidad de Deusto Biblioteca

MASANISSAE NVMIDIAE.

Cic. in Somnio Scipionis.

Ceterum nescio an præcipuè Masanissæ regis pectus grati animi pignoribus fuerit refertum. 12
Beneficio enim Scipionis & Romanorum amicitia, & perampli regni modo liberaliter auctus, memoriam inclyti muneris ad vltimum vitæ finem, longa etiam à dijs immortalibus senectute donatus, constantissima fide perduxit. Adeò vt eum non solùm Africa, sed etiam cunctæ gentes scirent amiciorem Corneliæ familiæ, atque vrbi Rom. quàm sibimetipsi semper fuisse. Ille, cum graui Carthaginensium bello premeretur, ac vix tutelæ sui regni sufficeret: tamen Scipioni Æmiliano quia nepos Africani erat, bonam magnámque partem Numidici exercitus, quem ad Lucullum consulem, à quo ad auxilia petenda missus fuerat, in Hispaniam duceret, promptissima mente tradidit, præsentiq; periculo respectum pristini beneficij antefuit. Ille, cum iam ætate deficiente, magnas regni opes, quatuor & quinquaginta filiorum numerum relinquens in lectulo laberetur, M. Manilium, qui proconsule Africam obtinebat, literis obsecrauit vt ad se Scipionem Æmilianum, sub eo tunc militantem mitteret: feliciorem mortem suam futuram ratus, si in complexu dextræ eius supremum spiritum ac mandata posuisset. Ille aduentum Scipionis fatis suis præcurrentibus, hæc vxori liberisque præceperat: vnum in terris populum Rom. & vnam in popu

App. Iberica. A. V. dcij.

A. V. dcv. Liso. Appian. in byca. Zon.

populo Rom. Scipionis domum nosse, integra omnia Æmiliano se seruare, eum diuidendi regni arbitrum haberent: Quod is statuisset, perinde ac testamento cautum immutabile ac sanctum obtinerent. Totam q; varijs rebus se Masanissa infatigabili pietatis serie ad centesimum extendit annum. His, & horum similibus exemplis, beneficentia generis humani nutritur atque augetur. Hæ sunt eius faces, hi stimuli, propter quos inuandi & emerendi cupiditate flagrat. Et sanè amplissimæ, & speciosissimæ diuitiæ sunt, feliciter erogatis beneficijs, late posse censeri. Quorum quoniam religiosum cultum instituimus, nunc neglectum, fugillandi gratia, quò sit gratior referemus.

DE INGRATIS.

CAP. III.

SENATVS ROMANI IN *Romulum.*

Liui. i. Dionys. ii. Plutarch. in vita.

VRbis nostræ parentem senatus in amplissimo dignitatis gradu ab eo collocatus in curia laceravit: nec duxit nefas ei vitam adimere, qui æternum Romano imperio spiritum ingenerauerat: Rude nimirum illud & ferox seculum, conditoris sui cruore fœdè maculatum, ne summa quidem posteritatis dissimulare pietas potest. 1

A. V. xxxvij.

POP.

POP. ROMANI IN M. Camillum & alios.

Liuius 5. Plutarch. Flor. lib. 1. cap. 22.

Hunc ingratum lapsæ mentis errorem, consentaneæ nostræ ciuitatis pœnitentia sequitur.

1 *Virtum Romanarum & incrementum lætissimum, & tutela certissima Furius Camillus, in Vrbe incolumitatem suam tueri non valuit: cuius ipse salutem stabilierat, felicitatem auxerat.*

A. V. dcccxij. 2 *Siquidem à L. Appuleio Tribuno pl. tanquam peculator Veientanæ prædæ reus factus, duris atque (vt ita dicam) ferreis sententijs in exilium missus est. Et quidem eo tempore, quo optimo iuuene filio spoliatus, solatijs magis alleuandus, quàm cladibus onerandus erat. Sed immemor patria tanti viri maximorum meritorum, exequiis filij, damnationem patris iunxit. At, inquit, ærario abesse Tribunus plebis quærebatur quindecim millia æris, tanti namque pœna finita est. Indignam summam, propter quam populus Rom. tali principe careret.*

Liuius 38. Appian. Polyb.

A. V. dlj. *Priore adhuc querela vibrante, alia deinceps exurgit. Africanus superior, non solum contusam*

3 *& confractam belli Punici armis Remp. sed pene iam exanguem, atque morientem Africæ dominam reddidit: cuius clarissima opera iniurijs pensando ciuis, vici eum ignobilis, ac desertæ paludis accolam fecerunt: Eiusque voluntarij*

exilij acerbitatem non tacitus ad inferos tulit, sepulchro suo inscribi iubendo, INGRATA PATRIA NE OSSA QVIDEM MEA HABES: *Quid ista aut necessitate indignius, aut querela instius aut vltione moderatius? Cineres et suos negauit, quam in cineres collabi passus non fuerat. Igitur hanc vnam Scipionis vindictam ingrati animi vrbs Roma sensit maiorem mehercule Coriolani violentia. Ille enim metu patriam pulsauit, hic verecundia: de qua ne queri quidem tanta veræ pietatis constantia nisi post fata sustinuit. Talia passo (credo)* A. V. dlxvj. Liu. 38. *quæ fratri eius accidere solatio esse potuerunt: cui rex Antiochus deuictus, & Asia imperio populi Rom. adiecta, speciosissimúsque triumphus, vt peculatus reus fieret, & in carcerem duci iuberetur, caussam præbuit.*

Liuius 59. Velleius. Plutarch. Gracch. Plin. lib. 7 cap. 32.

A. V. dcxxiv. *Nihilo virtute minor fuit posterior Africanus: sed ne exitu quidem felicior. Duabus enim vrbibus Numantia atque Carthagine imperio Rom. imminentibus, ex rerum natura depulsis, raptorem spiritus domi inuenit, mortis punitorem in foro non reperit.*

Plut. Gracch. Appian. Ciuil. 1. Cic. pro Flacco.

5 *Quis ignorat tantum laudis Scipionem Nasicam toga, quantum armis vtrumque Africanum meruis-*

A. V. dcxx. meruisse? Qui pestifera Ti. Gracchi manu sanguinibus apprehensam remp. strangulari passus non est. Sed is quoque propter inquisitam virtutum suarum apud ciues æstimationem, sub titulo legationis Pergamum secessit. Et quod vitæ superfuit, ibi sine vllo ingratæ patriæ desiderio peregit. In eodem nomine versor, necdum Corneliæ gentis querelas exhausi. Nam P. Lentulus clarissimus & amantissimus reipub. ciuis, cum in

A. V. dcxxxij. Cic. Catil. 4. Auentino C. Gracchi nefarios conatus & aciem pia ac forti pugna, magnis vulneribus exceptis fugasset: præsij illius, quo leges, pacem, libertatemque in suo statu retinuerat, hanc mercedem tu it, ne in vrbe nostra moreretur. Siquidem inuidia & obtrectatione compulsus, legatione à senatu libera impetrata, habitaq; concione, qua à dijs immortalibus petijt ne vnquam ad ingratum populum reuerteretur, in Siciliam profectus est, ibiq; perseueranter morando compotem se voti fecit. Quinque igitur Cornelij, totidem sunt notissima ingratæ patriæ exempla. Atque horum quidem secessus voluntarij.

Liu. 4. Cic. Catil. 1. & in Orat. pro domo.

6 Ahala vero, cum magister equitum Sp. Mælium regnum affectantem occidisset: custoditæ

A. V. cxcxvij. libertatis ciuium, exilio suo pœnas pependit.

P. SEXTILII IN C. CAESAREM ORATOREM.

Cic. de Orat. 3. Liu. 80.

Cæterum vt senatus populiq; mens in modum sub-

subitæ tempestatis concitata, leni querela prosequenda est: ita singulorum ingrata facta liberiore indignatione proscindenda sunt: quia potentes consilij, cum vtrumque ratione perpendere liceret, scelus pietatis prætulerunt. Quo enim Iambo, 7
qua procella verborum, impium Sextilij caput 8
obrui meretur? quòd C. Cæsarem, à quo cum studiosè, tum etiam feliciter grauissimi criminis reus defensus fuerat. Cinnanæ proscriptionis tempore profugum, præsidium suum in fundo Tarquiniensi cladis conditione implorare, beneficij mercedem repetere coactum, à sacris perfidæ mensæ, & altaribus nefandorum Pœnatium auulsum, truculento victori iugulandum tradere non exhorruit. Finge accusatorem eius fortuna publica in supplicis nomen conuersum, tam luctuosam illum opem genibus amixum orasse, crudeliter tamen repulsus videretur: quia etiam quos iniuriæ inuisos faciunt, gratiosos miseriæ reddunt. Verum Sextilius non accusatorem, sed patronum sæuissimæ inimici violentiæ suis manibus obiecit: si metu mortis, vita indignus: si præmij spe, morte dignissimus.

A. V. dclxvj.

CN. POPILII IN CICERONEM.

Plutarch. Liuius 129. Appian. ciuil. 4.

Sed vt ad alium consentaneum huic ingrati animi actum transgrediar, M. Cicero C. Popillium Lænatem, Picenæ regionis, rogatu M. Cælij, non

A. V. dccxj.

non minore cura quàm eloquentia defendit: eumq; causſa admodum dubia fluctuantem, ſaluum ad penates ſuos remiſit. Hic Lopillius poſtea nec re, nec verbo à Cicerone læſus, vltrò M. Antonium rogauit, vt ad illum proſcriptum perſequendum & iugulandum mitteretur: Impetratiſq; deteſtabilis miniſterij partibus, gaudio exultans Caietam cucurrit, & virum (omitto quòd ampliſſimæ dignitatis) certè ſalutis eius auctorem ſtudio etiam præſtantis officij priuatim ſibi venerandum, iugulum præbere iuſſit: Ac protinus caput Romanæ eloquentiæ, & pacis clariſſimam dexteram, per ſummum & ſecurum otium amputauit. Eaq; ſarcina, tanquam opimis ſpoliis alacer in Vrbem reuerſus eſt. Neque ei ſceleſtium portanti onus ſuccurrit, illud ſe caput ferre, quod pro capite eius quondam perorauerat. Inualidæ ad hoc monſtrum ſugillandum literæ: quoniam qui talem Ciceronis caſum ſatis dignè deplorare poſſit, alius Cicero non extat.

CN. POMPEII MAGNI in Cn. Carbonem.

Cic. Epiſt. fam. lib. 9. Plutarch. Pompeio. Appian. ciuil. 1.

Quo te nunc modo Magne Pompei attingam, neſcio: Nam & amplitudmem fortunæ tuæ, quæ quondam omnes terras, & omnia maria fulgore ſuo occupauerat, intueor: & rumam eius

eius maiorem eſſe, quàm vt manu mea attentari debeat memini. Sed nobis tamen tacentibus Gn. Carbonis, à quo admodum adoleſcens de paternis A. V. *bonis in foro dimicans protectus es, iuſſu tuo in-* delxxj. *teremptis mors animis hominũ obſeruabitur, non ſine aliqua reprehenſione: quia tam ingrato facto, plus L. Sullæ viribus, quàm propriæ indulſiſti verecundiæ.*

EXTERNA.

CARTHAGINIENSIVM IN Annibalem.

Liuius 33. Aemil. Prob. in Annibale.

At ne noſtra conſeſtis alienigenæ vrbes inſultent. Carthaginienſes Annibalem, qui pro illorum incolumitate & victoria, tot imperatores totq; exercitus noſtros truciduuerat: quot gregarios milites hoſtium ſi occidiſſet, magnæ gloriæ A. V. *foret: è conſpectu ſuo ſubmouere in animum in-* diviij. *duxerunt.*

SPARTANORVM IN Lycurgum.

Plutarch. in vita Licurgi. Herodot. 1. Stobæus ſerm. 17.

*Neminem Lycurgo aut maiorem aut vtiliorem virum Lacedæmõ genuit: vt pote cui Apollo Pythius oraculum petenti reſpondiſſe fertur, Neſcire ſe virum illum, hominum, an deorum numero aggregaret. Huic tamen neque vitæ ſummã ſyncerita*s, *neque conſtantiſſimus erga*

patriam amor, neque leges salutariter excogitatæ auxilio esse potuerunt, quo minus infestos ciues experiretur: Sæpe enim lapidibus petitus, aliquãdo furore publico iectus, etiam priuatus oculo: ad vltimum ipsa patria pulsus est: Quid aliæ faciant vrbes? vbi etiam illa, quæ constantiæ, & moderationis, & grauitatis eximiam sibi laudem vendicat, tam ingrata aduersus tam benemeritum exititit?

ATHENIENSIVM IN THESEA & alios.

Plut. in vita. Cic. de Legib. 2. Ouid. 8. Metã.

Detrahe Athenienſibus Theſea, nullæ, aut non tam claræ Athenæ erunt: ſiquidem ille vicatim deſperſos ciues ſuos in vnam vrbem contraxit: al. ſparſimque. * ſeparatimq; & agreſti more viuenti populo, amplissimæ ciuitatis formam atque imaginem impoſuit. Idem ſæua potentiſſimi regis Minois, imperia vixdum ætate pubeſcente repulit. Idem effrænatam Thebanorum inſolentiam domuit, Idem opem liberis Herculis tulit, & quicquid vbique monſtri aut ſceleris fuit, virtute animi, ac vobore dextræ comminuit. Huius tamen ſummoti ab Athenienſibus, Scyros exule minor inſula, oſſa mortui cepit.

IN SOLONEM.

Plutarch. in vita. Iuſtin. 2.

Iam Solon, qui tam præclaros, tamque vtiles Athenienſibus leges tulit, vt ſi his perpetuò vti voluiſſent, ſempiternum habituri fuerint imperium:

rium: qui Salamina velut hoſtilem arcem ex propinquo ſaluti eorum imminentem recuperauit: qui Piſiſtrati tyrannidem primus vidit oriẽtem, & ſolus armis opprimi debere, palàm dixit: ſenectutem Cypri profugus exegit: neque ei in patria, de qua optime meruerat, humari contigit.

IN MILTIADEM.

Probus in vita. Herod. 6. Iuſtin. 2. Plutarch. Gellius. Frontinus lib. 4.

Benè egiſſent Athenienſes cum Miltiade, ſi cum poſt trecenta millia Perſarum Marathone deuicta, in exilium protinus miſiſſent, ac non in carcere & vinculis mori coegiſſent. Sed vt puto hactenus ſæuire aduerſus optimè meritũ abundè nõ duxerunt. Imò ne corpus quidem eius, ſic expirare coacti, ſepulturæ prius mãdari paſſi ſunt: quàm filius eius Cimon eiſdem vinculis ſe conſtringendum traderet. Hanc hæreditatem paternam maximi ducis filius, & futurus ipſæ ætatis ſuæ dux maximus, ſolam ſe ſortitum, catenas ſcilicet & carcerem, gloriari potuit.

IN ARISTIDEM.

Plutarch. & Probus in vita. Cic. 5. Tuſc.

Ariſtides etiam, quo totius Græciæ iuſtitiæ cenſetur, continentiæ quoque eximium ſpecimẽ, patria excedere iuſſus eſt. Felices Athenas, quæ poſt illius exilium inuenire aliquem aut virum bonum, aut amantem ſui ciuem potuerunt: cum quo tunc ipſa ſanctitas migrauit!

IN THEMISTOCLEM.

Plutarch. & Probus.

Themistocles eorum, qui ingratam patriam experti sunt, celeberrimum exemplum: cum illam incolumem, claram, opulentam, principem Græciæ reddidisset, eiusque sensit inimicam: vt ad Xerxis, quum paullo ante destruxerat, non debitâ sibi misericordiam perfugere necesse haberet.

IN PHOCIONEM.

Plutarch. & Probus. Diod. Sicul. & Plutarch.

10 *Phocion verò his duobus, quæ ad parandum honorem potentissimæ iudicantur iniuriosissimus, tantum non in oculeo ab Athenientibus impositus est: certè post obitum nullam Atticæ regionis, quæ ossibus eius iniiceretur, glebulam inuenit: iussus extra fines proijci, intra quos optimus ciuis vixerat. Quid obest igitur, quin publica dementia sit existimanda, summo consensu maximas virtutes, quasi grauissima delicta punire, beneficiaq; iniurijs rependere? Quòd cum vbique, tum præcipuè Athenis intolerabile vi-*
val. 2. c. 6. *deri debet: in qua vrbe aduersus ingratos actio*
11 *constituta est: Etrectè: quia dandi & accipiendi beneficij commercium, sine quo vix vita hominum consat, perdit & tollit, quisquis benemerito parem referre gratiam negligit. Quantam ergo reprehensionem merentur, qui cum æquissima iura, sed iniquissima haberent ingenia: moribus suis, quàm legibus vti maluerunt? Quòd si qua prouidentia deorum effici posset, vt excel*

excellentissimi viri, quorum modo casus retuli, legem ingratorum vindicem retinentes, patriam suam in ius ad aliam ciuitatem pertraherent, nonne ingeniosum & garrulum populum, mutum atque elinguem hac postulatione reddidissent? Discordes soci tui, pagiq; diuidua tuguria
12 *Græciæ facta sunt columen. Lucet Marathon Persicis trophæis: Salamis & Artemisium Xerxis naufragia numerentur: præualidis manibus exhausta mœnia, pulcherrimis operibus consurgunt: harum rerum auctores vbi vixerint, vbi tacent respondе. Nempe Theseа paruula in scopulo sepeliri, & Miltiadem in carcere mori, &*
13 *Cimona paternas induere catenas, & Themistoclem victorem victi hostis genua complecti, Solonémque cum Aristide, & Phocione penates suos ingrata fugere coegisti: cum interim cineribus nostris fædè ac miserabiliter dispersis,*
14 *Oedipodis ossa, cæde patris, nuptijs matris contaminata, inter ipsum Areopagum, diuum atque humani certaminis venerabile domicilium, &*
Sophocles in Oedipo colon. *excelsam Præsidis Mineruæ arcem, honore aræ decorata quasi sacro sanctа colo: Adeo tibi aliena mala tuis bonis gratiora sunt. Lege itaque le*
15 *gem, quæ te iureiurando obstrictа tenet: & quia benemeritis debita reddere præmia noluisti, læsis iusta piacula exolue. Tacent miæ illorum*
Legē de actione cōtra ingratos in telligit. *vmbræ fatr necessitate constrictа: at immemores beneficiorum Athenas linguæ sermone licent:*
16 *solutæ, non tacent.*

DE PIETATE IN PARENTES.

CAP. IIII.

SEd omittamus ingratos, & potius de pijs loquamur. aliquanto enim satius est fauorabili, quàm inuisæ rei vacare. Venite igitur in manus nostras prospera parentum vota, felicibus auspicijs propagatæ soboles: quæ efficitis vt & genuisse iuuet, & generare libeat.

CN. MARCIVS CORIOLANVS.

Tullius in Lælio. Auct. de vir. illust. cap. 19. Gellius lib. 17. cap. vlt. Appian. in primo de bello ciuili. Liuius 2. Plut. Dionys. 8.

Coriolanus maximi vir animi, & altissimi consilij optimeq; de republica meritus, iniquissimæ damnationis ruina prostratus, ad Volscos infestos tunc Romanis confugit. Magno vbique pretio virtus æstimatur. Itaque quo latebras
A. V. cclxij. *quæsitum venerat, ibi breui summum adeptus*
1 *est imperium. Euenitq;, vt quem pro se salutarem imperatorem ciues habere noluerunt: penè pestiferum aduersus se ducem experirentur. Frequenter enim fusis exercitibus nostris victoriarum suarum gradibus, aditum iuxta mœnia Vrbis Volsco militi struxit.*

Liui. Plutarch. Dionys. Eutrop. & Orosius.

A. V. cclxv. *Quapropter fastidiosus ille in æstimandis bonis suis populus, qui reo non pepercerat, exulem coactus est supplicare: Missi ad eum deprecandum*

dum legati, nihil profecerunt. Missi deinde sacerdotes cum infulis, æquè sine effectu redierunt. Stupebat senatus, trepidabat populus, viri pariter ac mulieres exitium imminens lamentabantur, Tunc Veturia Coriolani mater, Volumniam vxorem eius, & liberos secum trahens castra Volscorum petit. Quam vbi filius aspexit, Expugnasti, inquit, & vicisti iram meam, patria,
precibus huius admotis: cuius vtero te, quamuis 2
meritò mihi inuisam, dono: Continuóque Romanum agrum hostilibus armis liberauit. Ergo pe- 3
ctus dolore acceptæ iniuriæ, spe potiundæ victoriæ, verecundia detractandi ministerij, metu mortis, refertum, totum sibi pietas vacuefecit. vniúsque parentis aspectus, bellum atrox salutari pace mutauit.

P. SCIPIO AFRICANVS maior.

Liuius 21. Plin. 16. cap. 4.

Eadem pietas viribus suis inflammatum Af- 4
fricanum superiorem, vixdum annos puerilitatis A. V.
egressum, ad opem patri in acie ferendam virili dxxxv.
robore armauit. Consulem enim eum apud Ticinum fluuium aduersis auspicijs cum Annibale pugnantem graniter saucium, interceſſu suo seruauit: neque illum aut ætatis infirmitas aut militiæ tyrocinium, aut infelicis prælij etiam veterano bellatori pertimescendus exitus interpellare valuit, quo minus duplici gloria conspicuam

coronam, imperatore simul & patre ex ipsa morte rapto, mereretur.

T. MANLIVS TORQVATVS.

Liuius 7. Cic. Offic. 3.

Auribus ista tam præclara exempla Romana
6 *ciuitas accepit, illa vidit oculis. L. Manlio Tor-*
7 *quato diem ad populum Pomponius tribun. pl.*
A. V. *dixerat, quod occasione* conficiendi belli du-*
tccxcj. *ctus, legitimum obtinendi imperij tempus excef-*
al. bene *sisset. Quodq; filium optimæ indolis iuuenē ru-*
finiendi. *stico opere grauatum, publicis vsibus subtraheret. Id postquam Manlius adolescens cognouit, protinus vrbem petit, & se in Pomponij domum prima luce direxit: Qui existimans in hoc eum venisse, vt patris crimina, à quo plus iusto asperè tractabatur, deferret: excedere omnes iussit cubiculo, quò licentius remotis arbitris iudicium perageret. Nactus occasionem opportunam proposito suo iuuenis, gladium, quem tectum attulerat, distrinxit, tribunumq; minis ac terrore cōpulsum iurare coëgit, à patris eius accusatione recussurum: Eoq; effectu est, ne Torquatus caussam diceret. Commēdabilis est pietas, quæ mansuetis parentibus præstatur: sed Manlius quò horridiorem patrem habuit, hoc laudabilius periculo eius subuenit: quia ad eum diligēdum præter naturalem amorem, nullo indulgentiæ blandimento inuitatus fuerat.*

M. AVRELIVS COTTA.

Dio. 36.

Hanc

Hanc pietatem æmulatus M. Cato, eo ipso
die, quo togam sumpsit virilem, protinus vt è
8 *Capitolio descendit, C. Carbonem, à quo pater*
9 *eius damnatus fuerat, postulauit: peractumque*
reum iudicio affixit, & ingenium & adolescen- A. V.
tiam præclaro opere auspicatus. dcxxvij.

C. FLAMINIVS TRIB. PL.

Cic. de Inuentione 2. & in Bruto.

Apud C. quoque Flaminium auctoritas pa- A. V.
tria æque potens fuit. Nam cum tribunus pl. le- dxxv.
gem de Gallico agro viritim diuidendo, inuito & repugnante senatu promulgasset, precibus minisq; eius acerrimè resistens, ac ne exercitu quidem aduersus se conscripto, si in eadem sententia perseueraret, absterritus, postquam pro Rostris et legem iam referenti pater manum iniecit, priuato fractus imperio, descendit à Rostris, ne minimo quidem murmure destitutæ concionis reprehensus.

CLAVDIA VIRGO VESTALIS.

Suet. Tiberio. Cic. pro M. Cœlio.

Magna sunt hæc virilis pietatis opera, sed
nescio an his omnibus valentius & & animosius
Claudiæ Vestalis virginis factum. Quæ cum pa- A. V.
trem suum triumphantem, è curru violenta trib. dcx.
pl. manu detrahi animaduertisset: mira celeri-
tate vtriusque se interponendo, amplissimam po-
testatem numquis accensam depulit. Igitur alte-
rum triumphum pater in Capitolium, alterum
filia in eadem Vestæ duxit. Nec discerni potuit,

vtri plus laudis tribueretur, an cui Victoria, an cui Pietas comes aderat.

FILIA MATREM IN CARCERE mamma nutriens.

Plin. 7. cap. 36 Solinus cap. de Homine.

Ignoscite vetustissimi foci, veniamq; æternæ date ignes, si à vestro sacratissimo templo ad necessarium magis, quàm speciosum vrbis locum
10 *contextus operis nostri progressus fuerit. Nulla enim acerbitate fortunæ, nullis sordibus pretium charæ pietatis euilescit: Quin etiam eò certius, quò miserius experimentum habet. Sanguinis ingenui mulierem prætor apud tribunal suum capitali crimine damnatam, triumuiro in carce-*
11 *re necandam tradidit. Quò receptam, is qui custodiæ præerat, misericordia motus, non protinus strangulauit. Aditum quoque ad eam filiæ, sed diligenter excussæ, nequid cibi inferret, dedit: existimans futurum, vt inedia consumeretur. Cum autem iam dies plures intercederent, secum ipse quærens, quid nam esset, quod tandiu sustentaretur, curiosius obseruata filia, animaduertit illam exerto vbere famem matris lactis sui subsidio leniëtem. Quæ tam admirabili spectaculi nouitas ab ipso ad triumuirum, à triumuiro ad*
12 *Prætorem. à Prætore ad concilium iudicum perlata, remissionem pœnæ mulieri impetrauit. Quò non penetrat, aut quid non excogitat pietas, quæ in carcere seruandæ genetricis nouam rationem inuenit? Quid enim tam inusitatum, quid tam*

inauditum, quàm matrem natæ vberibus alitam: Putaret aliquis hoc contra rerum naturam factum: nisi diligere parentes, prima naturæ lex esset.

EXTERNA.

PERO EILIA PATREM MAMMA nutriens.

Idem de pietate Perus existimetur, quæ pa- 13
*trem suum * Cimona cõsimili fortuna affectum* al. Cono-
pariq; custodiæ traditum, tam vltimæ senectutis, velut infantem pectori suo admotum aluit. Hærent ac stupent hominum oculi cum huius facti picturam imaginem vidēt, casusq; antiqui conditionem, præsentis spectaculi admiratione renouantem illis mutis membrorum lineamentis viua ac spirantia corpora intueri credentes. Quod necesse est animo quoque euenire, aliquanto efficatiore pictura literarum: vetera pro recentibus admonitos recordari.

na.

CIMON ATHENIENSIS.

Probus in vita Iustin. 2.

Ne te quidem Cimon silentio inuoluam, qui patri tuo sepulturam voluntarijs vinculis emere non dubitasti. Nam etsi maximo tibi postea & ciui, & duci euadere contigit, plus tamen aliquantò laudis in carcere, quàm in Curia assecutus es. Cæteræ enim virtutes admirationis tantummodo multum, pietas verò etiam amoris plurimum meretur.

DVO FRATRES HISPANI.

Vos quoque fratres memoria complectar, quorum animus origine fuit nobilior. Siquidem admodum humiles in Hispania nati, pro parentum alimentis spiritum eroganres, speciosissimo exitu vitæ inclaruistis. Duodecim enim millia numum, quæ post mortem vestram his darentur, à Paciacis pacti: vt eorum patris interfectorem

14 al. Pastū. ** Epastum gentis suæ tyrannum occideretis: Nec aust solum insigne facinus estis, sed etiam*

15 *strenuo ac forti exitu clausistis. Hisdē enim manibus Paciacis vltionem, Epasto pœnam, genitoribus alimenta, vobis gloriosa fata peperistis. Itaque tumulis etiam nunc viuitis, qui parentum senectutem tueri, quam vestram expectare, satius esse duxistis.*

CLEOBIS ET BITON, AMphinomus & Anapus.

Cic. Tuscul. 1. Plutarch. Solone. Herodot. 1. Solin. cap. 11.

Notiora sunt fratrum paria, Cleobis & Biton, Amphinomus & Anapus: illi, quòd ad sacra Iunonis peragenda matrē vexerunt: hi, quòd patrem & matrem humeris per medios ignes Aetnæ portarunt: sed neutris pro spiritu parentum expirare propositum fuit.

SCYTHAE.

Herodot. 4.

al. minue tim. *Nec ego Argiuam detrecto laudē, aut Aetnei montis gloriam * inuoluerim verum obscu-*

riori propter ignorantiam pietati notitiæ lumen admouea: sicut Scythis libenter pietatis testimonium reddo. Dario enim totius regni sui viribus in eorum regiones subinde impetum facienti, paulatim cedentes, ad vltimas Asiæ solitudines peruenerant. Interrogati deinde ab eo per 16
legatos, quem fugiendi finem, aut quod initium pugnandi facturi essent: responderunt, se nec vrbes vllas, nec agros cultos, pro quibus dimicarent habere. Cæterum cum ad parentum suorum monumenta venissent, scirurum quemadmodum Scythæ præliari solerent. Quo quidem vno tam pro dicto, immanis & barbara gens ab omni se feritatis crimine redemit. Prima igitur & optima rerū natura pietatis est magistra, quæ nullo vocis ministerio, nullo vsu literarum indigens, propriis ac tacitis viribus, charitatem parentum pectoribus liberorum infundit. Quid ergo do- 17
ctrina proficit: vt politiora sciticet, non vt meliora fiant ingenia: quoniam quidem solida virtus, nascitur magis, quam fingitur.

CROESI REGIS FILIVS mutus.

Gell. 5. cap. 9 Herodot. 1. Sol. cap. de Homine. Front. lib. 4.

Quis enim plausiris vagos, & siluarū latebris corpora sua tegentes, in modumq; ferarum laniatu pecudum viuentes, Dario sic respondere docuit? Illa nimium, quæ etiam Cræsi filium loquendi vsu destitutum, ad protegendum patris

incolumi

incolumitatem ministerio vocis instruxit. Captis enim à Cyro Sardibus, cum vnus è numero Persarum, ignarus viri, in cædem eius concitato ferretur impetu: velut oblitus quid sibi nascenti fortuna denegasset, ne Cræsum regem occideret, proclamando, penè iam impressum iugulo mucronem reuocauit. Ita qui ad id tempus mutus sibi vixerat, saluti parentis vocalis factus est.

PVLTO PINNENSIS IVVENIS.

Eadem charitas Italico bello Pinnensem iu-
18 uenem, cui Pulton erat cognomen, tanto animi
A. V. corporisq; robore armauit, vt cum obcessæ vrbis
dclxiiij. suæ claustris præsideret, & Romanus imperator patrem eius captiuum, in conspectu ipsius constitutum, districtis militum gladiis circundedisset, occisurum se minitans, nisi irruptioni suæ iter præbuisset: solus è manibus senem repuerit, duplici pietate memorandus, quòd & patris seruator nec patriæ fuerit proditor.

DE PIETATE ERGA FRATRES.

CAP. V.

HAnc pietatem, proximus fraternæ benevolentiæ gradus excipit. Nam vt merito primum amoris vinculum ducitur, plurima & maxima beneficia accipisse ita proximum iudicari debet simul accepisse. Quàm copiosæ enim suauitatis illa recordatio est: In eodem domicilio antequam nascerer, habitaui: in iisdem incunabulis

bulis infantiæ, tempora peregi, eosdem appellaui parentes: eadem pro me vota excubuerunt: parem ex maiorum imaginibus gloriâ traxi, Chara est vxor, dulces liberi, iucundi amici, accepti affines: sed postea cognitis nulla benevolentia accedere debet, quæ priorem exhauriat.

P. AFRICANI MAIORIS.

Liuius 37. Cic. Philip. xi.

Atque hoc teste Scipione Africano loquor, qui tametsi arctissima familiaritate Lælio iunctus erat, attamen senatum supplex orauit: ne
A. V. *prouinciæ sors fratri suo erepta, ad eum transferretur: legatumq; se L. Scipioni in Asiam iturum*
dlxiij. *promisit, & maior natu, minori: & fortissimus*
1 *imbelli, & gloriæ excellens laudis inopi, & quod super omnia est, nondum Asiatico, iam Africanus. Itaque clarissimorum cognominum alterum sumpsit, alterum dedit: triumphi q; prætextam huius excepit, illius tradidit: ministerio aliquanto maior quàm frater imperio.*

M. FABII VIBVLANI COS.

Liuius 2. Dionys. 9.

M. verò Fabius consul inclyta pugna Etruscis, & Veientibus superatis, delatum sibi sum-
2 *mo senatus populique studio triumphum ducere*
A. V. *nõ sustinuit: quia eo prælio Q. Fabius frater eius*
cclxxiij. *consularis fortissimè dimicans occiderat. Quantam in eo pectore pietatem fraternæ charitatis habitasse existimemus, propter quam amplissimi honoris tantus fulgor extingui potuit?*

TL

TI. CAESARIS AVGVSTI.

Liu. vlt. Dionys. 55. Plin. 7. cap. 10. Sueton. in Tiberio.

A. V. dxcxliv.

Hoc exemplo vetustas, illo seculum nostrum ornatum essicus contigit fraternum iugum Claudiæ prius, nunc etiam Iuliæ gentis intueri decus. Tantum enim amorem princeps parensq; noster insitum animo fratri Drusi habuit: vt cum Ticum, quo victor hostium ad coplectendos parentes venerat, graui illum & periculosa valetudine in Germania fluctuare cognosset, protinus inde metu attonitus erüperet. Iter quoque quam rapidum & præceps velut uno spiritu corripuerit, eo patet: quod Alpes Rhenumque transgressus, die ac nocte mutata subinde equo, ducenta millia passuum per modo deuictam Barbariem, Antabagio duce solo comite contentus, euasit. Sed eum tunc maximo labore & periculo implicatum, mortalium frequentia defectum sanctissimum pietatis numen & diu fautores eximiarum virtutum, & fidissimus Romani imperij custos Iupiter comitatus est. Drusus quoque, quãquam fato tam suo, quam vllius officio propior erat, vigore spiritus, & corporis viribus collapsus: eo ipso tamen, quo vita & mors distinguitur, momento legiones cum insignibus suis fratri obuiam procedere iussit, vt imperator saluaretur. Præcepit etiam dextra in parte prætorium si statui, & consulare & imperatorium nomen obtinere volait. Eodémque tempore, & fraternæ

fraternæ maiestati cessit, & vita excessit. His scio equidem nullum aliud quam Castoris & Pollucis specimen consanguineæ charitatis conuenienter adjci posse.

MILITIS CVIVSDAM.

Liuius 79. & Flor. in Epitome.

A. V. dclxvj.

Sed omnis memoriæ clarissimis imperatoribus profecto non erit ingratum, si militis summa erga fratrem suum pietas, huic voluminis parti adhæserit. Is namque in castris Cn. Pompeij stipendia perages, cum Sertorianum militem acrius sibi in acie instantem cominus interemisset, iacentemq; spoliaret: vt fratrem germanum esse cognouit, multum ac diu conuitio deos ob donum impiæ victoriæ insectatus, prope castra transtulit, & pretiosa veste opertum, rogo imposuit. Ac demde subiecta face, protinus eodem gladio, quo illum interemerat, pectus suum transuerberauit: seq; super corpus fratris prostratum, communibus flammis cremandum tradidit. Licebat ignorantiæ beneficio innocenti viuere: sed vt sua potius pietate, quam aliena venia vteretur, comes fraternæ neci non defuit.

DE PIETATE ERGA PATRIAM.

CAP. VI.

ARctissimis sanguinis vinculis pietas satisfecit: restat nunc vt patriæ exhibeatur: Cuius maiestati, etiam illa quæ deorum numinibus

æquatur, auctoritas parentum, vires suas subiecit: fraterna quoque charitas æquo animo ac
1 libenti cedit, summa quidem cum ratione. Quia euersa domo, intemptatus reip. status manere po-
2 test: vrbis ruina, penates omnium trahat secum necesse est. Verum quid attinet vrbis ista com-
3 plecti? quorum tanta vis est, vt aliqui ea salutis suæ impendio testati sint.

I. IVNII BRVTI PRIMI COS.

Liu. 2. Dionys. 5. Plut. Poplicola. Flo. lib. 1. c. 10.

A. V. CCXLIV. Brutus consul primus cum Arunte Tarquinij Superbi regno expulsi filio in acie ita equo con-
4 currit, vt pariter illatis hastis, vterque mortifico vulnere ictus exanimis prosterneretur. Meritò adiecerim populo Romano libertatem suam magno stetisse.

M. CVRTII EQ. RO.

Liuius 7. Oros. 3. c. 5. Lact. Inst. lib. 3. cap. 13.

5 Cum autem in media parte fori, vasto ac re-
A. V. CCCXCJ. pentino hiatu terra subsideret, responsumq; es-
set, rem illatam tantummodo compleri posse, qua populus Rom. plurimum valeret. Curtius & animi & generis nobilissimus adolescens, interpretatus Vrbem nostram virtute armisque præcipue excellere: militaribus insignibus ornatus, equum conscendit, cumq; vehementer admotis calcaribus præcipitem in illud profundum egit. Super quem

quem vniuersi ciues honoris gratia certatim fruges iniecerunt, continuoq; terra pristinum habitum recuperauit. Magna postea decora in foro Romano fulserunt: nullum tamen hodie quod pietate Curtij erga patriã clarius obuersatur exemplum: cui principatum gloriæ obtinenti, consimile factum subnectam.

M. GENVCII CIPI PRAET.

Ouid. Metam. 15. Plin. 11. cap. 37.

Genucio Cipo prætori paludato portam egre- 6
dienti, nouus & inauditi generis prodigium incidit. A. V.
Namque in capite eius subito veluti cornua emer- DXV.
serunt: responsumq; est regẽ eum fore, si in Vrbem 7
reuertisset. Quod ne accideret, voluntarium sibimet ac perpetuum indixit exilium. Dignam pietatem, quæ quod ad solidam gloriam attinet, septem regibus præferatur. Cuius testandæ rei gratia capitis effigies ærea qua excesserat portæ inclusa est: dictaque Raduscula na, quod olim æra 8
raudera dicebant.

Q. AELII PAETI PRAET.

Front. 4. cap. 5. Plin. 10. cap. 18.

Genucius laudis huius qua maior excogitari
vix potest, successionem Ælio prætori tradidit. Cui ius dicenti, cum in capite picus consedisset, 9
aruspicesque affirmassent, conseruato eo fore do- A. V.
mus ipsius statum felicissimum, reip. miserrimum: DXXXIV.
occiso, in contrarium vtrumque cessurum, euesti-

gio picum morsu suo in conspectu senatus necauit: Decem & septem milites suæ familiæ exmiæ fortitudinis viros Cannensi prælio amisit: resp. procedente tempore ad summum imperij fastigium excesit. Hæc nimirum exempla, Sylla & Marius & Cinna tanquam stulta riserunt.

P. DECII Q. F. COS.

Liu.8.Zonaras.Cic.1.Tuscul.Auct.de vir. Illust.cap.26.Flor.lib.1.cap.14. Plin.lib.5. c.22. & c.2,lib.28. Plut.c.33.paralle. Lact.Inst.lib.3. cap.12. Aug.de ciu.lib.4 cap.20. Meminerunt Iuuen.Saty.14. & 8. Virg.Æneid.6. Claudianus in consulatu Honor.

A. V. cdxiij. Decius, qui consulatum in familiam suam primus intulit, cũ Latino bello Romanam aciem inclinatam & penè iam prostratam videret, caput suum pro salute reip.deuouit: Ac protinus concitato equo,in medium hostium agmen,patriæ salutem, sibi mortem petens, irrupit: factáque ingenti strage, plurimis telis obrutus, super corruit. Ex cuius vulneribus & sanguine insperata victoria emersit.

P. DECII P. COS.

Liuius 10. Zonaras. Cic. Catone.

A. V. cdlviij. Vnicum talis imperatoris specimen esse, nisi animo suo respondentem filium genuisset. Is namque in quarto consulatu patris exemplum secutus, deuo

deuotione simili, æque strenua pugna, consentaneo exitu labentes perditasq; vires Vrbis nostræ correxit. Itaque dignosci arduum est,vtrum Romana ciuitas vtilius habuerit Decios duces, an amiserit: quoniam vita eorum ne vinceretur obstitit,mors fecit vt vinceret.

P. AFRICANI MAIORIS.

Liuius lib. 22.

Non est extinctus pro rep. superior Scipio Africanus: sed admirabili virtute ne respub.extingueretur, prouidit. Siquidem cum afflicta Cannensi clade vrbs nostra, nihil aliud quàm præda victoris esse Annibalis videretur: ideoq; A. V. reliquiæ prostrati exercitus, deferendæ Italiæ, dxxxvij. auctore L. Metello, consilium agitarent: tribunus militũ admodum iuuenis, stricto gladio mortem vnicuique minitando, iurare omnes nunquam se relicturos patriam coegit: pietatemq; non solum ipse plenissimam exhibuit, sed etiam ex pectoribus aliorum abeuntem reuocauit. II

CIVIVM ROMANORVM.

Liuius lib. 24.

Age, vt à singulis ad vniuersos transgrediar, A. V. quanto, & quàm æquali amore patriæ tota ci- dxxxix. uitas flagrauit? cum secundo Punico bello exhaustum ærarium, ne deorum quidem cultui sufficeret, & publicani vltro alios censores hortati sunt, vt omnia sic locarent, tanquam resp. Punica abundaret, seq; præstituros cuncta, nec

vllum assem, nisi bello confecto, petituros pollicîti sunt. Domini quoque seruorum quos Sempronius Gracchus ob insignem pugnam Beneuenti manumiserat, pretia ab imperatore exigere, supercederunt, in castris etiam non eques, non centurio stipendium dari sibi desiderauit. Viri atque fœminæ, quicquid auri argentiue habuerunt, item purri insignia ingenuitatis ad sustentandum temporis difficultatem contulerunt: Ac ne beneficio senatus, (qui muneribus functos, tributi onere liberauerat) quisquam vti voluit, sed insuper id omnes promptissimis animis præstiterunt. Non ignorabant enim captis Veijs, cum decimarum nomine, quas Camillus vouerat, aurum Apollini Delphico mitti oportere, neque emendi eius facultas esset, matronas ornamenta sua in ærarium retulisse. Similiterq; audierunt, mille pondo auri, quæ Gallis obsidione Capitolij promissa debebantur, earum cultu expleta. Itaq; & proprio ingenio, & exemplo vetustatis admonuti, nulla sibi in re cessandum existimauerunt.

A. V. cccIviij. Liuius 5. Plut. Camillo.

A. V. cccIviij. Liuius 5.

EXTERNA.

CODRI REGIS ATHENIENSIVM.

Iustin. 2. Cic. Tusc. 1. Lact. Institut. lib. 3. c. 12.

Sed & externa eiusdem propositi exempla atringam, Rex Atheniensium Codrus, cum ingenti hostium exercitu Attica regio debilitata, ferro igniq; vastaretur, diffidentia humani auxilij ad Apollinis Delphici oraculum confugit, pérque legatos sciscitatus est, quonam modo illud tam graue bellum discuti posset. * Respondit deus, Ita finem ei fore, si ipse hostili manu occidisset. Quod quidem non solum totis Athenis, sed in castris etiam contrarijs percrebruit. Eoq; factum est, vt ediceretur, ne quis Codri corpus vulneraret. Id postquam cognouit, depositis insignibus imperij, familiarem cultum induit, ac pabulantium hostium globo sese obiecit: vnumq; ex his falce percussum, in cædem suam compulit: Cuius interitu ne Athenæ occiderent, effectum est.

al. respõsumque est. 12.

THRASYBVLI ATHENIENSIS.

Iustin. 5.

Ab eodem fonte pietatis Thrasybuli quoque animus manauit. Is cùm Atheniensium vrbem triginta tyrannorum teterrima dominatione liberare cuperet, paruaq; manu maximæ rei molem aggrederetur, & quidam è conscijs dixisset: Quantas tandam tibi Athenæ, per te libertatem consecutæ, gratias debebunt? respondit: Dij faciant, vt quantas ipse illis debeo, videar retulisse. Quo affectu inclytum destructæ tyrannidis opus laude cumulauit.

THEMISTOCLIS ATHENIENSIS.

Plutarch. Probus. Thucyd. Suid.

Themistocles autem, quem virtus sua victorem, iniuria patriæ imperatorem Persarum fecerat, vt se ab ea oppugnanda abstineret, institu-

to sacrificio, exceptum patera tauri sanguinem hausit: & ante ipsam aram quasi quædam Pietatis clara victima concidit. Quo quidem tam memorabili eius excessu, ne Græciæ altero Themistocle opus esset, effectum est.

PHILAENORVM FRATRVM.

Salust. Iugurth. Pomp. Mela 1. cap. 7. Strabo lib. vlt.

Sequitur eiusdem generis exemplum: Cum inter Carthaginem & Cyrenas de margine agri pertinacissima contentio esset, ad vltimum placuit vtrinque eodem tempore iuuenes mitti, & locum in quem ij conuenissent, finem ambobus haberi populis: Verum hoc pactum Carthaginiensium duo fratres nomine Philæni, perfidia præcurrere, citra constitutam horam maturato gressu in longius promotis terminis. Quod cum intellexissent Cyrenensium iuuenes, dum de fallacia eorum queruntur, postremo acerbitate conditionis iniuriam discutere conati sunt. Dixerunt namque, sic eum finem ratum fore, si Philæni viuos se ibi obrui passi essent. Sed consilio euentus non respondit: illi enim nulla interposita mora, corpora sua his terra operienda tradiderunt. Qui quoniam patriæ, quam vitæ suæ longiores terminos esse maluerunt, bene iacent, manibus, & ossibus suis Punico dilatato imperio. Vbi sunt superbæ Carthaginis alta mœnia? vbi maritima gloria inclyti portus? vbi cunctis littoribus terribilis classis? vbi tot exercitus? vbi tantus equi

Philænorum aræ. Plin. 5. c. 4. Solin. cap. 30.

equitatus? vbi immenso Africæ spatio non contenti spiritus? Omnia ista duobus Scipionibus Fortuna partita est. At Philænorum egregij facti memoriam, ne patriæ equidem interitus extinxit. Nihil est igitur excepta virtute, quod mortali animo ac manu, immortale quæri possit.

ARISTOTELIS STAGIRITAE.

Plutarch. in Alexand. & Diog. in vita Arist. Ælian. Var. hist. 3. Plin. lib 7 cap. 29.

Iuuenili ardore plena hæc pietas. Aristoteles verò supremæ vitæ reliquias senilibus ac rugosis membris in summo literarum otio vix custodiens, adeo valenter pro salute patriæ incubuit: vt eam hostilibus armis solo æquatam, in lectulo Athenienſi iacens, Macedonum de manibus, quibus obiecta erat, eriperet. Ita non tam vrbs Stagira euersa Alexandri, quàm restituta Aristoteli notum est opus. Patet ergo quàm benignæ quámque profusæ pietatis erga patriam omnium ordinum, omnis ætatis homines extiterint, sanctissimisq; naturæ legibus mirificorum etiam exemplorum clara mundo subscripserit veritas.

13

14

DE PARENTVM AMORE ET INDVLGENTIA in liberos.

CAP. VII.

DEt nunc vela pij & placidi affectus parentum erga liberos indulgentia, salubríque

aura prouecta, gratam suauitatis secum dotem asserat.

Q. FABII MAX. RVLLIANI.

Liu.11.Oros.3.cap.22.Zonaras Cic.pro Murena Plin.lib.7.cap.41.Flor.lib.1.cap.21.

A. V. dclxij. *Fabius Rullianus quinque consulatibus summa cum gloria peractis, omnibusq; & virtutibus & vitæ meritis stupendus, legatus ire Fabio*
2 *Gurgiti filio ad bellum difficile & periculosum conficiendum grauatus non est, penè ipso dunta-*
3 *xat animo sine corpore militaturus: Vt pote propter vltimam senectutem lectuli otio, quàm labori præliorum habilior. Idem triumphantis currum, equo insidens, sequi, quem ipse paruulum triumphis suis gestauerat, in maxima voluptate*
al. accessio. *posuit: nec * accessor gloriosæ illius pompæ, sed auctor spectatus est.*

CAESETII FLAVI.

Dionys.44. Suet.& Plut.Cæsare.App.ciuil.2.

A. V. dccix. *Non tam Cæsetij speciosa equitis Romani sors: sed patria par indulgentia: Qui à Cæsare omnium iam extremorum & domesticorum hostium victore, cum abdicare filium suum iuberetur, quòd is tribunus plebis cum Marullo collega, inuidiam ei tanquam regnum affectanti fecerat: in hunc modum respondere sustinuit: Celerius tu mihi Cæsar omnes filios meos eripies,*

quàm ex his ego vnum nota pellam mea. Habebat autem duos præterea optimæ indolis filios, quibus Cæsar se incrementa dignitatis benigne largiturum pollicebatur. Hunc patrem tametsi summa diuini principis clementia tutum præstitit: quis tamen non humano ingenio maius ausum putet, quòd cui totus terrarum orbis succubuerat, non cesserit?

OCTAVII BALBI.

Appian. ciuil. 4. aliquanto aliter.

Sed nescio an Octauius Balbus concitatioris & ardentioris erga filium beneuolentiæ fuerit. A. V. dccx. *Proscriptus à triumuiris cum domo postica clam esset egressus, iámque fugæ expeditum inimium haberet: postquam intus filium trucidari falsus clamore è vicinia accepit, ei se neci quam euaserat obtulit, occidendúmque militibus tradidit.* 4 *Pluris nimirum illud momentum, quo illi præter spem videre filium incolumem contigerat, quàm salutem suam æstimans. Miseros adolescentis oculos, quibus amantissimum sui patrem ipsius opera sic expirantem intueri necesse fuit.*

EXTERNA.

SELEVCI SIRIAE.

Appian Syriaca. Plutarch. Demetrio.

Cæterum vt ad iucundiora cognitu veniamus, Seleuci regis filius Antiochus nouercæ

Stra

Universidad de Deusto Biblioteca

Stratonices infinito amore correptus, memor, quàm improbis facibus arderet, impium pectoris vulnus pia dissimulatione contegebat. Itaque diuersi affectus ijsdem visceribus ac medullis inclusi, summa cupiditas, & maxima verecundia, ad vltimam tabem corpus eius redegerunt. Iacebat ipse in lectulo, moribundo similis: lamentabantur necessarij: pater mœrore prostratus, de obitu vnici filij, deque sua miserrima orbitate cogitabat: totius domus funebris magis, quàm regius erat vultus. Sed hanc tristitiæ nubem Leptinis Mathematici, vel, vt quidam tradunt, Erasistrati medici prouidentia discussit: Iuxta enim Antiochum sedens, vt eum ad introitum Stratonices rubore perfundi, & spiritu increbrescere, eáque egrediente pallere, & excitatiorem anhelitum subinde recuperare animaduertit: curiosiore obseruatione ad ipsam veritatem penetrauit. Intrante enim Stratonice, & rursus abeunte, brachium adolescentis dissimulanter apprehendendo, modò vegetiore, modò languidiore pulsu venarum comperit, cuius morbi æger esset, protinúsque id Seleuco exposuit. Qui charissima sibi coniuge filio cedere non dubitauit: Quòd in amore incidisset, fortunæ acceptum referens: quòd dissimulare eum vsque ad mortem paratus esset, ipsius pudori imputans. Subijciatur animis, senex, rex, amans: iam patebit quàm multa, quámque difficilia paterni affectus indulgentia superauit.

ARIO

ARIOBARZANIS CAPPADOCIÆ.

Appian. Mithridatica. Plut. in vita Pompeij.

Ac Seleucus quidem vxore, Ariobarzanes autem filio suo Cappadociæ regno cessit, in conspectu Cn. Pompeij: cuius cum tribunal conscendisset, inuitatúsque ab eo in curuli sella sedisset: 6 postquam filium in cornu scribæ humiliorem fortuna sua locum obtinentem conspexit, non sustinuit infra se collocatum intueri: sed protinus sella descendit, & diadema in caput eius transtulit: hortatúsq; cœpit vt eò transiret vnde ipse surrexerat. Exciderunt lacrymæ iuueni, cohorruit corpus, dilapsum diadema est, nec quò iussus erat progredi potuit: Quódque penè fidem veritatis excedit, lætus erat, qui regnum deponebat: tristis, cui dabatur: Nec vllum finem tam egregium certamen habuisset, nisi patriæ voluntati auctoritas Pompeij adfuisset. Filium enim & regem appellauit, & diadema sumere iussit, & in curuli sella considere coëgit.

A. V. dcxcij.

DE PARENTVM SEVERITATE IN LIBEROS. CAP. VIII.

L. IVNIVS BRVTVS *primus Cos.*

Liu. 2. Dionys. 5. Plut Flor. lib. 1. cap. 9. Claudian. 1. in Eutrop. & Aug. de Ciu. lib. 3. cap. 16.

A. V. ccxliv.

COmicæ lenitatis hi patres, tragicæ asperitatis illi. Par Romulo gloria L. Brutus, quia

quia ille vrbem, hic libertatem Romanam condidit filios suos, Tarquinij dominationem à se expulsam reducentes, summum imperium obtinens, comprehensos, progq; tribunali virgis cæsos, & ad palum religatos securi percuti iussit. Exuit patrem, vt consulem ageret: orbúsque vinere, quàm publicæ vindictæ deesse maluit.

Vincet amor patriæ. Virgil. 6. Æneid.

CASSIVS VISCELLINVS.

Liu 2. Dionys. 8. ex quibusd. annalib. ex aliis aliter. Plin. lib. 34. cap. 4. Flor. lib. 1. cap. 26.

A. V. cclxiij.

Huius æmulatus exemplum Cassius filium, qui tribunus plebis agrariam legem primus tulerat, multisq; alijs rebus populariter animos hominum amore sui deuinctos tenebat: postquam illam potestatem deposuit, adhibito propinquorum & amicorum consilio, affectati regni crimine domi damnauit: verberibúsque affectum, necari iussit: ac peculium eius Cereri consecrauit.

T. MANLIVS TORQVATVS Iurisconsul.

Liuius 54. Cic. de Finib. 1.

T. autem Manlius Torquatus, propter egregia multa raræ dignitatis, iuris quoque ciuilis, & sacrorum pontificalium peritissimus, in consimili facto ne consilio quidem necessariorum indigere se credidit. Nam cùm ad senatum Macedonia de filio eius D. Silano, qui eam prouinciam obtinuerat, querelas per legatos detulisset: à Patribus conscriptis petijt, nequid antè de ea re statuerent, quàm ipse Macedonum filijq; sui causam inspexisset: Summo deinde cum amplissimi ordinis, tum etiam eorum qui quæstum venerant consensu cognitione suscepta, domi consedit: solusq; vtrique parti per totum biduum vacauit, ac tertio plenissimè die, diligentissimeq; auditis testibus, ita pronuntiauit: Cum Silanum filium meum pecunias à socijs accepisse mihi probatum sit, & repub. eum & domo mea indignum iudico, protinúsque è conspectu meo abire iubeo. Tam tristi patris sententia perculsus Silanus, lucem vlterius intueri nõ sustinuit, suspendioq; se proxima nocte consumpsit. Peregerat iam Torquatus seueri & religiosi iudicis partes, satisfactum erat reipub. habebat vltionem Macedonia potuit tam verecundo obitu filij patris inflecti rigor. at ille neque adolescentis exequijs interfuit: & cum maxime funus eius duceretur, conspicere se volentibus, vacuas aures accommodauit. Videbat enim se in eo atrio consedisse, in quo illius Imperiosi Torquati seueritate conspicua imago posita erat: Prudentissimoq; viro succurrebat, effigies maiorum cum titulis suis idcirco in prima ædium parte poni solere, vt eorum virtutes posteris non solum legerent, sed etiam imitarentur.

A. V. dcxij.

M. AEMILIVS SCAVRVS.

Auctor. de viris illust. cap. 72. Front. lib. 4. cap. 1. De bello Cymbrico. Plut. in Mario. Appia

pianus in Celtico. Plin. de viris illust.cap.67. Plin. hist.lib.7.cap.22.lib.16. cap.33. cap.1.17. cap.1.36. Front. lib.1.cap.5. lib.2. cap.1. Flor. lib.3.cap 3. Præter Eutrop. Oros. & Ruf.

A. V. dciij.

M. verò Scaurus, lumen ac decus patriæ, cum apud Athesim flumen impetu Cimbrorum Romani equites pulsi, deserto procos. Catulo Vrbem pauidi repeterent: consternationis eius participi filio suo misit qui dicerent: libentius se in acie eius interfecti ossibus occursurum, quàm ipsum tam deformis fugæ reum visurum. Itaque si quid modo reliquum in pectore verecundiæ superesset conspectum degenerati patris vitaret. recordatione enim iuuentæ suæ, qualis M. Scauro aut habendus aut spernendus esset filius admonebatur. Quo nuntio accepto, iuuenis coactus est fortius aduersus semetipsum gladio vti, quàm aduersus hostes vsus fuerat.

AVLVS FVLVIVS.

Sallust. Catilin. Dion. lib.37.

A. V. dcxc.

Nec minus animosè A. Fuluius vir senatorij ordinis, euntem in aciem filium retraxit, quàm Scaurus è prælio fugientem increpuit. Namque iuuenem & ingenio & literis & forma inter æquales nitentem, prauo consilio amicitiam Catilinæ secutum, inq; castra eius temerario impetu ruentem medio itinere abstractum, supplicio mortis affecit: præfatus, non se Catilinæ illum aduersus patriam, sed patriæ aduersus Catilinam genuisse. Licuit, donec ciuilis belli rabies præteriret,

viret, inclusum arcere: verum illud cauti patris narraretur opus, hoc seueri refertur.

QVI MODERATI ERGA SVSPECTOS LIBEROS. CAPVT IX.

SEd vt hanc incitatam & asperam seueritatem mitiore relatu patrum mores clementiæ suæ mistura temperent, exactæ pœnæ concessa venia iungatur.

L. GELLIVS POPLICOLA.

A. V. dxxciij. cēsor fuit I 2

L. Gellius, omnibus honoribus ad censurā defunctus, cum grauissima crimina de filio: cum nouerca commissum stuprum, & parricidium cogitatum, propemodum explorata haberet: non tamen ad vindictam procurrit cōtinuò, sed penè vniuerso senatu adhibito in consilium, expositis suspitionibus, defendendi se adolescenti potestatem fecit. Inspectaque diligentissimè caussa absoluit eum de concilij, tum etiam sententia sua Quòd si impetu iræ abstractus sæuire festinasset admisisset magis scelus, quàm vindicasset.

Reū oratione defendit Cicero.

Q. HORTENSIVS ORATOR.

Cælius Ciceroni Famil.8. Cic. de Bruto.

A. V. dccij.

Q. autem Hortensij, qui suis temporibus ornamentum Romanæ eloquentiæ fuit, admirabilis in filia patientia extitit. Cum enim eius impietatem, & nequitiam inuisam haberet vt Massallam suæ sororis filium

hæredem habiturus ambitus reum defendens iudicibus diceret, Si illum damnassent, nihil sibi præter osculum nepotum, in quibus acquiesceret superfuturum: Hac scilicet sententia, quam etiam editæ orationi inseruit, filium potius in tormento animi, quàm in voluptatibus reponens: tamen ne naturæ ordinẽ cõfunderent, nõ nepotes, sed filium hæredẽ reliquit. Moderatè vsus affectibus suis: quia & viuus moribus eius verum testimonium, mortuus sanguini honorem debitum reddidit.

FVLVIVS QVIDAM.

Idem fecit claris generis, magnæq; dignitatis vir Fuluius, sed in filio aliquãtum tetriore. Nam cum auxilium senatus imploraſſet, vt suspectus in parricidio & ob id latens per triumuirum conquireretur, ac iussu Patrum conscriptorum comprehensus esset, non solum eum non notauit, sed etiam, decedens, dominum omnium esse voluit: Quem sibi genuerat hæredem instituens, non quem expertus fuerat.

PATER QVIDAM.

Magnorum virorum clementibus actis ignoti patris nouæ atque inusitatæ rationis consilium adiiciam: qui cum à filio necti sibi insidias comperisset, nec inducere in animum posset, vt verum sanguinem ad hoc sceleris progressum crederet, seductam vxorem suppliciter rogauit, ne se vlterius celaret, sed diceret: siue illum adolescentem subiecisset, siue ex alio concepisset: Asseuerationeque deinde eius, & iureiurando: se nil tale debere suspicari, persuasus: in locum desertum filio producto, gladium, quem secum occultum attulerat, tradidit: ac iugulum feriendum præbuit: nec veneno, nec latrone ei ad peragendum parricidium opus esse affirmans. Quo facto non paulatim, sed magno impetu recta cogitatio pectus iuuenis occupauit: continuoq; abiecto gladio, Tu verò, inquit, pater viue: & si tam obsequens es, vt hoc precari filio permittas, me quoque exupera. Sed tantum quæso, ne meus erga te amor eo sit vilior, quod à pœnitentia oritur. O solitudinem sanguine meliorem, pacatioresq; penatibus syluas, & alimentis blandius ferrum, ac mortis oblatæ, quàm datæ vitæ felicius beneficium.

QVI FILIORVM OBITVM FORTI ANIMO TVLERVNT.

CAP. X.

COmmemoratis patribus qui iniurias filiorum patienter exceperunt, referamus eos qui mortes æquo animo tolerarunt.

M. HORATIVS PVLVILLVS
Cos. II.
Liuius 2. Dionys. 1. Tacit 19.

Horatius Pulullus, cum in Capitolio Ioui Opt. Max. ædem pontifex dedicaret, interq; nuncupationem solennium verborum postem tenens, mortuum esse filium suum audisset: neque manũ à poste remouit, ne tanti templi dedicationem A. V. ccxlvj.

interrumperet: Neque vultum à publica religione ad priuatum dolorem deflexit: ne patris magis, quam pontificis partes egisse videretur.

L. AEMILIVS PAVLLVS procos.

Plutarch. in eius vita.

Clarum exemplum: nec minus tamen illustre quod sequitur, Aemilius Paullus nunc felicissimi, nunc miserrimi patris clarissima repræsentatio, ex quatuor filijs formæ insignis, egregiæ indolis, duos iure adoptionis in Corneliam, Fabiámque gentem transtatos, sibi ipse denegauit: duos ei fortuna abstulit. Quorum alter triumphum patris funere suo quartum ante diem præcessit: alter in triumphali curru conspectus, post diem tertium expirauit. Itaque quis ad donandos vsque liberos abundauerat, in orbitate sibitò destitutus est. Quem casum quo robore animi sustinuerit, oratione, quam de rebus à se gestis apud populum habuit, hanc adijciendo clausulam, nulli ambiguum reliquit. Cum in maximo prouentu felicitatis nostræ Quirites timerem, ne quid mali fortuna moliretur: Iouem Opt. Max. Iunonémque reginam, & Mineruam precatus sum, vt si aduersi quid populo Romano immineret, totum in meam domum conuerteretur. Quapropter bene se res habet: annuendo enim votis meis id egerunt, vt vos potius meũ casum doleatis, quàm ego vestrorum gemiscerem.

A. V. dxxcvj. Liui. 45.

Q. MAR

Q. MARCIVS REX COS.

Vno etiam nunc domestico exemplo adiecto, in alienis luctibus orationi meæ vagari permittam. Q. Marcius Rex, superioris Catonis in consulatu collega, filium summæ pietatis & magnæ spei, & quæ non parua calamitatis accessio fuit, vnicum amisit. Cumq; se obitu eius subrutũ, & euersum videret, ita dolorem altitudine consilij coercuit, vt à rogo iuuenis protinus curiam peteret: senatúmque, quem eo die lege habere oportebat, euocaret. Quod nisi fortiter mœrorem ferre scisset, vnius diei lucem inter calamitosum patrem, & strenuum consulem, neutra in parte lesante officio, parturi non potuisset.

2

A. V. dcxxxv. Catonis nepotis collega vt Gelli. 13. ca. 19. Quare locus hic merito nobis suspectus est.

EXTERNA.

PERICLES ATHENIENSIS.

Plutarch. in vita.

Princeps Athenienſium Periclis intra quatriduum duobus mirificis adolescentibus filijs spoliatus, ijs ipsis diebus & vultus pristinum habitum retinente, & oratione nulla ex parte infractiore concionatus est, Ille verò caput quoque soluto more coronatum gerere sustinuit, vt nihil ex vetere ritu propter domesticum vulnus detraheret. Non sine causſa igitur tanti roboris animus ad Olympij Iouis cognomen ascendit.

Aristoph. interp.

XENOPHON.

Laërt. in vita. Stobæus serm. 106. Aeliã. Var. hist. 3.

Xenophon autem, quod ad Socraticam disci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

plinam attinet, proximus à Platone felicis ac beatæ facundiæ gradus, cum solenne sacrificium perageret, è duobus filijs maiorem natu nomine Gryllum, apud Mantineam in prælio cecidisse cognouit: nec ideo institutũ deorum cultum omittendum putauit, sed tantummodo coronam deponere contentus fuit, Quam ipsam, percunctatus quonam modo occidisset, vt audiuit fortissimè pugnantem interijsse, capiti reposuit, numina quibus sacrificabat testatus, maiorem se ex virtute filij voluptatem, quàm ex morte amaritudinem sentire. Alius remouisset hostiam, abiecisset altaria, lacrymis respersa thura disiecisset: 2 Xenophontis corpus religioni immobile stetit, & animus in consilio prudentiæ stabilis mansit: Nam dolori succumbere, ipsa clade, quæ nuntiata erat, tristius duxit.

ANAXAGORAS.

Laërt. in vita. Cic. Tusc. 3. Aelian. Var. hist. 3.

Nec Anaxagoras quidem supprimendus est. Audita namq; morte filij, Nihil, inquit, mihi inexpectatum, aut nouum nuntias: ego enim illum ex me natum sciebam esse mortalem. Has voces vtilissimis præceptis imbuta virtus mittit: quas si quis efficaciter auribus perceperit, non ignora- 3 bit ita liberos esse procreandos, vt meminerit his à rerum natura, & accipiendi spiritus, & reddendi eodem momẽto temporis legem dicit: atque vt mori neminẽ solere, qui nõ vixerit, ita nec viuere aliquẽ quidem posse, qui non sit moriturus.

VALE

VALERII MAXIMI LIBER VI.

DE PVDICITIA. CAP. I.

VNDE te virorum pariter ac fœminarum præcipuum firmamentũ Pudicitia inuocem? tu enim prisca religione consecratos Vestiæ focos incolis. Tu Capitolinæ Iunonis puluinaribus incubas. Tu palatij columen augustos penates, sanctissimumq; Iuliæ gentis genialem thorum assidua statione celebras. Tuo præsidio pueritiæ ætatis insignia munita sunt. Tui numinis respectu syncerus iuuentæ flospermanet. Te custode matronalis stola cẽsetur. Ades igitur, & cognosce quæ fieri ipsa voluisti. Εὐσχ.

Pellex Iunonis aram ne tãgito. 1

Adulatio mendax.

LVCRETIA.

Liui. 2. Ouid. Fast. 2. Dio. 4. Flor. lib. 1. cap. 7. & 9. Plutarch. de virtut. mul. cap. 14. Aug. de Ciu. lib. 4. cap. 23.

Dux Romanæ pudicitiæ Lucretia, cuius virilis animus, maligno errore fortunæ, muliebre corpus sortitus est: à Sex. Tarquinio regis superbi filio per vim stuprum pati coacta, cum grauissimis 2 verbis iniuriam suam in concilio necessariorum deplorasset: ferro se, quod veste tectum attulerat, interemit. Caussamq; tam animoso interitui imperium consulare pro regio permutandi, populo Rom. præbuit.

A. V. ccxliv.

L. VIRGINIVS.

Liuius 3. Dionys. 11. Flor. lib. 1. cap. 24. Cic. de fin. Seneca in Trag. Octauia.

A. V. cxciiij.

Atque hanc illatam iniuriam non tulit Virginius plebij generis, sed Patritij vir spiritus, ne probo contaminaretur domus sua, proprio sanguini non perpecit. Nam cum Ap. Claudius decemuir, filiæ eius virginis stuprum, potestatis viribus fretus, pertinacius expeteret, deductam in forum puellam occidit, pudicæq; interemptor, quàm corruptæ pater esse maluit.

PONTIVS AVFIDIANVS.

eques Rom.

al. P. Aufidianus.

*Nec alio robore animi præditus fuit * Pontius Ausidianus, eques Rom. qui postquàm comperit filiæ suæ virginitatem à pedagogo proditam Fannio Saturnino, non contentus sceleratum seruum affecisse supplicio, etiam ipsam puellam necauit. Itaque ne turpes eius nuptias celebraret, acerbas exequias duxit.*

PL MAENIVS.

Quid P. Manius, quàm seuerum pudicitiæ custodem egit? In libertum namque gratum admodum sibi animaduertit, quia eum nubilis iam ætatis filiæ suæ osculum dedisse cognouerat: cum præsertim non libidine, sed errore lapsus videri posset. Cæterum amaritudine pœnæ, teneris adhuc puellæ sensibus, castitatis disciplinam ingenerari magni æstimauit. Eiq; tam tristi exemplo præcepit, vt non solum virginitatē illibatam, sed etiam oscula ad virum syncera perferret.

Q. FABIVS MAX.

Seruilianus.

A. V. dcxxvij. Censor fuit. 4

Q. verò Fabius Maximus Seruilianus honoribus quos splendidissimè gessit, censuræ grauitate consummatis, exegit à filio vnico pœnas dubiæ castitatis: quas pependit, voluntario secessu conspectum patris vitando.

PVBLIVS ATILIVS

Philiscus.

Dicerem censorium virum nimis acerbum extitisse, nisi P. Atilium Philiscum in puerilia corpore quæstum à domino facere coactum, tam seuerum postea patrem cernerem. Filiam enim suam, quod ea se stupri crimine coinquinauerat, interemit. Quàm sanctam igitur in ciuitate nostra pudicitiam fuisse existimare debemus, in qua etiam institores libidinis, tam seueros eius vindices euasisse animaduertimus?

M. CLAVDIVS MARCELLVS

Aed. Cur.

Plutarch. in vita.

A. V. dxxvij. 5

Sequitur excellentis nominis, ac memorabilis facti exemplum. M. Claudius Marcellus Aedilis Curulis C. Scatinio Capitolino trib. pl. diem ad populum dixit, quòd filium suum de stupro appellasset: eóque asseuerante se cogi non posse vt adesset, quia sacrosanctam potestatem haberet, & ob id tribunitium auxilium implorantes: totum collegium tribunorum negauit se interce-

dere, quò minus pudicitiæ quæstio perageretur. Citatus itaque Scantinius reus, vno teste qui tentatus erat, damnatus est. Constat inuenem productum in Rostra defixo in terram vultu perseueranter tacuisse, verecundoq; silentio plurimum in vltionem suam valuisse.

Q. METELLVS CELER trib. pleb.

A. V. dcxxciv. Metellus quoque Celer stuprosæ mentis acer punitor extitit, Cn. Sergio Silo promissorum matrifamiliæ nummorum gratia diem ad populum dicendo, eumq; hoc vno crimine damnando: Non enim factum tunc, sed animus in quæstionem deductus est: plusq; voluisse peccare nocuit, quàm non peccasse profuit.

T. VETVRIVS T. F. CALVINVS.

A. V. dcxxvij. Liu. 8. de L. Papirio simile refert & Suidas in C. Lætorio. Concionis hæc, illa curiæ grauitas T. Veturius filius eius Veturij, qui in consulatu suo Samnitibus, ob turpiter ictum fœdus, deditus fuerat: cum propter domesticam ruinam, & graue æs alienum C. Plotio nexum se dare admodum adolescentulus coactus esset: seruilibus ab eo verberibus, quia stuprum pati noluerat, affectus, querelam ad consules detulit. A quibus hac de re certior factus senatus, Plotium in carcerem duci iussit. In qualicunque enim statu positam Romano sanguini pudicitiam tutam esse voluit.

C. PESCENNIVS III. VIR capitalis.

Et quid mirum, si hoc vniuersi P. C. censuerunt,

rũt? C. Pescẽnius triumuir Capitalis Cornelium fortissimè militiæ stipendia emeritum, virtutisque nomine quater honore primipili ab Imperatoribus donatum: quod cum ingenuo, adolescentulo stupri commercium habuisset, publicis vinculis onerauit: A quo appellati tribuni, cum de stupro nihil negaret, sed sponsionem se facere paratum diceret, quod adolescens ille pala atque aperte corpore quæstum factitasset: intercessionem suam interponere noluerint. Itaque Cornelius in carcere mori coactus est. Non putarunt tribun pleb. remp. nostram cum fortibus viris pacisci oportere, vt externis periculis domesticas delicias emerent.

COMINIVS TRIB. PL.

A. V. dclxij. circiter. Suidas. Libidinosi centurionis supplicium, M. Lætorij Mergi tribuni militaris, æquè similis fœdus exitus sequitur: Cui Cominius trib. pleb. diem ad populum dixit, quòd cornicularium suum stupri caussa appellasset. Nec sustinuit eius rei sententiam Lætorius, sed se ipse ante iudicij tempus fuga prius subtraxit, deinde etiam morte puniuit. Naturæ modum expleuerat: fato tamen functus, vniuersæ plebis sententia crimine impudicitiæ dãnatus est: Signa enim militaria, sacratæ aquilæ, & certissima Romani imperij custos seuera castrorum disciplina, vsque ad inferos persecuta est. Quoniam cuius magister esse debuerat, sanctitatis corruptor tentabat existere.

C. MAR

C. MARIVS COS. II.

Plutarch. in vita.

A. V. dcclix. Trebonii vocat Plutarch.

Hoc mouit C. Marium Imperatorem, tum, cum C. Luscium sororis suæ filiũ tribunum militem à C. Plotio manipulario milite ture cæsum pronuntiauit, quia eum de stupro compellare ausus fuerat.

PRIVATI, QVI ADVLTERIA deprehensa vindicarunt.

Sed vt eos quoque, qui in vindicanda pudicitia dolore suo pro publica lege vsi sunt, strictim percurram. Sempronius Musca C. Galliũ deprehensum in adulterio flagellis cecidit: C. Memmius L. Octauium similiter deprehensum neruis contudit: Carbo Accienus à Vibieno, item Pontius à P. Cermio deprehensi castrati sunt: Cn. etiam Furium quem Brochus deprehenderat, familiæ stuprandum obiecit: Quibus iræ suæ indulsisse, fraudi non fuit.

EXTERNA.

HIPPO FOEMINA GRAECA.

Atque vt domesticis externa subnectam, Græca fœmina nomine Hippo, cũ hostium classe esset exepta, in mare se, vt morte pudicitiam tueretur, abiecit: Cuius corpus Brechitheo littori appulsum, proxima vndis humo sepulturæ mandatum, ad hoc tempus tumulus contegit: Sanctitatis verò gloriam æternæ traditam memoriæ Græcia

Græcia laudibus suis celebrando, quotidie florentiorem effecit.

CHIOMARA ORGIAGONtis reguli.

Liui. 38. Plutarch. de claris mulierib. Auct. de vir illust. cap. 55. I. Flor. 2. cap. 11. Frontinus.

Vehementius hoc, illud consideratius exemplum pudicitiæ. Exercitu & copijs Gallo græcorum à Cn. Manlio consule in Olympo monte ex parte deletis, ex parte captis, Orgiagontis reguli vxor miræ pulchritudinis, à centurione, cui custodienda tradita erat, stuprum pati coacta: postquam ventum est in eum locum, in quem centurio, misso nuntio, necessarios mulieris pretium quo eam redimerent, afferre iusserat: Aurum expendente centurione, & in eius pondus animo oculisq; intento, Gallogræcis lingua gentis suæ imperauit, vt eum occiderent. Interfecti deinde caput abscissum manibus retinens ad coniugem venit: abiectoq; ante pedes eius, & iniuriæ & vltionis suæ ordinem exposuit. Huius fœminæ quid aliud quisquam, quam corpus in potestatem hostium venisse dicat? Nam neque animus vinci, nec pudicitia capi potuit.

A. V. dlxiv. Hæc ex Galitia oriunda fuit Chiomara nomine.

TEVTONORVM VXORES.

Plutarch. Orosius 5. cap. 16. Flor. 3. cap. 3.

Teutonorum verò coniuges Marium vicloremorarunt vt ab eo virginibus Vestalibus dono mitterentur, affirmantes æque se atque illas virilis concubitus expertes futuras. Eaq; re non impe

A. V. dclj.

impetrata, laqueis sibi nocte proxima spiritum eripuerunt. Dij melius, quod hunc animum viris earum in acie non dederunt. Nam si mulierum suarum virtutem imitari voluissent, incerta Teutonicæ victoriæ trophæa reddidissent.

QVAE LIBERE DICTA AVT FACTA.

CAP. II.

LIbertatem autem vehementis spiritus dictis pariter ac factis testatam, vt non inuitauerim, ita vltro venientem non excluserim. Quæ inter virtutem vitiumq; posita, si salubri modo se temperauerit, laudem: si quo non debuit, profuderit, reprehensionem meretur: Atque vulgi sic auribus gratior, quàm sapientissimi cuiusque animo probabilior est. Vtpote frequentius aliena venia, quam sua prouidentia tuta. Sed quia humanæ vitæ partes persequi propositum est: nostra fide, propria æstimatione referatur.

DE LEGATIS PRIVERNATIVM.

Liuius lib. 8.

A. V. cdxxiv. Priuerno capto, interfectisq; qui id oppidum ad rebellandum incitauerant, senatus indignatione accensus consilium agitabat, quidnam sibi de reliquis quoque Priuernatibus faciendũ esset. Ancipiti igitur casu salus eorum fluctuabat, eodem tempore & victoribus & iratis subiecta. 1 Cæterum cum auxilium vnicum in precibus restare animaduerterent, ingeniti Italici sanguinis

obliuisci non potuerunt. Princeps enim eorum in Curia interrogatus, quam pœnam mererentur, respondit, Quam merentur, qui se dignos libertate iudicant. Verbis arma sumpserat: exasperatosq; Patrum conscript. animos inflammauerat. 2 Sed Plautius consul fauens Priuernatium caussæ, regressum animoso eius dicto obtulit: quæsiuitque qualem cum eis Romani pacem habituri essent impunitate donata. At is constantissimo vultu, Si bonam dederitis, inquit, perpetuam: si malam, non diuturnam. Qua voce perfectum est, vt victis non solum venia, sed etiam ius & beneficium nostræ ciuitatis daretur.

DE L. MARCIO PHILIPPO Cos.

Cicero de Orat. 3.

Sic in senatu Priuernas loqui ausus est. L. verò Philippus consul aduersus eundem ordinem A. V. dclxj. libertatem exercere non dubitauit. Nam segnitiem pro Rostris exprobrans alio sibi senatu opus esse dixit: tantumq; à pœnitentia dicti abfuit, vt etiam L. Crasso summæ dignitatis & eloquentiæ viro, id in Curia grauiter ferenti, manum iniici iuberet. Ille reiecto lictore, Non es, inquit, mihi Philippe consul, quia nec ego quidem tibi senator sum.

DE P. SCIPIONE AEMILIANO.

Liuius 59. Plutarch. Apopht. Velleius.

Quid populum ab incursu suo tutum libertas reliquit? imo & similiter aggressa, & æquè ex- 3

perta

Universidad de Deusto
Biblioteca

A. V. dcxxij.

4 perta est patientem. C. Carbo trib. pleb. nuper sepultæ Gracchanæ seditionis turbulentissimus vindex, idemq; orientium ciuilium malorum fax ardentissima, P. Africanum à Numantiæ ruinis summo cum gloriæ fulgore venientem, ab ipsa penè porta in Rostra perductum quid de Ti. Gracchi morte, cuius sororem in matrimonio habebat, sentiret, interrogauit: vt auctoritate clarissimi viri, inchoato iam incendio multum incrementi adjiceret. Quia non dubitabat, quin propter tam arctam affinitatem, aliquid pro interfecti necessarij memoria miserabiliter esset locuturus. At is ture eum cæsum videri respondit. Cui dicto cum concio tribunitio furore instincta violenter succlamasset, Taceant, inquit, quibus Italia nouerca est. Orto deinde murmure, Non efficietis, ait, vt solutos verear, quos alligatos adduxi. Vniuersus populus iterum ab vno contumeliosè correptus erat. Quantus est honos virtutis? tacuit actutum: Recens victoria ipsius Numantina, & 6 patris Macedonica, deuictaq; Carthaginis spolia auita, ac duorum regum Syphacis & Persæ ante triumphales currus catenatæ ceruices, tunc totius fori trementis ora clauserunt: Nec timori datum est silentium, sed quia beneficio Aemiliæ & Corneliæ gētis, multi metus Vrbis, atque Italiæ finiti erant, plebs, Romana libertatis Scipionis liberæ non fuit.

DE CN. CALPVRNIO PISONE.

Quapropter minus mirari debemus, quòd amplissima

plissima Cn. Pompeij auctoritas toties cum libertate luctata est: nec sine magna laude, quoniam omnis generis hominum licentiæ ludibrio esset: quieta fronte tulit. Cn. Piso, cum Manilium 7 Crispum reum ageret, eumq; euidenter nocentem gratia Pompeij videret eripi: iuuenili impetu ac studio accusationis prouectus, multa & grauia crimina præpotenti defensori obiecit. Interrogatus 8 deinde ab eo, cur se quoque non accusaret: Da, inquit, prædes reip. te, si postulatus fueris, ciuile bellum non excitaturum, etiam de tuo prius, quàm de Manilij capite in consilium iudices mittam: Ita eodem iudicio duos sustinuit reos: accusatione Manilium, libertate Pompeium: & eorum 9 alterum lege peregit, alterum professione, qua solum poterat.

A. V. dcxcix. circiter.

DE M. CATONE VTICENSI.

Dionys. 40. Plut. Pomp. & Catone.

Quid ergo libertas sine Catone? non magis quàm Cato sine libertate. Nam cùm in senatorem nocentem & infamem reum iudex sedisset, tabellaq; Cn. Pompeij laudationem eius continentes, prolatæ essent, proculdubiò efficaces futuræ, protinus submouit eas è quæstione, legem recitando, qua cautum erat, ne senatoribus tali auxilio vti liceret. Huic facto persona admirationem ademit. Nam quæ in alio audacia videretur, in Catone fiducia cognoscitur.

A. V. dccj.

10

DE CN. LENTVLO MARCELLINO *Cos.*

Dio. 39.

A. V. dcxcvij. *Cn. Lentulus Marcellinus consul, cum in concione de Magni Pompeij nimia potentia quæreretur, assensúsq; ei clara voce vniuersus populus esset: acclamate, inquit, Quirites acclamate, dum licet: iam enim vobis impune facere non licebit. Pulsata est tunc eximij ciuis potentia, hinc inuidiosa querela, hinc lamentatione miserabili.*

DE M. FAVONIO.

A. V. dcxcix. circiter. *Cui candida fascia crus alligatum habenti, Fauonius, Non refert inquit, qua in parte corporis sit diadema. Exigui panni cauillatione regias eius vires exprobrans. At is neutra in parte mutato vultu, vtrumque cauit, ne aut vt hilari fronte libenter agnoscere potentiam, aut trisi iram profiteri videretur. Eaq; patientia inferioris etiam generis, & fortunæ hominibus aditum aduersus se dedit, E quorum turba duos retulisse abunde erit.*

DE HELVIO MANCIA Formiano.

Plutarch. Pomp. Liu. 89. App. 1.

A. V. dcxiix. *Heluius Mancia Formianus, Libertini filius, vltimæ senectutis L. Libonem apud censores accusabat: in quo certamine cum Pompeius Magnus humilitatem ei, ætatémque exprobrans, ab inferis illum ad accusandum remissum dixisset: Non mentiris, inquit, Pompei: venio enim ab infe-*

inferis L. Libonem accusaturus: sed dum illic moror, vidi cruentum Cn. Domitium Ahenobarbum deflentem, quòd summo genere natus, A. V. dclxxij. *integerrimæ vitæ amantissimus patriæ, in ipso iuuentutis flore, tuo iussu esset occisus.*

Liuius 90. Plut. Zonaras.

A. V. dclxiv. *Vidi pari claritate conspicuum Brutum ferro laceratum, querentem, id sibi prius perfidia, deinde etiam crudelitate tua accidisse.*

Plutarch. Appian. Zonaras.

A. V. dclxxj. *Vidi Cn. Carbonem acerrimum pueritiæ tuæ, bonorumq; patris tui defensorem, in tertio consulatu suo catenis, quas tu ei mjci iusseras vinctum, obtestantem te, aduersus omne fas cum in summo esset imperio, à te equite Romano trucidatum.*

Plut. Appian. Velleius. Liuius 96.

A. V. dcxxxj. *Vidi eodem habitu, & quiritatu prætorium virum Perpernam sæuitiam tuam execrantem, omneſq; eos vna voce indignantes quòd indemnati sub te adolescentulo carnifice occidissent. Obducta tam vetis cicatricibus bellorum ciuilium vastissima vulnera, municipali homini, seruitutem paternam redolenti, effrænata temeritate, intolerabiliq; spiritu impune reuocare licuit. Itaque eo tempore & fortissimum erat Cn. Pompeio maledicere, & tutissimum. Sed non patitur nos hoc longiore querela prosequi personæ insequentis aliquanto sors humilior.*

DE DIPHILO TRAGOEDO.

Cic. ad Attic. 2. ep. 19.

Diphilus tragœdus, cum Apollinaribus ludis inter actum ad eum versum venisset, in quo hæc sententia continetur, Miseria nostra magnus est: directis in Pompeium manibus, pronuntiauit. Reuocatusq; aliquoties à populo, sine vlla cunctatione, nimiæ illum & intolerabilis potentiæ reum gestu perseueranti egit. Eadem petulantia vsus est in ea quoque parte, Virtutem istam veniet tempus cum grauiter gemas.

DE M. CASTRITIO PLACENTINO.

A. V. dclxix. Solõ idẽ respõdit Pisistrato. Cice. lib. de Senectute.

M. etiam Castritij libertate inflammatus animus, qui cùm Placentiæ magistratum gereret, Cn. Carbone consule iubente decretum fieri, quo sibi obsides à Placentinis darentur, nec summo eius imperio obtemperauit, nec maximis viribus cessit. Atque etiam dicenti multos se gladios habere, respondit, Et ego annos. Obstupuerunt tot legiones tam robustas senectutis reliquias intuentes. Carbonis quoque ira, quia materiam sæuiendi perquam exiguam habebat, paruulum vitæ tempus ablatura, in se ipsa collapsa est.

DE SER. SVLPITIO GALBA.

A. V. dccviij. circiter.

Iam Ser. Galbæ temeritatis plena postulauit qui Diuum Iulium consummatis victoriis, in foro ius dicentem, in hunc modum interpellare sustinuit: C. Iuli Cæsar pro Cn. Pompeio Magno quon-

quondam genero tuo in tertio eius consulatu pecuniam spopondi, quo nomine nunc appellor: Quid agam? dependam? Palam. Atque aperte et bonorum Pompeij venditionem exprobrando, vt à Tribunali summoueretur, meruerat: sed illud ipsa mansuetudine mitius pectus, æs alienum Pompeij ex suo fisco solui iussit.

DE A. CAESELLIO IVRISCONS.

*A. Cæsellius vir iuris ciuilis scientia clarus, quam periculosè contumax? Nullius enim aut gratia, aut auctoritate compelli potuit, vt de aliqua earum rerum, quas triumuiri dederant, formulam componeret. Hoc animi iudicio victoriarum beneficia extra omnem ordinem legum ponens. Idem, cùm multa de temporibus Cæsaris liberius loqueretur, amicis, ne id faceret, monerent: Duas res, quæ hominibus amarissimæ *videntur, magnam sibi licentiam præbere respondit, senectutem & orbitatem.*

A. V. dccxj. circiter. 12 viderentur.

EXTERNA.

DE MACHAERA MACEDONICA MULIERE.

Plutarch. Apophr.

Inserit se tantis viris mulier alienigeni sanguinis: quæ à Philippo rege temulento immerenter damnata, Prouocarem ad Philippum, inquit, sed sobrium. Excussit crapulam oscitanti, ac præsenti animo ebrium resipiscere, caussáque diligentius inspecta iustiorem sententiam ferre

coëgit. Igitur æquitatem, quam impetrare non potuerat, extorsit: potius præsidium à libertate, quàm ab innocentia mutuata.

DE SYRACVSANA QVADAM.

Iam illa non solum fortis, sed etiam vrbana libertas. Senectutis vltimæ quædam, Syracusanis omnibus Dionysij tyranni exitum, propter nimiam morum acerbitatem, & intolerabilia onera votis expetentibus, sola quotidie matutino tempore deos, vt incolumis ac sibi superstes esset, orabat. Quod vbi is cognouit, indebitam sibi admiratus benevolentiam, accersit eam, & quid ita hoc, aut quo suo merito faceret, interrogauit. Tum illa, Certa est, inquit, ratio propositi mei: puella enim, cùm grauem tyrannum haberemus, carere eo cupiebam: quo interfecto, aliquanto tetrior arcem occupauit. Eius quoque finiri dominationem magni æstimabam: tertium te superioribus importuniorem habere cæpimus rectorem. Itaque timens, ne si tu fueris absumptus, deterior in locum tuum succedat, caput meum pro tua salute denouco. Tam facetam audaciam Dionysius punire erubuit.

DE THEODORO CYRENAEO.

Senec. de Tranquil. Cic. Tusc. 1. & 5.

Inter has & Theodorum Cyrenæum quasi animosi spiritus coniugium esse potuit, virtute par, felicitate dissimile. Is enim Lysimacho regi mor-

mortem sibi minitanti, Enimuero, inquit, magnifica res tibi contigit, quia cantharidis vim assecutus es. Cumq; hoc dicto accensus, cruci eum suffigi iussisset, Terribilis hæc (ait) purpuratis sit tuis: mea quidem nihil interest, humine, an sublime putrescam.

DE SEVERITATE.

CAP. III.

ARmet se duritia pectus necesse est, dum horridæ ac tristis seueritatis acta narrantur, vt humaniore cogitatione seposita, rebus auditu asperis vacet. Ita enim districtæ & inexorabiles vindictæ, & varia pœnarum genera in medium procurrent, vtilia quidem legum munimenta, sed minimè in placido & quieto paginarum numero reponenda.

POPVLI ROMANI.

Liuius 6. Plut. Camillo. Zonaras. Flor. lib. 1. cap. 26. Plin. lib. 7. hist. c. 28. Auct. de vir. illust. cap. 24. Ouid. fast. Virg. Æneid. 8.

M. Manlius, vnde Gallos depulerat, inde ipse præcipitatus est, quia fortiter defensam libertatem, nefariè opprimere conatus fuerat. Cuius iustæ vltionis nimirum hæc præfatio fuit: Manlius eras mihi, cum præcipites agebas Senones: postquam mutari cœpisti, vnus factus es ex Senonibus. Huius supplicio æternæ memoriæ nota inserta est: Propter illum enim lege sanciri placuit, nequis patritius in arce, aut Capitolio A. V. cccLxx.

habitaret, quia domum eò loci habuerat, vbi nunc ædem Monetæ videmus.

Liuius 2. Dionys. 8. Cic. pro domo sua.

2 Par indignatio ciuitatis aduersus Sp. Cassium erupit: cui plus suspicio concupitæ dominationis nocuit, quam tres magnifici consulatus, ac duo
A. V. cclxviij. speciosissimi triumphi profuerunt. Senatus enim populusq; Rom. non contentus capitali eum supplicio afficere, interempto domum superiecit, vt pœnatium quoque strage puniretur. In solo autem ædem Telluris fecit. Itaque quod primus domi-
3 cilium impotentis viri fuerat, nunc religiosæ seueritatis monumentum est.

Liuius 4. Cic. pro domo. & in Catone maiore. Auct. de vir. illust. Flor. lib. 1. cap. 26.

A. V. ccxiv. Eadem ausum Sp. Mælium consimili exitu patria multauit. Area verò domus eius, quo iussi supplicij notitia ad posteros perueniret, Æquimelij appellationem traxit.
4

Liuius 61. & 69. Plutarch. Mario & Gracchis. Flor. 69. & in Epit. lib. 3. cap. 16. Appian. 1. Ciuil. Auctor de vir. illust. cap. 67. & 73. Orosius lib. 5. cap. 17.

A. V. dcxxxij. Quantum ergo odij aduersus hostes libertatis insitum animis antiqui haberent, parietum ac tectorum, in quibus versati fuerant, ruinis testantur. Ideóque & M. Flacci, & L. Saturnini sedi

seditiosissimorum ciuium corporibus trucidatis, penates ab imis fundamentis eruti sunt.

Cic. pro domo.

Cæterum Flacciana area, cum diu penatibus vacua mansisset, à Q. Catulo Cimbricis spolijs adornata est. A. V. dclij.

Liu 58. & 61. Plutar. & Appian. ciuil. 1. Plin. hist. lib. 14. cap. 4. de vir. illust. cap. 64 & 65. Aug. de ciuit. lib. 3. cap. 24. Flor. lib. 14. c. 15. 16.

Viguit in nostra ciuitate Ti. & C. Gracchorum summa nobilitas, ac spes amplissima: sed quia statum ciuitatis conati erant conuellere in- A. V. dcxx. & dcxxxij. sepulta cadauera iacuerunt: supremusq; humanæ conditionis honos filijs Gracchi, & nepotibus Africani defuit: Quinetiam familiares eorum, nequis reip. inimicis amicus esse vellet, de robore præcipitati sunt.

P. MVCII SCEVVLAE TRIB. PL.

Liuius 38. Festus. Zonaras.

Idem sibi tam licere P. Mucius tribunus pleb. quàm senatui & populo Rom. credidit, qui omnes collegas suos, qui duce Sp. Cassio id egerant, vt magistratibus non subrogatis, communis A. V. cclxviij. libertas in dubium vocaretur, viuos cremauit. Nihil profectò hac seueritate fidentius: nus enim tribunus eam pœnam nouem collegis inferre au-

5 sus est, quàm nouem tribuni ab vno collega exigere perhorruissent.

SENATVS ROM.

Ammonius Marcell. 14.

Libertatis rigida adhuc custos, & vindex seueritas, sed pro dignitate ac disciplina æquè
6 grauis inuenta est. M. enim Clodium senatus Corsis, quia turpem cum his pacem fecerat, dedi-
A. V. dxxcix. dit: Quem ab hostibus non acceptum, in publica custodia necari iussit. Semel Læsa maiestate imperij, quot modis ira pertinax vindex? factum eius rescidit, libertatem ademit, spiritum extinxit, corpus contumelia carceris & detestanda Gemoniarum scalarum nota fœdauit. Atque hic quidem senatus animaduersionem meruerat. Cn. autem Cornelius Scipio Hispali filius, priusquàm
A. V. dcxliv. mereri posset, expertus est: Nam cum ei Hispania prouincia sorte obuenisset, ne illuc iret, decreuit, adiecta caussa, quòd rectè facere nesciret.
7 Itaque Quæstor Cornelius propter vitam inhonestè actam sine vllo prouinciali ministerio, tantum non repetundarum lege damnatus est.
A. V. dclxiij. Ne in C. quidem Vettieno, qui sinistræ manus digitos, ne bello Italico militaret, sibi absciderat,
8 seueritas senatus cessauit: Publicatis enim bonis eius, ipsum æternis vinculis puniendum censuit: effecitq; vt quem honestè spiritum profundere in acie noluerat, turpiter in catenis consumeret.

M. CVRII DENTATI COS.

Liuius 14. Non. Marcel. ex Varrone. Hic est M. Curius qui Dentatus cognominatus est, de quo Plin. lib. 7. cap. 16. Flor. lib. 1. cap. 15.

Id factum imitatus M. Curius consul, cum A. V. *delectum subitò edicere coactus esset, & iuniorum* cdlxxviij *nemo respondisset: coniectis in sortem omnibus* 9 *tribubus, Polliæ quæ proxima exierat, primum nomen vrna extractum citari iussit: Neque eo respondente, bona adolescentis hastæ subiecit. Quod vt illi nuntiatum est ad consulis tribunal cucurrit, collegiumque tribunorum appellauit. Tunc M. Curius præfatus non opus esse eo ciue reip. qui parere nesciret: & bona eius, & ipsum vendidit.* Vendidit tenebrionem, inquit Varro.

L. DOMITII AHENOBARBI Pr.

Cic. Verr. 7.

Æquè tenax propositi L. Domitius. Nam A. V. *cum Siciliam propr. regeret, & ad eum eximiæ* dclv. *magnitudinis aper allatus esset, adduci ad se pastorem, cuius manu occisus erat, iussit. Interrogatumq; quo telo eam bestiam confecisset, postquam* 10 *comperit vsum venabulo, cruci suffixit. Quia ipse ad exturbanda latrocinia, quibus prouincia vastabatur, neq; quis telum haberet edixerat. Hoc aliquis in fine seueritatis & sæuitiæ ponendum dixerit: disputatione enim vtroque flecti potest. Cæterum ratio publici imperij Prætorem nimis asperum existimari non patitur.*

M. HORATII TERGEMINI.

Liuius 1. Dionys. 3. Flor. lib. 1. cap. 3. Plutar. cap. 29. Parall. Aug. de Ciuit. lib. 3. cap. 14.

A. V. xxcvij. 12

Sic se in viris puniendis seueritas exercuit. Sed ne in fœminis quidem supplicio afficiendis segniorem se egit. Horatius vnus prælio trium Curiatiorum, conditione pugnæ omnium Albanorum victor, cum ex illa clarissima acie domum repetens sororem suam virginem Curiatij sponsi mortem profusius, quàm illa ætas debebat, flentem vidisset, gladio, quo patriæ rem bene gesserat, interemit: Parum pudicas ratus lacrymas, quæ præpropero amori dabantur. Quem hoc nomine reum apud populum actum, pater defendit. Ita paulò propensior animus puellæ ad memoriam futuri viri, & fratrem ferocem vindicem, & vindictæ tam rigidum assensorem patrem habuit.

SENATVS RO. IN INCESTAS.

Liuius 39.

A. V. dlxvij. al. incestæ visæ.

Consimili seueritate senatus postea vsus Sp. Posthumio Albino, & Q. Marcio Philippo consulibus mandauit, vt de his quæ sacris Bacchanalium incestu vsæ fuerant, inquirerent: A quibus cum multæ essent damnatæ, in omnes cognati intra domos animaduerterunt: latéque patens opprobrij deformitas, seueritate supplicij emendata est. Quia quantum ruboris ciuitati nostræ mulie-*

mulieres turpiter se gerendo incusserant, tantum laudis grauiter punitæ attulerunt.

COGNATORVM IN veneficas.

Liuius 48.

A. V. dxcix. 13

Publica autem, quæ Posthumium Albinum consulem, item Licinia, quæ Claudium Asellum viros suos veneno necauerant, propinquorum decreto strangulatæ sunt: Non enim putauerunt seueriſsimi viri in tam euidenti scelere longum publicæ quæstionis tempus expectandum. Itaque quarum innocentium defensores fuissent, sontium maturi vindices exstiterunt.

EGNATII METELLI.

Plin. 14. cap. 13. Tertull. Apologet. cap. 6. & Gellius.

12

Magno scelere horum seueritas ad exigendam vindictam concitata est. Egnatij autem Metelli longe mirori de caussa, qui vxorem, quòd vinum bibisset, fustibus interemit. Idq; factum non accusatore tantum, sed etiam reprehensore caruit: vnoquoque existimante, optimo illam exemplo violatæ sobrietatis pœnas pependisse. Et sanè quæcunque fœmina vini vsum immoderatè appetit, omnibus & virtutibus ianuam claudit, & delictis aperit.

C. SVLPITII GALLI.

13

Horridum C. quoque Sulpitij Galli maritale supercilium. Nam vxorem dimisit, quòd eam

capite.

capite aperto foris versatam cognouerat: abscisa sententia, sed tamen aliqua ratione munita. Lex enim, inquit, tibi meos tantum præfinit oculos,
14 quibus formam tuam approbes. His decoris instrumenta compara, his esto speciosa, horum te certiori crede notitiæ: Vlterior tui conspectus superuacua irritatione accersitus, in suspicione &
15 crimine subhæreat necesse est.

Q. ANTISTII VETERIS.

Nec aliter sensit Q. Antistius Vetus repudiando vxorem, quod illam in publico cum quadam libertina vulgari secreto loquentem viderat: Nam (vt ita dicam) incunabulis & nutri-
al.citioré mentis culpæ non ipsa commotus culpa, * citeriorem delicto præbuit vltionem: vt potius caueret iniuriam, quàm vindicaret.

P. SEMPRONII SOPHI.

Iungendus est his P. Sempronius Sophus, qui coniugem repudij nota affecit, nihil aliud quam se ignorante ludos ausam spectare. Ergo dum sic olim fœminis occurritur, mens earum à delictis aberat.

EXTERNA.

LACEDAEMONIORVM.

Plutarch. Apopht. Eius necis meminit Plin. lib. 7. cap. 29.

Cæterum etsi Romanæ seueritatis exemplis,
al. cognosse. totus terrarum orbis instrui potest: tamen externa summatim * cognoscere fastidio non erit.

Lace

Lacedæmonij libros Archilochi è ciuitate sua exportari iusserunt, quòd eorum parum verecundam ac pudicam lectionem arbitrabatur. Noluerunt enim ea liberorum suorum animos imbui, ne plus moribus noceret, quàm ingenijs prodesset. Itaque maximum poëtam, aut certè summo proximum, quia domum sibi inuisam obscœnis maledictis lacerauerat, carminum exilio multarunt. Lycambo soceri

ATHENIENSIVM.

Plutarch. Artaxerxe.

Athenienses autem Timagoram inter officium salutationis Darium regem more gētis illius adulatum, capitali supplicio affecerunt: vnius ciuis humilibus blanditijs, totius vrbis suæ decus Persicæ dominationi summissum grauiter ferentes.

CAMBYSIS REGIS PERSARVM.

Herodot. 5.

Iam Cambyses inusitatæ seueritatis, qui mali cuiusdam iudicis ex corpore pellem detractam, sellæ intendi, in eaque filium eius iudicaturum considere iussit. Cæterum & rex, & barbarus atrocis ac nouæ pœnæ iudicis, ne quis postea corrumpi iudex posset, prouidit.

DE GRAVITER DICTIS AVT FACTIS.

CAP. IIII.

MAgnam & bonam laudis partem in claris viris etiam illa vendicant, quæ aut ab

his

his grauiter dicta aut facta pertinax memoria viribus æternis comprehendet. Quorum ex abundanti copia, nec parca nimis, nec rursus auida manu, quod magis desiderio satisfaciat, quàm satietati abundet, hauriamus.

DE T. MANLIO TORQVATO.

Liuius 23.

A. V. dxxxvij. Ciuitate nostra Cannensi clade perculsa, cum admodum tenui filo suspensa Reip. salus ex sociorum fide penderet, vt eorum animi ad imperium Romanum tuendum constantiores essent, maiori parti senatus principes Latinorum in ordinem suum sublegi placebat. Vt Annius olim, Campani etiam consulem alterum Capuæ creari debere asseuerabant, sic contusus & æger Romani imperij spiritus erat. Tunc Manlius Torquatus stirpis eius qui Latinos apud Veserim inclyta pugna fuderat, quàm poterat clara voce denuntiauit: Siquis sociorum inter Patres conscriptos sententiam dicere ausus esset, continuò eum se interempturum. Hæ vnius minæ, & Romanorum languentibus animis calorem pristinum reddiderunt, & Italiam ad ius ciuitatis nobiscum exæquandum consurgere passæ non sunt: namque vt populi Romani armis, ita verbis illius fracta cessit.

Aliter refert hæc Liuius.

1 2 3 4

Liu. 26. Zonaras. Auct. de vir. illust. cap. 28.

A. V. dxlij. Par eiusdem quoque Manlij grauitas, cùm consulatus omnium consensu deferretur, eúmque sub excusatione aduersæ valetudinis oculorum recusaret: instantibus cunctis, Alium, inquit, Quiri-

Quirites quærite, ad quem hunc honorẽ transferatis. Nam si me gerere cum coëgeritis, nec ego mores vestros ferre, nec vos meum imperium perpeti poteritis. Si priuati tam ponderosa vox, quàm graues, fasces consulis extitissent?

DE P. SCIPIONE AEMELIANO.

Auctor. de vir. illust. cap. 58.

A. V. dcxj. Nihilo segnio Scipionis Aemiliani aut in curia, aut in concione grauitas: qui cum haberet consortem censuræ Memmium, vt nobilem, ita eneruis vitæ, pro Rostris dixit, se ex maiestate reipub. omnia gesturum, si sibi ciues vel dedissent collegam, vel non dedissent. Idem, cum Ser. Sulpicius Galba, & Aurelius Cotta consules in senatu contenderent, vter aduersus Viriatum in Hispaniam mitteretur: ac magna inter Patres conscriptos dissensio esset: omnibus quonam eius sententia inclinaretur expectantibus: Neutrum, inquit, mihi mitti placet, quia alter nihil habet, alteri nihil est satis. Atque malam licentis imperij magistram iudicans inopiam, atque auaritiam. Quo dicto, vt neuter in prouinciam mitteretur, obtinuit.

A. V. dcix.

DE C. POPILIO LAEMATE.

Liuius 45. Cic. Philip. 8. Plin. 34. cap. 6. Iust. 34. Appian. in bello Syriaco. Plut. in Apopht.

C. vero, Popillius à senatu legatus ad Antiochum missus, vt bello se, quo Ptolemæum laces-

A. V. dxxcv.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sebat abstineret: cum ad eum venisset, atque is prompto animo & amicissimo vultu dextram ei porrexisset: inimicem eius suam porrigere noluit, sed tabellas senatusconsultum continentes tradidit: Quas vt legit Antiochus, dixit se cũ amicis colloquturum. Indignatus Popillius, quòd aliquam moram interposuisset, virga solum, quo insistebat, denotauit: At prius, inquit, quàm hoc circulo excedas, da responsum, quod senatui referam. Non legatum locutum, sed ipsam Curiam ante oculos positam crederes: continuò enim rex affirmauit fore, nec amplius de se Ptolemæus quereretur. Ac tum demum Popillius manum eius tanquam socij apprehendit. Quam efficax est animi sermonisq; abscisa grauitas! Eodem momento Syriæ regnum terruit, Aegypti texit.

DE P. RVTILIO RVFO.

Liuius 70. Cic. in Bruto, & de Orat. 2. Oros. 5. cap. 17. Auctor de vir. illust. cap. 62 Flor. lib. 3. cap. 17.

P. autem Rutilij verba prius an facta æstimem, nescio: nã vtriusque æquè admirabile inest robur, cum amici cuiusdam iniustæ rogationi resistieret, atque is per summam indignationẽ dixisset: Quid ergo, inquit, mihi opus est amicitia tua, si quod rogo, non facias? respondit, Imo quid mihi tua, si propter te aliquid inhoneste facturus sum? Huic voci consentanea illa opera, quòd magis ordinum dissensione, quàm vlla culpa sua reus

A. V. dclxj.

reus factus, nec obsoletam vestem induit, nec insignia senatoris deposuit, nec supplices ad genua iudicum manus tetendit: nec dixit quicquam splendore præteritorum annorum humilius. Effecitq;, vt periculum illud non impedimentum grauitatis eius esset, sed experimentum. Atque etiam cum ei reditum in patriam Sullana victoria præstaret, in exilio, nequid aduersum leges faceret remansit. Quapropter Felicis cognomen iustius quis moribus grauissimi viri, quàm impotentis armis assignauerit. Quod quidem Sulla rapuit, Rutilius meruit. 7

DE M. IVNIO BRVTO
Proœs.
Plutarch. Bruto.

M. Brutus suarum prius virtutum, quàm patriæ parentis parricida (vno enim facto & illas in profundum præcipitauit, & omnem sui nominis memoriam, inexpiabili detestatione perfudit) vltimum præliũ inturus, negantibus quibusdam id committi oportere. Fidenter, inquit, in aciem descendo: hodie enim aut rectè erit, aut nihil curabo. Præsumpserat videlicet neque viuere se sine victoria, neque mori sine securitate posse. A. V.

EXTERNA.

DE CINNIENSI POpulo.

Cuius mentio mihi subijcit, quod aduersus D. Brutum in Hispania grauiter dictum est, ro-

A. V. dcxvij.

ferre: Nam cum se ei tota penè Lusitania dedidisset, ac sola gentis eius vrbis Cimninia pertinaciter arma retineret, tentata redemptione, propemodum vno ore legatis Bruti Respondit, Ferrum sibi à maioribus, quo vrbem tueretur, non aurum, quo libertatem ab imperatore auaro emerent, relictum. Melius sine dubio istud nostri sanguinis homines dixissent, quàm audissent.

8

DE SOCRATE ATHENIENSI.

Laërt. in vita. Cic. de Orat. 2. Quinct. lib. 2.

Sed illos quidem natura in hæc grauitatis vestigia deduxit. Socrates autem Græcæ doctrinæ clarissimum columen, cum Athenis caussam dicturus esset, defensionémque ei Lysiàs à se compositam, qua in iudicio vteretur, recitasset, demissam & supplicem, imminentiq; procellæ accommodatam, Aufer, inquit, quæso istam: nam ego si adduci possem, vt eam in vltima Scythiæ solitudine perorarem, tum me ipse morte multandum concederem. Spiritum contempsit, nè careret grauitate: maluitq; Socrates extingui, quam Lysias superesse.

9

DE ALEXANDRO MAGNO.

Plut. in vita. Q. Curt. 4. Arrian. 2. Diodorus.

Quantus hic in sapientia, tantus in armis Alexander illam vocem nobiliter edidit. Dario enim vno iam & altero prælio virtutem eius experto, atque ideo partè regni Tauro tenus mõtes & filiam

& filiam in matrimonium cum decies centum millibus talentum pollicente: cum Parmenion dixisset, se, si Alexander esset, vsurum conditione: respondit, Et ego vterer, si Parmenion essem. Vocem duobus victorijs respondentem, dignámque cui tertia, sicut euenit, tribueretur.

DE LACEDEMONIIS.

Atque hæc quidem animi magnifici, & prosperi status. illa verò, qua legati Lacedæmoniorum apud patrem eius miseram fortunæ suæ conditionem testati sunt, generosior, quàm optabilior. Intolerabilibus enim oneribus ciuitatem eorum implicanti, si quid morte grauius imperare perseueraret, mortem se prælaturos responderunt.

DE PAEDARETO SPARTANO.

Plutarch. Apopht.

Nec parũ graue Spartani cuiusdam dictum: siquidem nobilitate & sanctitate præstans, & in petitione magistratus victus, maximæ sibi lætitiæ esse prædicauit, quòd aliquos patria sua se meliores viros haberet. Quo sermone repulsam honori adæquauit.

DE IVSTITIA.

CAPVT V.

TEmpus est iustitiæ quoque sancta penetralia adire, in quibus semper æqui ac probi facti respectus religiosa cum obseruatione versatur: & vbi studium verecundiæ est, & cupiditas rationi cedit: nihilq; vtile, quod parum ho-

neſtum videri poſſit, ducitur. Eius autem præcipuum & certiſſimum inter omnes gentes noſtra ciuitas exemplum eſt.

POPVLI ROM.

Liuius 5. Plutarch. Camillo. Front. 4. cap. 4. Flor. 1. cap. 12. Auct. de vir. illuſt. cap. 23. Claudianus in Gildonem.

1 *Camillo conſule Faliſcos circunſedente, magiſter ludi plurimos & nobiliſſimos inde pueros,*
A. V. cccelix. *velut ambulandi gratia eductos, in caſtra Romanorum perduxit: Quibus interceptis, non erat dubium quin Faliſci depoſita belli gerendi pertinacia,*
2 *tradituri ſe noſtro imperatori eſſent. De ea re ſenatus cẽſuit, vt pueri vinctum magiſtrum virgis cædentes in patriam remitterentur. Qua iuſtitia animi eorum ſunt capti, quorum mœnia expugnari non poterant: namque Faliſci beneficio magis quàm armis victi, portas Romanis aperuerunt.*

Liuius 19 Zonaras. Oroſ. 4. cap. 6. Eutrop. li. 3. Flor. lib. 1. cap. 12.

Eadem ciuitas aliquoties rebellando, ſemperq; aduerſis contuſa prælys, tandem ſe. Q. Lutatio
A. V. dxij. *conſuli dedere coacta eſt. Aduerſus quam ſæuire cupiens populus Rom. poſtquam à Papirio (cuius manu, iubente conſule, verba deditionis ſcripta erant) doctus eſt Faliſcos non poteſtati, ſed fidei ſe Romanorum commiſiſſe: omnem iram placida mente depoſuit, paritercq; & viribus odij, non ſanè facilè vinci aſſuetis, & victoriæ obſequio,*

quæ promptiſſimè licentiam ſubminiſtrat, ne iuſtitiæ ſuæ deeſſet, obſtitit. Idem, cum P. Clau-
A. V. cdlxxxv. circiter. *dius Camerinos ductu atque auſpicijs ſuis captos ſub haſta vendidiſſet, etſi ærarium pecunia, fines agris auctos animaduertebat, tamen quia parum liquida fide id geſtum ab imperatore videbatur, maxima cura coquiſitos redemit, ijſq; habitandi gratia locum in Auentino aſſignauit, & prædia eis reſtituit. Pecuniam etiam non ad Curiam, ſed ad ſacraria ædificanda, ſacrificiaq; facienda tribuit: iuſtitiæq; promptiſſimo tenore effecit, vt exitio ſuo lætari poſſent, quia ſic renati erant.*

Plutarch Pyrrho. Gell. 3. cap. 8 Cic. Offic. 3. Eutrop. Flor. lib. 1. cap. 18. Seneca ad Lucilium. Epiſtol. 121. Aelian. li. 22. Cineam vocat. Quadrigarius lib. 3. Nitiam.

Mœnibus noſtris, & finitimis regionibus, quæ
A. V. cdlxxv. *adhuc retuli, quod ſequitur, per totum terrarum orbem manauit. Timocharis Ambracienſis Fabricio cõſuli pollicitus eſt ſe Pyrrhum veneno per filium ſuum, qui potionibus eius præerat, necaturum. Ea res cum ad ſenatum eſſet delata, miſſis legatis Pyrrhum monuit vt aduerſus huius generis inſidias cautius ſe gereret: memor Vrbem a filio Martis conditam: & armis bella, non venenis gerere debere. Timocharis autem nomen ſuppreſſit, vtroque modo æquitatem amplexus: quia nec hoſtem malo exemplo tollere, neque eum qui benemereri paratus fuerat, prodere voluit.*

QVATVOR TRIBVNORVM pleb.

Liuius 4.

A. V. cccxxxj.

Summa iustitia in quatuor quoque tribunis pleb. eodem tempore conspecta est. Nam cum L. Atracino (sub quo duce aciem nostram apud Verrugimem à Volscis inclinatam cum cæteris equitibus correxerant) diem ad populum L. Hortensius collega eorum dixisset, pro Rostris iurauerunt in squalore se esse, quoad imperator ipsorum reus esset futurus. Non enim sustinuerunt egregij iuuenes, cuius armati periculum vulneribus & sanguine suo defenderant: eius togati vltimum discrimen, potestatis insignia retinentes, intueri. Qua iustitia mota concio, actione Hortensium distere coëgit.

TI. GRACCHI CENS.

Liui. 34. Auct. de vir. illust. cap. 37.

A. V. dxxciv.

Nec se etiam aliter eo facto, quod sequitur, exhibuit, cum Ti. Gracchus, & C. Claudius, ob nimis seuerè gestam censuram, maiorem ciuitatis partem exasperassent, diem his P. Rutulus tribunus plebis perduellionis ad populum dixit, præter communem consternationem, priuata etiam ira accensus, quia necessarium eius ex publico loco parietem demoliri iusserant: Quo in iudicio primæ classis permultæ centuriæ Claudium apertè damnabant: de Gracchi absolutione vniuersæ cõsentire videbantur. Qui clara voce iurauit, si de collega suo grauius esset iudicatum, in factis

M. Pompilius

Lucij Rutilium

in factis paribus se eandem cum illo pœnam exilij subiturum. Eaque iustitia tota illa tempestas ab vtriusque fortunis & capite depulsa est. Claudium enim populus absoluit: Graccho caussæ dictionem trib. Rutilius remisit.

Pompilius

COLLEGII TRIBVNORVM pleb.

A. V. dxcix.

Magnam laudem & illud collegium tribunorum tulit, quòd cum vnus ex eo L. Cotta fiducia sacrosanctæ potestatis creditoribus suis nollet satisfacere, decreuit, Si neque solueret pecuniam, neque daret cum quo sponsio fieret: appellantibus, se creditoribus auxilio futurum: iniquum ratum, maiestam publicam, priuatæ perfidiæ obtentui esse. Itaque Cottam in tribunatu quasi in aliquo sacrario latentem, tribunitia inde iustitia extraxit.

CN. DOMITII AHENOBARBI.

Pædian. Scauriana. Cic. pro Deiotaro.

A. V. dcl.

Cuius vt ad alium æquè illustrem transgrediar, Cn. Domitius tribunus plebis M. Scaurum principem ciuitatis in iudicium populi deuocauit: Vt si fortuna aspirasset, ruinam: sin minus, certe ipsa obtrectatione amplissimi viri incrementum claritatis apprehenderet. Cuius opprimendi cùm summo studio flagraret, seruus Scauri ad eum noctu peruenit, instructurum se eius accusationem multis & grauibus domini criminibus promittens. Erant in eodem pectore & inimicus & Domitius diuersa æstimatione nefarii.

iudicium perpendentes: Iustitiæ vicit odium. Continuo enim & suis auribus obseratis, & indicis ore clauso, duci eum ad Scaurum iussit. Accusatorem etiam reo suo, ne dicam diligendum, certe laudandum: quem populus cùm propter alias virtutes, tum hoc nomine libentius & consulem & censorem, & pont. max. fecit.

I. LICINII CRASSI ORATORIS.

Cic. de Leg. 3. de Orat. 3. in Bruto.

A. V. dcxxxiv. *Nec aliter se L. Crassus in eodem iustitiæ experimento gessit. C. Carbonis nomen infesto animo vtpote inimicissimi sibi detulerat: sed tamen scrinium eius à seruo allatum ad se, complura contimens quibus facilè opprimi posset, vt erat signatum, cum seruo catenato ad eum remisit. Quo pacto igitur inter amicos viguisse tunc iustitiam credimus, cum inter accusatores quoque & reos, tantum virium obtinuisse videamus?*

L. CORNELII SVLLAE COS.

Liuius 77.

A. V. dclxv. *Iam L. Sulla non se tam incolumem, quàm Sulpicium Rufum perditum voluit, tribunitio furore eius sine fine vexatus. Cæterum cum eum proscriptum, & in villa latentem à seruo proditum comperisset: manumissum paricidam, vt fides edicti sui extaret, præcipitari protinus à saxo Tarpeio, cum illo scelere parto pileo iussit. Victor alioquin insolens, hoc imperio iustissimus.*

EXTER

EXTERNA.

PITTACI MITYLENAE.

Laërt. in vita.

Verum ne alienigenæ iustitiæ obliti videamur, Pittacus Mitylenæus, cuius aut meritis tantum ciues debuerunt, aut moribus, crediderunt vt suis ei suffragijs tyrannidem deferrent, tandiu illud imperium sustinuit, quandiu bellum de Sigæo cum Athenensibus gerendum fuit. Postquam autem pax victoria parta est, continuò reclamantibus Mitylenæis deposuit: ne dominus ciuium vltrà, quàm reip. necessitas exegerat, permaneret. Atque etiam, cum recuperati agri dimidia pars consensu omnium offerretur, auertit animum ab eo munere: deforme iudicans virtutis gloriam, magnitudine prædæ minuere.

ARISTIDIS ATHENIENSIS.

Plutarch. in vita. Cic. Offic. 3.

Alterius nunc mihi prudentia referenda est, vt alterius repræsentari iustitia possit. Cum saluberrimo consilio Themistocles migrare Athenienses in classem coëgisset, Xerxeq; rege, & copijs eius, Græcia pulsis, ruinas patriæ in pristinum habitum reformaret, & opes clandestinis molitionibus ad principatum Græciæ capessendum nutriret: in concione dixit, habere se rem deliberatione sua prouisam, quam si fortuna ad effectum perduci passa esset, nihil maius aut potentius Athenienſi populo futurum, sed eam vulgari

gari non oportere. Postulauitq́, vt aliquis sibi cur illam tacitè exponeret, daretur: datus est Aristides. Is postquam cognouit, classem illum Lacedæmoniorum, quæ tota apud Gytheum subducta erat, velle incendere, vt ea consumpta dominatio maris ipsis cederet: processit ad cives, & retulit, Themistoclem vt vtile consilium, ita minime iustum animo voluere. Euestigio vniuersa concio quod æquum non videretur, ne expedire quidem proclamauit, ac protinus Themistoclem incepto desistere iussit.

ZALEVCI LOCRENSIS.

Cic. de legib. 2. Stobæus ser. 42. Aelian. Var. histor. 2.

Nihil illis etiam iustitiæ exemplis fortius Zaleucus vrbe Locrensium à se saluberrimis atque vtilissimis legibus munita, cum filius eius adulterij crimine damnatus, secundum ius ab ipso constitutum vtroque oculo carere deberet, ac tota ciuitas in honorem patris pœnæ necessitatem adolescentulo remitteret, aliquandiu repugnauit: Ad vltimum precibus populi euictus, suo prius, deinde filij oculo eruto, vsum videndi vtrique reliquit. Ita debitum supplicij modum legi reddidit, æquitatis admirabili temperamento, se inter misericordem patrem & iustum legislatorem partitus.

CHARONDAE THVRII.

Cic. de legib. 2. Laërt. in Pyth. Aristi. Polit. 2.

Sed aliquantò Charondæ Thurij perfractior atque

*atque abscisior iustitia. Ad vim & cruorẽ vsque seditiosas conciones ciuium pacauerat, lege cauendo, vt si quis eas cum ferro intrasset, continuò interficeretur: Interiecto deinde tempore, ex longinquo rure gladio cinctus, domum repetens, subitò indicta concione, sicut erat, in eam processit: ab eoq́, qui proximè consuerat, solutæ à se legis suæ monitus: Idem ego illam, inquit, * sanciam ac protinus ferro, quod habebat, districto incubuit. Cumq́ liceret culpam vel dissimulare, vel errore defendere, pœnam tamen representare maluit, ne qua fraus iustitiæ fieret.*

al. sarciã.

DE FIDE PVBLICA.

CAP. VI.

HVius imagine ante oculos posita, venerabile fidei numen dexteram suam, certissimum salutis humanæ pignus ostentat. Quam semper in nostra ciuitate viguisse, & omnes gentes censerunt, & nos paucis exemplis recognoscamus.

SENATVS ROM.

Tacit 2. Iustin. 30. & 31.

Cum Ptolemæus rex tutorem populum Rom. filio reliquisset, senatus M. Aemilium Lepidum pontif. max. bis consulem ad pueri tutelam gerendam Alexandriam misit: amplissimũq́ & integerrimi viri sanctitatem reip. vsibus & sacris operatam externæ procurationi vacare voluit: ne fides

A. V. dxcv.

Universidad de Deusto Biblioteca

ne fides ciuitatis nostræ frustra petita existimaretur. Cuius beneficio regia incunabala conseruata pariter ac decorata, incertum Ptolemæum reddiderunt, patrisne fortuna magis, an tutoris maiestate gloriari deberet.

L. MANLIVS ET M.
Attilius coss.

Zonaras 2. & Abbreuiator Liuij. Polyb. 1. Liui. 17. L. Flor. 2. cap. 2.

A. V. cdxcvij. Speciosa quoque illa Romana fides. Ingenti Pœnorũ classe circa Siciliam deuicta: duces eius 2 fractis animis consilia petendæ pacis agitabant. A. V. cdxciij. Quorum Amilcar, ire sed ad consules negabat audere: ne eodem modo catenæ sibi iniicerentur, quo ab ipsis Cornelio Asinæ consuli fuerant iniectæ. Anno autem certior Romani animi æstimator, nihil tale timendum ratus, maxima cum fiducia ad colloquium eorũ tetendit: Apud quos cum de belli fine ageret, & tribunus militum ei dixisset, posse illi merito euenire quod Cornelio accidisset: vterque consul, tribuno tacere iusso, Isto te, inquit, metu, Anno fides ciuitatis nostræ liberat. Claros illos fecerat tantum hostium ducem vincere potuisse, sed multò clariores fecit, noluisse.

SENATVS ROM.
Liuius 38.

al. eũdem hostem. Aduersus * eosdem hostes parem fidem in iure legationis tuendo Patres conscripti exhibuere. M. enim Aemilio Lepido, C. Flaminio COSS. L. Minu

L. Minucium, & L. Manlium Carthaginiensium legatis, quia manus his attulerant, per fe- 3 A. V. dlxvj. ciales Culeo prætor ex S. C. delendos curauit. Se tunc senatus, non eos quibus hoc præstabatur aspexit.

P. AFRICANVS SVPERIOR.

Liui. 30. Appian. in Punica. Polyb. 15. sed paulo aliter.

Hæc exemplа superior Africanus secutus, A. V. cum onustam multis, & illustrium Charthaginensium viris nauem in suam potestatem redegisset, inuiolatam dimisit, quia se legatos ad eum missos dicebant: Tametsi manifestum erat, illos vitandi præsentis periculi gratia falsum legationis nomen amplecti, vt Romani imperatoris potius decepta fides, quàm frustra implorata iudicaretur.

SENATVS ROM.
Zonaras 2. & Liui. 15.

Repræsentemus etiam illud senatus nullo mo- A. V. do prætermittendum opus. Legatos ab vrbe Apolloniæ Romã missos, Q. Fabius, & Cn. Apronius ædilitij orta contentione pulsauerunt. Quod vbi comperit, continuò eos per fetiales legatis dedit, quæstoremq; cum his Brũdusiũ ire iussit: ne quam in itinere à cognatis deditorũ iniuriam acciperent. Illam Curiam, mortalium quis concilium, ac non Fides templum dixerit? Quã vt 4 ciuitas nostra semper benignam præstitutam in sociorum quoque animis constantem recognouit.

EXTER

EXTERNA.

SAGVNTINI.

Liui. 21. Polib. Flor. lib. 2. cap. 6. Sil. Ital. 1. Aug. de ciu. lib. 3. cap. 20.

Nam ante duorum in Hispania Scipionum,
5 *totidemq; Romani sanguinis exercituum miserabilem stragem, Saguntini victricibus Annibalis armis intra mœnia vrbis suæ compulsi: cum vim Punicam vlterius nequirent arcere: collatis in forum quæ vnicuique erant charissima, atque vndique circundati accensisq; ignis nutrimentis, ne à societate nostra desciscerent, publico &*
6 *communi rogo semetipsi superiecerunt. Crediderim tunc ipsam Fidem humana negotia speculantem, mœstum gessisse vultum: perseverantissimum sui cultum iniquæ fortunæ iudicio tam acerbo exitu damnatum cernentem.*

A. V. dxxxiv.

PETELLINI.

Liuius 23.

Idem præstando Petellini eundem laudis hon-
A. V. dxxxvij. *orem meruerunt. Ab Annibale, quia deficere*
7 *nostram amicitiam noluerant, obsessi: legatos ad senatum auxilium implorantes miserunt. Quibus*
8 *propter recentem cladem Cannensem succurri non potuit: ceterum permissum est, vti facerent, quod vtilissimum incolumitati ipsorum videretur. Liberum ergo erat Carthaginiensium gratiam amplecti. Illi tamen fœminis, omnique ætate*
9 *imbelli vrbe electa, quò diutius armati famem traherent, pertinacissimè in muris perstiterunt:*

expira

expirauitq; prius eorum tota ciuitas, quàm vlla ex parte Romanæ societatis respectum deponeret. Itaque Annibali non Petellium, sed fidei 10 *Petellinæ sepulchrum capere contigit.*

DE FIDE VXORVM ERGA MARITOS.

CAP. VII.

AEMILIAE L. F. TERTIAE P. Africani maioris.

Vide Gell. 6. cap. 8.

ATque vt vxoriam quoque fidem attingamus: Tertia Æmilia Africani prioris vxor 1 mater Corneliæ Gracchorum, tantæ fuit comitatis & patientiæ, vt cum sciret viro suo ancillulam ex suis gratam esse, dissimulauerit: ne dominatorem orbis Africani, femina impotentiæ reum ageret: Tantúmque à vindicta mens eius abfuit, A. V. dlxx. vt post mortem Africani manumissam ancillam in matrimonium liberto suo daret.

THVRIAE Q. LVCRETIAE Vespillonis.

Dio. 54. Appian. ciuil. 4.

Q. Lucretium proscriptum à triumuiris vxor Thuria inter cameram & tectum cubiculi abditum, vna conscia ancilla, ab immmente exitio, non sine magno peculo suo, tutum præstitit: Singulariq; fide id egit, vt cum cæteri proscripti A. V. *in alienis & hostilibus regionibus per summos* dccx. *corporis & animi cruciatus vix euaderent, ille in cubiculo, & in coniugis sinu salutem retineret.*

SVLPICIAE LENTVLI.

App. ciuil. 4.

A. V. dccx. *Sulpicia autem cum à matre Iulia diligentissimè custodiretur, ne Lentulum virum suum*
3 *proscriptum à triumuiris in Siciliam sequeretur: nihilominus famulari veste sumpta, cum duabus*
4 *ancillis, totidemq; seruis ad eum clandestina fuga peruenit. Nec recusauit ipsam proscribere, vt ei fides sua in coniuge proscripto constaret.*

DE FIDE SERVORVM ERGA DOMINOS.

CAP. VIII.

REstat vt seruorum etiam erga dominos, quo minus expectatam, hoc laudabiliorem fidem referamus.

M. ANTONII ORATORIS seruus.

Val. 3. cap. 7.

A. V. dcxxxix. *M. Antonius, auorum. nostrorum temporibus clarissimus orator, incesti reus agebatur, Cuius in iudicio accusatores seruum in quæstionem perseuerantissimè postulabant, quod ab eo, cum ad stuprum iret, laternam prælatam contenderet. Erat autem is etiam tum imberbis, & stabat coram, videbatq; rem ad suos cruciatus pertinere, nec tamen eos fugitauit. Ille verò, vt domum quoque ventum est, Antonium hoc nomine vehementius confusum & solicitum vltro est hortatus, vt se iudicibus torquendũ traderet, affirmans nullum*

nullum ore suo verbum exiturum, quo caussa eius læderetur. Ac promissi fidem mira patientia præstitit, plurimis etiam laceratus verberibus, eculeoq; impositus, candentibus etiam laminis vstus, omnem vim accusationis, custodita rei salute subuertit. Argui fortuna meritò potest, 1 *quòd tam pium & tam fortem spiritum seruili nomine incluſit.*

C. MARII C. F. COS. SERVVS.

Liu. 88. Oros. 5. cap. 21. Plut. Velleius. Flor. lib. 3. cap. 21.

Consulem autem C. Marium Præneſtinæ ob- A. V. *ſidionis miſerabilem exitum ſortitum, cuniculi la-* dclxxj. *teris fruſtra euadere conatum, leuiq; vulnere à Teleſino, cum quo commori deſtimauerat, perſtrictum, ſeruus ſuus vt Sullanæ crudelitatis expertem faceret, gladio traiectum interemit,* 2 *cum magna præmia ſibi propoſita videret, ſi eum victoribus tradidiſſet: Cuius dexteræ tam opportunum miniſterium nihil eorum pietati cedit, à quibus ſalus dominorum protecta eſt. Quia eo tempore Mario non vita, ſed mors in beneficio repoſita erat.*

C. GRACCHI PHILOCRATES.

Plut. Appian. 1. Oroſ. 5. cap. 12.

Æque illuſtre quod ſequitur C. Gracchus, ne in poteſtatem inimicorum veniret, Philocrati ſeruo ſuo ceruices incidendas præbuit. Quas cum celeri ictu abſcidiſſet, gladium cruore domini madentem per ſua egit præcordia. Eupo-

rum alij hunc vocitatum existimant: ego de nomine nihil disputo famularis tantummodo fidei robur admiror: Cuius si * præstantiam animi generosius iuuenis imitatus foret, suo, non serui beneficio imminentia supplicia vitasset: nunc commisit vt Philocratis, quàm Gracchi cadauer speciosius iaceret.

* al. præsentiam.

C. CASSII PINDARVS.

Plut Brut. App. ciuil. 4. Dio. 47. Flor. lib. 4. c. 6.

Alia nobilitas, alius furor, sed fidei par exemplum. Pindarus C. Cassium Philippensi prælio victum, nuper ab eo manumissus, iussu ipsius obtruncatum, insultationibus hostium subtraxit. Seq; è conspectu hominum voluntaria morte absitulit, ita vt ne corpus quidem eius assumpti inueniretur. Quis deorum grauissimi sceleris vltor, illam dexteram quæ in necem patriæ parentis exarserat, tanto torpore illigauit, vt se tremebunda Pindari genibus submitteret, ne publici parricidij, quas merebatur pœnas, arbitrio pij victoris exolueret? Tu profecto, tu Diue Iule cælestibus tuis vulneribus debitam exegisti vindictam, perfidum erga te caput sordidis auxilijs supplex fieri cogendo, eo animi æstu compulsum, vt neque retinere vitam vellet, neque finire manu sua auderet.

A. V. decxj.

GN. PLOTII PLANCI FAMILIA.

Plin. 13. cap. 3. Solin. cap. 48.

Adiunxit se, ijs cladibus C. Plotius Plancus Munatij Planci consularis & censorij frater, qui

A. V. decx.

qui cum à triumuiris proscriptus in religione Salernitana lateret, delicatiore vitæ genere, & odore vnguenti, occultam salutis custodiam detexit: Istis enim vestigijs, eorum qui miseros persequebantur, sagax inducta cura, additum fugæ illius cubile odorata est. A quibus comprehensi serui, multumq; ac diu torti, negabant se scire vbi dominus esset. Non sustinuit deinde Plancus tam fideles, tamq; boni exempli seruos vlterius cruciari, sed processit in medium, iugulumque gladijs militum obiecit. Quod certamen mutuæ beneuolentiæ arduum dignosci facit, vtrum dignior dominus fuerit, qui tam constantem seruorum fidem experiretur, an serui, qui tam iusta domini misericordia quæstionis sæuitia liberarentur. 3

VRBINII PANOPIONIS SERVVS.

Appian. ciuil. 4. Macrob. Sat. 1.

Quid Vrbinij Panopionis serui, quàm admirabilis fidei? Qui cum ad dominum proscriptum occidendum, domesticorum indicio certiores factos milites in Reatinam villam venisse cognosset, commutata cũ eo veste, permutato etiam annulo, illum postico clàm emisit, se autem in cubiculum ac lectulum recepit, & vt Panopionem occidi passus est. Breuis huius facti narratio, sed non parua materia laudationis. Nam si quis ante oculos ponere velit subitum militum accursum, conuulsa ianuæ claustra, minacem vocem, truces vultus, fulgentia arma, rem vera æstimatione prosequentur: Nec quàm citò dicitur ab- 4

A. V. decx.

quæ pro alio mori voluisse, tam id ex facili etiam fieri potuisse arbitrabitur. Panopion autem quantum seruo deberet, amplum ei faciendo monimentum, ac testimonium pietatis grato titulo reddendo testatus est.

ANTII RESTIONIS SERVVS.
Macrob. Sat. 1. Appian 4. Dio. 47.

Contentus essem huius generis exemplis, nisi vnum me dicere admiratio facti cogeret. Antius Restio proscriptus à triumuiris, cùm omnes domesticos circa rapinam & prædam occupatos videret, quàm maximè poterat dissimulata fuga se penatibus suis intempesta nocte subduxit. Cuius furtiuum egressum seruus ab eo vinculorum pœna coërcitus, inexpiabilique literarum nota per summam oris contumeliam impressus, curiosis speculatus oculis, ac vestigia huc atque illuc errantia beneuolo studio subsecutus, lateri voluntarius comes adhesit. Quo quidem tam exquisito, tamque ancipiti officio, perfectissimum spectatæ pietatis cumulum expleuerat: His enim, quorum felicior in domo status fuerat, lucro intentis, ipse, cùm nihil aliud quàm vmbra & imago suppliciorum suorum esset, maximum sibi emolumentum eius, à quo tam grauiter punitus erat, salutē indicauit. Cumque abundè foret iram remittere, adiecit etiam charitatem: nec solum hactenus beneuolentia processit, sed in eo conseruando mira quoque arte vsus est: Nam vt sensit cupido sanguinis milites superuenire, amoto domino rogum extruxit, eique egentem à se comprehensum & occisum senem superiecit. Interrogantibus deinde militibus, vbinam esset Antius: manum rogo intentans, ibi illum datis sibi crudelitatis piaculis vri respondit. Quia verisimilia loquebatur, habita est voci fides: quo euenit, vt Antius statum quærendæ incolumitatis hac occasione assequeretur.

A. V. dccx.

5 6 7 8

DE MVTATIONE MORVM, AVT FORTVNAE.
CAP. IX.

MVltum animis hominum, & fiduciæ adijcere, & solitudinis detrahere potest morum ac fortunæ in claris viris cognita mutatio, siue nostros status, siue proximorum ingenia contemplemur. Nam cum aliorum fortunas spectando, ex conditione abiecta atque contempta emersisse claritatem videamus, quid obstet, quin & ipsi meliora de nobis semper cogitemus? memores stultum esse perpetuæ infelicitatis se prædamnare: spemque, quæ etiam incerta rectè fouetur, interdum certam in desperationem conuertere. 1

DE T. MANLIO F. L. TORQVATO.
Cic. Plin. lib. 7. cap. 51. Auct. de vir. illust. cap. 28. Flor. lib. 1. cap 13. Gell. lib. 9. cap. 13.

Manlius Torquatus adeo hebetis atque obtusi cordis inter initia iuuentæ existimatus est, vt à patre L. Manlio amplissimo viro, quia & domesticis & reipub. vsibus inutilis videbatur, rus relegatus agresti opere fatigaretur. Is pos-

modum patrem reum iudiciali periculo liberauit: filium victorem, quòd aduersus imperium suum cum hoste manus conseruerat, securi percussit: patriam Latino tumultu fessam, speciosissimo triumpho recreauit. In hoc credo fortunæ malignæ nubilo adolescentiæ contemptu perfusum, quo senectutis eius decus lucidius enitesceret.

A. V. cdxiij. Liuius 8.

DE P. AFRICANO MAIORE.

Gell. 6. cap. 8. & hoc lib. cap. 7. Vale. de Scipionis vitæ sanctitate. Liu. lib. 27. Flor. lib. 2. cap. 6. Plut. in eius vita. Auctor de vir. illust. cap. 49. Eutr. lib. 3. cap. 5. Sil. Ital. lib. 15.

Scipio autem Africanus superior, quem dij immortales nasci voluerunt, vt esset in quo se virtus per omnes numeros hominibus efficaciter ostenderet, solutioris vitæ primos adolescentiæ annos egisse fertur. Remotos quidem à luxuriæ crimine, sed tamen Punicis trophæis, deuictæ Carthaginis ceruicibus impositò iugo, teneriores.

DE C. VALERIO FLACCO Flamine.

Liuius 27.

A. V. dxliij

C. quoque Valerius Flaccus secundi Punici belli temporibus luxu perditam adolescentiam inchoauit. Cæterum à P. Licinio Pont. max. flamen captus quò facilius à vitijs recederet ad curam sacrorum & ceremoniarum conuerso animo, vsus duce frugalitatis religione, quantum prius luxuriæ fuerat exemplum tantum postea modestiæ & sanctitatis specimen euasit.

4

DE

DE Q. FABIO MAXIMO Allobrogico.

Liu. 61. Pæd. Ver. 2. Velleius. Val. supra li. 3. c. 5.

A. V. dcxxxiij.

Nihil Q. Fabio Maximo, qui Gallica victoria cognomen Allobrogici sibimet ac posteris peperit, adolescēte magis infame, nil eodem sene ornatius, aut speciosius illo seculo noſtra ciuitas habuit.

DE Q. LVTATIO CATVLO.

Liu. 90. Flor. 3. cap. 23. Plin. 19. cap. 1. Cic. in Pison. Val. supra lib 2. cap 3.

Quis ignorat Q. Catuli auctoritatem in maximo clarissimorum virorum prouentu excelsum gradum obtinuisse? Cuius si superior ætas reuoluatur, multi luxus, multæ deliciæ reperientur. Quæ quidem ei impedimento non fuerunt quo minus patriæ princeps existeret, nomenq́, eius in Capitolino fastigio fulgeret, ac virtute ciuile bellum ingenti motu oriens sepeliret.

A. V. dclxxv.

DE L. CORNELIO SVLLA FELICE.

Liu. 66. Plutar. in vita. & 75. Apoph. Mithrid. App. ciuil. 1.

A. V. dcxlvj.

L. vero Sulla vsque ad quæsturæ suæ comitia vitam libidine, vino, ludicræ artis amore, inquinatam perduxit. Quapropter C. Marium consulem molestè tulisse traditur, quòd sibi asperrimum in Africa bellum gerenti, tam delicatus quæstor sorte obuenisset: Eiusdem virtus quasi perruptis & disiectis nequitiæ, qua obsidebatur, claustris, catenas Iugurthæ manibus iniecit: Mithridatem compescuit: socialis belli flu-

A. V. dclxvij.

A. V. dclxiv. A. V. dclxv. Liui. 77. Plut. Ap. ciuil. 1.

Clus repreſſit: Cinna dominationem fregit, eumq; qui ſe in Africa quæſtorem faſtidierat, illam ipſam prouinciam proſcriptum & exulem petere coëgit. Quæ tam diuerſa, tamq; inter ſe contraria, ſiquis apud animum ſuum attentiore comparatione expendere velit, duos in vno homine Sullas fuiſſe crediderit: turpem adoleſcentem, & virum dicerem fortem, niſi ipſe felicem ſe appellari maluiſſet.

DE SVBLIMITATE A STATV HVMILI. CAP. X.

DE T. AVFIDIO.

Cic. pro Flacco, & in Bruto.

5 *ATque vt nobilitatem beneficio pœnitentiæ*
ſe ipſam admonuimus reſpicere, ita altiora
6 *modo ſuo ſperare auſos ſubtexamus. T. Auſidius*
cum Aſiatici publici exiguam admodum parti-
A. V. dcxxc. *culam habuiſſet poſteà totam Aſiam, pro conſu-*
lari imperio obtinuit. Nec indignati ſunt ſocij
eius parere faſcibus, quem aliena tribunalia adu-
7 *lantem viderant. Geſſit ſe etiam integerrimè*
atque ſplendidiſſimè, eoq; modo demonſtrauit,
priſtinum quæſtum ſuum fortunæ: præſens verò
dignitatis incrementum moribus ipſius imputari
debere.

DE P. RVPILIO.

Cic. Pæd. Verr. 4 Liu. 59. Flor. 3. cap. 19. Vide Plin. lib. 2. cap. 30.

8 *At P. Rupilius non publicanum in Siciliæ*
egit ſed opera publicanis dedit: Idem vltimam
inop

inopiam ſuam auctorato ſocijs officio ſuſtentauit.
Ab hoc poſtmodum conſule leges vniuerſi Siculi A. V.
acceperunt, acerbiſſimoq; prædonum ac fugiti- dcxxj.
uorum bello liberati ſunt. Portus ipſos, ſi quis
modo mutis rebus ineſt ſenſus, tantam in eodem
homine varietatem ſtatus admiratos arbitror.
Quem enim diurnas capturas exigentem ani-
maduerterant, eundem iura dantem, claſſéſque
& exercitus regentem viderunt.

DE P. VENTIDIO BASSO.

Velleius. Gell. 15 cap. 4. Dio. 43. Plin hiſt. lib. 7. cap. 43. Euſeb. in temporib. Plutar. Anton. App. Parth. Dio. & alij.

Huic tanto incremento maius adijciam: Aſ- A. V.
culo capto, Cn. Pompeius Magni pater P. Venti- dclxiv.
dium ætate impuberem in triumpho ſuo populi 9
oculis ſubiecit. Hic eſt Ventidius, qui poſtea Ro- A. V.
mæ ex Parthis, & per Parthos de Craſſi mani- dccxv.
bus in hoſtili ſolo miſerabiliter iacentibus, trium-
phum duxit. Itaque qui captiuus carcerem ex-
horruerat, victor Capitolium felicitate celebra-
uit. In eodem etiam illud eximium, quòd eodem
anno Prætor & conſul eſt factus.

DE VARIETATE CASVVM. CAPVT XI.

DE L. CORNELIO LENTVLO LVPO.

CAſuum nunc contemplemur varietatem. A. V.
L. Lentulus conſularis lege Cæcilia repe- dcvj.

tun

tundarum crimine oppressus, censor, cum L. Censorino creatus est. Quem quidem fortuna inter ornamenta & dedecora alterna vice versauit, consulatui illius damnationem, damnationi censuram subijciendo: & neque bonis eum perpetuis frui, neque malis æternis ingemiscere patiendo.

DE CN. CORNELIO SCIPIONE ASINA.

Liuius 17. Polyb. 1. Zonar. Flor. lib. 2. cap. 2.

A. V. dxciij. *Iisdem viribus vti voluit in Cn. Cornelio Scipione Asina, qui consul à Pœnis apud Liparas captus cum belli iure omnia perdidisset: latiore subinde vultu eius adiutus, cuncta recuperauit: consulq; etiam iterum creatus est. Quis crederet*

A. V. cdxcix 11 *illum à duodecim securibus ad Carthaginiensium peruenturum catenas? quis rursus existimaret à Punicis vinculis ad summa imperij peruenturum fastigia? sed tamen ex consule captiuus, & ex captiuo consul factus est.*

DE LICINIO CRASSO diuite.

12 *Quid? Crasso nonne pecuniæ magnitudo locupletis nomen dedit? sed eidem postea inopia turpem decoctoris superlationem intunxit. Siquidem bona eius à creditoribus, quia solidum præstare non poterat, venierunt. Ita quoque amara sugillatione non caruit: quia cum egens ambularet, Diues ab occurrentibus salutabatur.*

DE Q. SERVILIO CAEPIONE.

Liuius 67. Val. lib. 4. cap. de Amicitia Cæpio

pionem liberatum scripsit.

Crassum casus acerbitate Q. Cæpio præcurrit is namque præturæ splendore, triumphi claritate consulatus decore maximi pontificatus sacerdotio, vt senatus patronus diceretur, assecutus, in publicis vinculis spiritum deposuit, corpusq; eius funesti carnificis manibus laceratum, in scalis Gemonijs iacens, magno cum horrore totius fori Romani conspectum est.

A. V. dcxlviij.

DE C. MARIO.

Iam C. Marius maxima fortunæ luctatio est: omnes enim eius impetus tam corporis quam animi robore fortissimè sustinuit. Arpini honoribus iudicatus inferior, quæsturam Romæ petere ausus est: patientia deinde repulsarum, irrupit magis in Curiam quàm venit. In tribunatus quoque & ædilitatis petitione consimilem campi notam expertus: Præturæ candidatus supremo loco inhæsit, quam tamen non sine periculo obtinuit: ambitus enim accusatus, vix atque ægrè absolutionem à iudicibus impetrauit. Ex illo Mario tam humili Arpini, tam ignobili Roma, tamque fastidiendo candidato, ille Marius cuasit, qui Africam subegit, Iugurtham regem ante currum egit qui Teuthonorum, Cimbrorumq; exercitus deleuit. Cuius bina trophæa in vrbe spectantur, cuius septem in fastis consulatus leguntur. Cui post exilium consulem creari proscriptoque facere proscriptionem contigit. Quid huius conditione inconstantius aut mutabilius? quem si in

13

A. V. dcxxix. circiter.

Cic. pro Plancio.

A. V. dcxxxvij circiter.

14

15

A. V. dcxlix. Sal. Iugurthi Velleio Flor. & alij.

A. V. dclxvij. Liuio 80. Ap. Plut. Solin. 11. 2.

si inter miseros posueris, miserrimus: inter felices, felicissimus repertetur.

DE C. IVLIO CAESARE.

A. V. dclxvij. Suc. Plut.

C. autem Cæsar, cuius virtutes aditum sibi in cælum struxerunt, inter primæ iuuentæ initia primatus, Asiam petens, à maritimis prædonibus circa insulam Pharmacusam exceptus, quinquaginta se talentis redemit. Parua igitur summa clarissimum mundi sydus in piratico myoparone
16 *rependi fortuna voluit. Quid est ergo quod amplius de ea queramur, si ne consortibus quidem dignitatis suæ parcit? Sed cæleste numen se ab iniuria vindicauit, continuò enim captos prædones crucibus affixit.*

EXTERNA.

DE POLEMONE ATHENIENSI.

Diog. Laërt. in vita. Horat. Sat. 3. Suidas. Gellius. Cic. 4 de finibus.

Attento studio nostra commemorauimus, re-
17 *missiore nunc animo aliena narrentur. Perditæ luxuriæ Athenis adolescens Polemo, neque illecebris tantummodo, sed etiam ipsa infamia gaudens: cum è conuiuio non post occasum solis, sed post ortum surrexisset, domúmque repetens Xenocratis philosophi patentem ianuam vidisset: vino grauis, unguentis delibutus, sertis capite redimito, pellucida veste amictus, refertam turba doctorum hominum scholam eius intrauit: Nec contentus tam deformi introitu, consedit etiam, vt clarissimum eloquium & prudentissima præcepta temulentiæ lasciuijs eluderet. Orta deinde, vt par erat, omnium indignatione: Xenocrates vultum* 18
in eodem habitu continuit, missisque de quibus disserebat, de modestia ac temperantia loqui cœpit: Cuius grauitate sermonis resipiscere coactus Polemo, primum coronam capite detractam proiecit, paulo post brachium intra pallium reduxit, procedente tempore oris conuiualis hilaritatem deposuit: Ad vltimum totam luxuriam exuit, vnúsque orationis saluberrima medicina sanatus, ex infami caneone maximus philosophus euasit. Peregrinatus est huius animus in nequitia, non habitauit.

DE THEMISTOCLE ATHENIENSI.

Probus & Plut. in vita. Ælian. Var. hist. 2.

Piget Themistoclis adolescentiam attingere, siue patrem aspiciam, abdicationis murentem, no- 19
tam, siue matrem suspendio finire vitam propter filij turpitudinem coactam: cum omnium postea Graij sanguinis virorum clarissimus extiterit, 20
mediumq; Asiæ & Europæ vel spei, vel desperationis pignus fuerit: Hæc enim salutis eum suæ patronum habuit, illa vadem victoriæ assumpsit.

DE CIMONE ATHENIENSI.

Prob. in vita. & Plut.

Cimonis vero incunabula opinione stultitiæ fuerunt referta: eiusdem stultitiæ imperia salutaria

Athe

Athenienſes ſenſerunt: Itaque coëgit eos ſtuporis ſemetipſos damnare, qui eũ ſtolidum crediderant.

DE ALCIBIADE ATHENIENSI.

Probus & Plut. in vita. Iuſtin. 4. & 5. Cic. in Tuſc. Plin. lib. 14. cap. 22.

Iam Alcibiadem quaſi duæ fortunæ partitæ ſunt: Altera quæ ei nobilitatem eximiam, abundantes diuitias, formam præſtantiſſimam, fauorem ciuium propenſum, ſummia imperia, præcipuas potentiæ vires, flagrantiſſimum ingenium aſſignaret: altera quæ damnationem, exilium, venditionem bonorum, inopiam, odium patriæ,
21 *violentam mortem inſtigeret. Nec aut hæc, aut illa ſimul vniuerſa: ſed variè perplexa, freto atque æſtui ſimilia.*

DE POLYCRATE SAMIO.

Herod. 3. Strab. 14. Cic. de fi. 3. Plin. 37. cap. 1. & lib. 33 cap. 1.

Ad inuidiam vſque Polycratis Samiorum tyranni abundantiſſimis bonis conſpicuus vitæ fulgor exceſſit nec ſine cauſſa. Omnes enim conatus eius placido excipiebantur itinere: ſpes certum cupitæ rei fructum apprehendebat: vota nuncupabantur ſimul & ſoluebantur: velle ac poſſe in æquo poſitum erat: Semel duntaxat vultum mutauit, perquàm breui triſtitiæ ſalebra ſuceuſſum: tunc cum admodum gratum ſibi annulum de induſtria in profundum, ne omnis incommodi expers eſſet, abiecit: Quem tamen conti-

continuò recuperauit, capto piſce, qui eum deuorauerat. Sed hunc felicitatis ſemper plenis velis proſperum curſum tenere non potuit. Comprehẽſum enim Orontes Darij regis præfectus, in excelſiſſimo Micalenſis mõtis vertici cruci affixit. Equa putres eius artus, & tabido cruore manãtia membra, atque illam læuam, cui Neptunus annulum piſcatoris manu reſtituerat, ſitu marcidam Samos amara ſeruitute aliquandiu preſſa, liberis ac lætis oculis aſpexit. 22

DE DIONYSIO SYRACVSANO.

Iuſtin. 21. Cic. Tuſc. 3. & in Epiſt. ad Papyr. Ouĩ. de. 4 Põto. Plin. de eius exilio li. 2. c. 106.

Dionyſius autem cum hæreditatis nomine à parte Syracuſanorum, ac penè totius Siciliæ tyrannidem accepiſſet, maximarum opũ dominus, exercituum dux, rector claſſium, equitatuum potens: propter inopiam, uteras puerulos Corinthi 23 *docuit. Eodémque tempore, tanta mutatione maiores natu, nequis nimis fortunæ crederet, magiſter ludi factus ex tyranno, monuit.*

DE SYPHACE NVMIDARVM rege.

Liuius 28 Polyb. 11. Appian. in Punica.

Sequitur hunc Siphax rex, conſimilem fortunæ iniquitatem expertus, quem amicum hinc Romæ per Scipionẽ, illinc Carthago per Aſdrubalem vltrò petitum ad penates deos eius venerat. Cæterum eò claritatis euectus, vt validiſſimorum populorum tantum non arbiter victoriæ

existeret parui temporis interiecta mora, catenatus à Lælio legato ad Scipionem imperatorem pertractus est. Cuiusq; dexteram regio insidens solio arroganti manu attigerat, ad eius genua supplex prozubuit. Caduca nimium hæc & fragilia, puerilibusq; consentanea crepundiis sunt, quæ vires atque opes humanæ vocantur. Affluunt subitò, repentè dilabuntur: nullo in loco, nulla in persona stabilibus nixa radicibus consistunt: sed incertissimo flatu fortunæ, huc atque illuc acta, quos in sublime extulerunt: improuiso decursu destitutos, profundo cladium miserabiliter immergunt. Itaque neque existimari, neque dici debent bona quæ vt inflictorum malorum amaritudine desiderium sui duplicent, propensiore fauore primò delinitos, maiore postea malorum cumulo opprimere solent.

A. V. dl. Liu. 30. Polyb. 14. App. 25 Epilogus totius capitis. 26

VALERII MAXIMI LIBER VII.

DE FELICITATE.

CAP. I.

VOLVBILIS fortunæ complura exempla retulimus: constanter propitiè admodum pauca narrari possunt: Quo patet, eâ aduersas res cupido animo infligere, secundas parco tribuere: Eadem vbi malignitatis oblitisci sibi imperauit non solum plurima ac maxima, sed etiam perpetua bona congerit.

Q. METELLI MACEDONICI.

Plin. 7. cap. 44. Cicc. de finib. 5. & in Tusc. Velleius 1. Plut. in Metello. Aug. de ciuit.

Videamus ergo quot gradibus beneficiorum Q. Metellum à primi originis die, ad vltimum vsque fati tempus nunquam cessante indulgentia, ad summum beatæ vitæ culmen perduxerit. Nasci eum in Vrbe terrarum principe voluit: parentes nobilissimos dedit: adiecit animi rarissimas dotes, & corporis vires, vt sufficere laboribus possent: vxorem pudicitia & fecunditate conspicuam conciliauit. Consulatus decus, imperatoriam potestatem, speciosissimi triumphi prætextam largita est: Fecit, vt eodem tempore tres filios consulares, vnum etiam censorium: ac triumphalem, & quartum prætorium videret. Vtq; tres filias nuptum daret, earumq; sobolem sinu suo exciperet. Tot partus, tot incunabula, tot viriles togæ, tam multæ nuptiales faces, honorum, imperiorum, omnis denique gratulationis summa abundantia: cum interim nullum funus, nullus gemitus, nulla caussa tristitiæ. Cælū contemplare: vix tamen ibi talem statum reperies: quoniā quidē luctus & dolores, deorū quoq; pectoribus à maximis vatibus assignari videmus:

2 A. V. dcx. 3 A. V. dcvij. Eutrop. L. Flor. 2. c. 14. 4

Hunc autem vitæ actum eius consentaneus finis excepit. Nam Q. Metellum vltimæ senectutis spacio defunctũ, lenique genere mortis inter oscula complexusq́ charissimorum pignorum extinctum: filij, & generi humeris suis per Vrbem latum rogo imposuerunt.

A. V. dcxxxv-iij. Velleius 2. Pli. 7. c. 44.

GIGIS LYDORVM REGIS.

Plin. 6. cap. 46. Solin. 7. de Gige. Cic. 3. Offic. Herod. lib. 1.

Clara hæc felicitas: obscurior illa, sed diuino splendore præposita: Cum enim Gyges regno Lydiæ, armis & diuitijs abundantissimè inflatus Apollinem Pythium sciscitatũ venisset, an aliquis mortalium se esset felicior: deus ex abdito sacrarij specu, voce missa, Aglaum Sophidium ei prætulit. Is erat Arcadum pauperrimus, sed ætate iam senior: terminos agelli sui nunquam excesserat, paruuli ruris fructibus contentus. Verum profectò beatæ vitæ finem Apollo: non adumbratum, oraculi sagacitate complexus est. Quocirca insolèter fulgore fortunæ suæ glorianti respondit, magis se probare securitate ridens tugurium, quàm tristem curis & solicitudinibus aulam: paucasq́ glebas pauoris expertes, quàm pinguissima Lydiæ arua metu referta: & vnum aut alterum iugum boum facilis tutelæ, quàm exercitus & arma & equitatum voracibus impensis onerosum: & vsus necessarij horreolum nulli nimis appetendum, quàm thesauros omniũ insidijs & cupiditatibus expositos. Ita Gyges dum adstipu-

adstipulatorem vanæ opinionis deum habere concupiscit, vbinam solido & secura esset felicitas, didicit.

DE SAPIENTER DICTIS AVT FACTIS.

CAP. II.

NVnc id genus felicitatis explicabo, quod totum in habitu animi est: nec votis petitur, sed in pectoribus sapientia præditis natum, dictis factisq́ prudentibus enitescit.

DE AP. CLAVDIO.

Ap. Claudium crebro solitum dicere accepimus. Negotium populo Rom. melius, quàm otium committi, non quod ignoraret quàm iucundus tranquillitatis status esset, sed quod animaduerteret præpotentia imperia agitatione rerum aduirtutem capessendam excitari, nimia quiete in desidiam resolui. Et sanè negotium nomine horridum, ciuitatis nostræ mores in suo statu continuit: blandæ appellationis quies plurimis vitijs respersit.

DE P. SCIPIONE AFRICANO.

Seneca de ira 2. cap. 31. Fabio tribuit. Vegetius de re milit.

Scipio verò Africanus turpe esse aiebat in re militari dicere, Non putaram: videlicet quia explorato & excusso consilio, quæ ferro aguntur, administrari oportere arbitrabatur: summa ratione. Inemendabilis enim est error, qui

violentia Martis committitur. Idem negabat aliter cum hoste confligi debere, quàm aut si occasio obuenisset, aut necessitas incidisset: æquè prudenter. Nam & prosperè gerendæ rei facultatem omittere, maxima dementia est: & in angustias vtique pugnandi compulsum abstinere se prælio, pestiferum ignauiæ adfert exitum: Eorúmque qui ista committunt, alter beneficio fortunæ vti, alter iniuriæ nescit resistere.

DE Q. CAECILIO L. F. Metello.

A. V. dlj. Q. quoque Metelli cũ grauis, tum etiam alta in senatu sententia: qui deuicta Carthagine, nescire se, illa victoria bonine plus an mali, ceperatt, ausus esset, asseuerauit. Quoniam vt pacem restituendo profuisset: ita Annibalem, submouendo, nonnihil nocuisset. Eius enim transitu in Italiam, dormientem iam populi Romani virtutem excitatam: metuq; debere, ne acri æmulo liberata in eundem somnum reuolueretur. In æquo igitur malorum posuit, vri tecta, vastari agros, exhauriri ærarium, & prisci roboris neruos habetari.

DE L. FIMBRIA. Cicer. Offi. 3.

Quid illud factum L. Fimbriæ consularis, quam sapiẽs? à M. Lutatio Pythia splẽdido equite Rom. iudex aditus de sponsione, quàm is cum
2 aduersario, * quòd vir bonus esset, fecerat: nunquam id iudicium pronuntiatione sua finire voluit. Ne aut probatum virum, si contra eum iudicas-

set, fama spoliaret: aut iuraret virum bonum esse, cùm ea res innumerabilibus laudibus contineatur.

DE L. PAPIRIO L. F. Cursore cos.

Liui. 10 Front. Orosi. 3. cap. 22

Forensibus hæc, illa militaribus stipendiis pru- A. V. dentia exhibita est. Papirius Cursor consul cum cdxx. Aquiloniam oppugnans prælium vellet committere, pullarius q; nõ prosperantibus auibus ementitus optimum ei auspicium renuntiasset, de fallacia illius factus certior, sibi quidem & exercitui bonum omen datum credidit, ac pugnam iniit. Cæterum mendacem ante ipsam aciem constituit: vt haberent dij, cuius capite, si quid ira conceperant, expiarent. Directum est autem siue casu, siue etiam cœlestis numinis prouidentia, quod primum è contraria parte missum erat telum, in ipsum pullarij pectus, eumq; exanimem prostrauit. Id vbi consul cognouit, fidente animo & hostes inuasit: & Aquiloniam cepit. Tam 4 cito animaduertit, quo pacto iniuria imperatoris vindicari deberet, quemadmodum violata religio expianda foret, & qua ratione victoria apprehendi posset: Egit virum seuerum: consulem religiosum, imperatorem strenuum: timoris modum, pœnæ genus, spei viam, vno mentis impetu rapiendo.

DE SENATV ROM. Liuius 27.

A. V. dxlvj.

Nunc ad senatus acta transgrediar. Cum aduersus Annibalem senatus Claudium Neronem & Liuium Salinatorem consules mitteret, eosq; vt virtutibus pares, ita inimicitijs acerrimè inter se dissidentes videret: summo studio in gratiam reduxit, ne propter priuatas dissensiones, remp. parum vtiliter administrarent. Quia consimili imperio, nisi concordia inest, maior aliena opera interpellandi, quàm sua edendi cupiditas
5 *nascitur: vbi verò etiam pertinax intercedit odiũ,*
6 *alter alteri, quàm è contrarijs castris vtrique certior hostis proficiscitur.*

Liuius 29.

A. V. dxlix.

Eosdem senatus cum ob nimis asperè actam censuriã à Cn. Babio trib. pl. pro Rostris agerentur: ei caussa dictione decreto suo liberauit. Vacuum omnis iudicij metu eum honorem reddendo, qui exigere debet rationem non reddere.

Plutarch. in Gracch. App. ciui. 1. Liui. 8.

A. V. dcxx.

Par illa sapientia senatus, qua Ti. Gracchum trib. pleb. Agrariam legem promulgare ausum, morte multauit: Idem vt secundum legem eius per triumuiros ager populo viritim diuideretur, egregiè censuit. Siquidem grauissimæ seditionis eodem tẽpore & auctorem & caussam sustulit.

A. V. dcxx. circiter.

Quàm deinde se prudenter in rege Masanissa gessit? Nam cum promptissima & fidelissima eius opera aduersus Carthaginienses vsus esset, eumq; in dilatando regno auidiorem cerneret: legem ferri iussit, qua Masanissæ ab imperio populi

puli Rom. solutam libertatem tribueret. Quo facto cum optimè meriti beneuolentiam retinuit, tum Mauritaniæ & Numidiæ, ceterarumq; illius tractus gentium nunquam fida pace quiescentem feritatem, à valuis suis repulit.

EXTERNA.

DE SOCRATE ATHENIENSI.

Vide Platonem in Alcibiade 2. Cic. de Senect. Solin. cap. de homine. Plin lib. 7 cap. 31. & lib. 34. cap. 6.

Tempus deficiet domestica narrantem: quoniam imperium nostrum non tam robore corporum, quàm animorum vigore incrementum ac tutelam sui comprehendit. Maiore itaque ex parte Romana prudentia in admiratione tacita reponatur, alienigenisq; huius generis exemplis detur aditus. Socrates humanæ sapientiæ quasi quoddam terrestre, oraculum, nihil vltra petendum à dijs immortalibus arbitrabatur, quàm vt bona tribuerent. Quia ij demum scirent quid vnicuique esset vtile: nos autem plerunque id votis expetere, quod non impetrasse melius foret. Etenim densissimis tenebris inuoluta mortalium mens, in quàm latè patentes errores cæcas precationes tuas spargis? Diuitias appetis, quæ multis exitio fuerunt: honores concupiscis, qui cõplures pessundederunt: regna tecum ipsa voluis, quorum exitus sæpenumero miserabiles cernuntur: splendidis coniugijs inijcis manus: at hæc vt

aliquando illustrant, ita nonnunquam funditus domos euertunt. Desine igitur stulta futuris malorum tuorũ caussis, quasi felicissimis rebus inhiare, téque totum cælestium arbitrio permitte! Quia qui tribuere bona ex facili solent, etiam eligere aptissima possunt. Idem expedita & compendiaria via eos ad gloriam peruenire dicebat, qui id agerent, vt quales videri vellẽt, tales etiam essent. Qua quidem prædicatione apertè monebat, vt homines ipsam potius virtutem, quàm vmbram eius consectarentur.

Laërt. in vita.

Idem ab adolescentulo quodam consultus, vxorem duceret, an se omni matrimonio abstineret: respondit vtrum eorum fecisset, acturum pœnitentiam. Hic te, inquit, solitudo, hic orbitas, hic generis interitus, hic hæres alienus excipiet: illic perpetua solicitudo, contextus querelarum, dotis exprobratio, affinium graue supercilium, garrula socrus, lingua, subsessor alieni matrimonij, incertus liberorum euentus. Non passus est iuuenem in contextu rerum asperarum, quasi lætæ materiæ facere delectum. 7

Laërt. in vita.

Idem cùm Athenienſium scelerata dementia tristem de capite eius sententiam tulisset, fortiq; animo & constanti vultu potionem veneni è manu carnificis accepisset: admoto iam labris poculo, vxori Xantippæ inter fletum & lamentationem vociferanti innocentem eum perimi.

Quid

Quid ergo? inquit, nocenti mihi mori satius esse duxisti? O immensam illam sapientiam, quæ ne in ipso quidem vitæ excessu obliuisci sui potuit.

DE SOLONE ATHENIENSI.

Plut. in vita. Herod. in Clio. Ouid. 1. Metamor.

Age, quàm prudenter Solon, neminem, dum adhuc viueret, beatum dici debere arbitrabatur: quod ad vltimum vsque fati diem ancipiti fortunæ subiecti essemus. Felicitatis igitur humanæ appellatione rogus cõsummat, qui se incursui malorum obiicit.

Idem cum ex amicis quendam grauiter mœrentem videret, in arcem perduxit, hortatúsque est vt per omnes subiectorum ædificorum partes oculos circumferret: Quod vt factum animaduertit, cogita nunc tecum, inquit, quàm multi luctus sub his tectis & olim fuerint, hodieq; versentur, insequentibúsque seculis sint habituri: ac mitte mortalium incommoda tanquam propria deflere. Qua consolatione demonstrauit vrbes esse humanarum cladium consepta miseranda. Idem aiebat, si in vnum locum cuncti mala sua contulissent: futurum, vt propria deportare donum, quẽm ex communi miseriarum acerno portionem suam ferre mallent. Quo colligebat non oportere nos quæ fortuito patimur, præcipua & intolerabilis amaritudinis iudicare. 8

DE BIANTE PRIENENSI.

Cic. Paradox. Senec. de Tranquil. 2. cap. 5. Plutarch. in Apophtheg.

Bias

Bias autem, cum patriam eius Prienem hostes inuasissent: omnibus, quos modo sæuitia belli incolumes abire passa fuerat, pretiosarum rerum pondere onustis fugientibus: interrogatus, quid ita nihil ex bonis suis secum ferret: Ego verò (inquit) bona mea mecum porto. Pectore enim illa gestabat, non humeris: non oculis visenda, sed æstimãda animo. Quæ domicilio mentis inclusa, nec mortalium, nec deorum manibus labefactari queunt: & vt manentibus præstò sunt, ita fugientes non deserunt.

DE PLATONE ATHENIENSI.

Plato. epist. 7. Cic. epist. 1. ad Q. fratrem.

Iam Platonis verbis adstricta, sed sensu prævalens sententia. Qui tum demum beatum terrarum orbem futurum prædicauit: cum aut sapientes regnare, aut reges sapere cœpissent.

DE ANTIGONO REGE.

Stobæus serm. 47.

Rex etiam ille subtilis iudicij: quem ferunt traditum sibi diadema, priusquam capiti imponeret, retentum diu considerasse, ac dixisse: O nobilem magis quàm felicem pannum! quem siquis penitus cognoscat, quàm multis solicitudinibus, & periculis, & miserijs sit refertus: ne humi quidem iacentem tollere vellet.

DE XENOCRATE PHILOSOPHO.

Stobæus serm. 31. Plutarch. de bona valetudine. Simonidi attribuunt.

Quid

Quid Xenocratis responsum, quam laudabile? cum maledico sermoni quorundam summo silentio interesset: vno ex his quærente cur solus ita linguam suam cohiberet. Quia dixisse me, inquit, aliquando pœnituit, tacuisse nunquam.

DE ARISTOPHANE COMICO.

Aristoph. in Ranis Aeschylo non Pericli hoc apophthegma attribuit.

Aristophanis quoque altioris est prudentiæ 9
præceptum, qui in cœmedia introduxit remissum ab inferis Atheniensem Periclem, vaticinantem non oportere in vrbe nutriri leonem. Sin autem sit alitus, obsequi ei conuenire. Monet enim vt præcipuæ nobilitatis & concitati ingenij iuuenes refrenentur. Nimio verò fauore ac profusa indulgentia pasti, quo minus potentiam obtineant, ne impediantur: quod stultum sit, & inutile eas obtrectare vires, quas ipse foueris.

DE THALETE PHILOSOPHO.

Laërt. in vita. Cic. de Leg.

Mirificè etiam Thales: nam interrogatus an sacta hominum deos fallerent: Nec cogitata, inquit. Vt non solum manus, sed etiam mentes puras habere vellemus: cum secretis cogitationibus nostris cæleste numen adesse credidissemus. καρδιοθεός.

Cic. Offi. 2. Plutarch. in vita & Apoph.

Ac ne quod sequitur quidem minus sapiens. Vnicæ filiæ pater Themistoclem consulebat vtrum eam pauperi, sed ornato: an locupleti patrum probato collocaret. cui is, Malo, inquit, virum

rum pecunia, quàm pecuniam viro indigentem. Quo dicto stultum monuit vt generum potius, quam diuitias generi legeret.

Cic. Offic. 2. Plutar. in Alex. vita.

Age, Philippi quàm probabilis epistola, in qua Alexandrum quorundam Macedonum beneuolentiam largitione ad se attrahere conatum sic increpuit: Quæ te fili ratio in hanc tam vanam spem induxit, vt eos tibi fideles futuros existimares, quos pecunia ad amorem tui compulisset? à charitate istud præstatur. At verò ante Philippus maiore ex parte mercator Græciæ, quàm victor.

Plutarch. Alex. Laërt. Aristot. Curt. 8 Iust. 15. Attia. lib 4.

Aristoteles autem Callisthenem auditorem suum ad Alexandrum dimittens, monuit, vt cum eo aut rarissimè, aut quàm incundissimè loqueretur: quo scilicet apud regias aures vel silentio tutior, vel sermone esset acceptior. At ille dum Alexandrum Persica Macedonum salutatione
10 *gaudentem obiurgat, & ad maiorum mores inuitum reuocare perseuerat, spirittu carere iussus, seram neglecti salubris consilij pœnitentiam egit. Idem Aristoteles de semetipso in neutram partem loqui debere prædicabat: quoniam laudare se, vani: vituperare, stulti esset. Eiusdem est vtilissimum præceptum, Vt voluptates abeuntes consideremus: quas quidem sic ostendendo minuit: Fessas enim, pœnitentiaq; plenas animis nostris*

subiecit, quo minus cupidè repetantur.

DE ANAXAGORA CLAZomenio.

*Nec parum prudenter Anaxagoras interroganti cuidam quisnam esset beatus: Nemo, inquit, ex his quos tu felices existimas: sed eum in illo numero repertes, qui à te ex miseris constare creditur. Nō erit ille diuitijs & honoribus abūdans: sed aut exigui ruris, aut non ambitiosæ doctrinæ fidelis ac pertinax cultor, in * secessu* al. recess.
quàm in fronte beatior.

DE DEMADE ATHENIENSI.
Vide Suidam. Plut. in Alexand.

Demadis quoque dictum sapiens: nolentibus enim Athenensibus diuinos honores Alexandro decernere, Videte (inquit) ne dum cælum custoditis, terram amittatis.

DE ANACHARSIDE SCYTHA.
Plutarch. Solone. Stob. serm. 43.

Quā porrò subtiliter Anacharsis leges aranearum telis comparabat: Nam vt illas infirmiora animalia retinere, valentiora transmittere: ita 11
his humiles & pauperes constringi, diuites & propotentes non alligari videmus.

DE AGESILAO LACEdæmonio.

Plutarch. Apophth. aliter. Cic. vlt. Tuscul. Herod. de eo lib. 3.

Nihil etiam Agesilai facto sapientius: si quidem cum aduersus remp. Lacedæmoniorum con-

spirationem ortam noctu comperisset, leges Lycurgi continuò abrogauit, quæ de indemnatis supplicium sumi vetabant: Comprehensis autem & interfectis sontibus, easdem euestigio restituit. Atque vtrumque simul prouidit, ne salutaris animaduersio vel iniusta esset, vel iure impediretur: Itaque vt semper esse possent, aliquando non fuerunt.

DE ANNONE POENO.

Liuius 22. 23. Zonaras de Cannensi pugna Polyb. lib. 5. Plin. lib. 15. cap. 18. lib. 33. cap. 1. Lact. lib. 2. Fron. lib. 2. cap. 2. de mensura mod. Flor. Epit. lib. 2. cap. 6. Aug. de ciu. li. 3. cap. 19.

A. V. dxxxvij. *Sed nescio an Annonis excellentioris prudentiæ consilium. Magone enim Cannensis pugna exitum senatui Pœnorum nuntiante, inq; tanti successus fidem annulos aureos trium modiorum mensuram explentes effundente, qui interfectis nostris ciuibus detracti erant: quæsiuit an aliquis sociorum post tantam cladem à Romanis defecisset: Atque vt audiuit neminem ad Annibalem transisse, suasit protinus vt legati Romam, per quos de pace ageretur, mitterentur: cuius si sententia valuisset, neque secundo Punico bello victa Carthago, neque tertio deleta foret.*

DE HERENNIO PONTIO Samnite.

Pro hac historia lege Liui. lib. 9. Flor. Ep. li. 1. cap. 16. Plut. cap. 6. Paral. Auct de vir. illust. cap. 30. Val. cap. 1. lib. 3. Aug. de ciuit. lib. 5. c. 7. Luc.

Luc. in 2. Cic. Off. 2. & de hac clade etiam Eut. & Orosius.

A. V. dcxxxij. *Ne Samnites quidem paruas pœnas consimilis erroris pependerunt, quod Herennij Pontij salutare consilium neglexerunt: Qui auctoritate & prudentia cæteros præstans: ab exercitu & eius duce filio suo consultus, quidnam fieri de legionibus Romanis apud Furcas Caudinas inclusis deberet, inuiolatas dimittendas respondit. Postero die eadem de re interrogatus, deleri eas oportere dixit: vt aut maximo beneficio gratia hostium emeretur, aut grauissima iactura vires confringerentur. Sed improuida temeritas victorum, dum vtramque partem spernit vtilitatis, sub iugum missas in perniciem suam accendit.*

DE CRETENSIBVS.

Multis & magnis sapientiæ exemplis paruulum adiiciam. * *Cretenses cum acerbissima execratione aduersus eos, quos vehementer oderunt,* al. Cretes: *vti volunt, vt mala consuetudine delectentur, optant, modestoq; voti genere efficacissimum vltionis euentum reperiunt. Inutiliter enim aliquid concupiscere, & in eo perseueranter morari, exitio, victima dulcedo est.*

DE VAFRE DICTIS AVT FACTIS.

CAP. III.

EST aliud factorum dictorumq; genus à sapientia proximo deflexu ad Vafri nomen progressum: quod nisi fallacia vires assumpserit, 1

al. finem. *fidem propositi non inuenit: laudémque occulto magis tramite, quàm aperta via petit.

DE ANTISTITE TEMPLI Dianæ.

Liuius lib. 1. Plutarch. Problem.

A. V. CC. circiter. Ser. Tullio regnante, cuidam patrifamilias in agro Sabino præcipuæ magnitudinis & eximiæ formæ vacca nata est. Quam oraculorum certissimi auctores in hoc à dijs immortalibus editam responderunt, vt quisquis eam Auentinensi 2 Dianæ immolasset, eius patria totius terrarum orbis imperium obtineret. Lætus eo dominus, bouem cum summa festinatione Romam actam, in 3 Auentino ante aram Dianæ constituit, sacrificio Sabinis regimen humani generis daturus: De qua re antistes templi certior factus, religionem hospiti intulit, ne prius victimam cæderet, quàm proximi amnis aqua se abluisset. Eoq; alueum Tiberis petente, vaccam ipse immolauit, & vr- 4 bem nostram tot ciuitatum, tot gentium dominam, pio sacrificij furto reddidit.

DE L. IVNIO BRVTO.

Liuius 1. Dionys. 4. Plin. hist. lib. 15. cap. vlt. Ouid. lib. 2. Fast.

Quo in genere acuminis in primis Iunius Brutus referendus est: Nam cum à rege Tarquinio auunculo suo omnem nobilitatis indolem excerpi, interq; cæteros etiam fratrem suum, quod vegetioris ingenij erat, interfectum animaduerteret, obtusi se cordis esse simulauit, eaq; fallacia maxi-

maximas virtutes suas texit. Profectus etiam Delphos cum Tarquinij filijs, quos is ad Apollinem Pythium muneribus sacrificijsq; honorandum miserat, aurum deo nomine domi clàm cauato baculo inclusum tulit: quia timebat ne sibi cælestè numen aperta liberalitate venerari tutum non esset. Peractis demde mandatis patris, Apollinem iuuenes consuluerunt: quisnam ex ipsis Romæ regnaturus videretur. At is penes eum summam Vrbis nostræ potestatem futuram respondit, qui ante omnes matri osculum dedisset. Tunc Brutus, perinde atque casu prolapsus, de industria se abiecit: terramq; communem omnium matrem existimans, osculatus est. Quod tam vafrè telluri impressum osculum, Vrbi libertatem, Bruto primum in fastis locum tribuit. A. V. CCL. circiter. A. V. CCXLIIIJ. Liu. Dio. & alij.

DE P. SCIPIONE AFRICANO maiore.

Liui. 29. Flor. lib. 2. cap. 6 Plut. in Scip.

Scipio quoque superior præsidium calliditatis amplexus est. Ex Sicilia enim petens Africam, cum ex fortissimis peditibus Romanis trecentorum equitum numerum complere vellet, neque tam subito posset eos instruere: quod temporis angustiæ negabant, sagacitate consilij assecutus est. Namque ex ijs iuuenibus, quos secum ex 5 tota Sicilia nobilissimos, & ditissimos, sed inermes habebat, trecentos speciosa arma & electos quos quàm celerrimè expedire iussit, velut eos continuo secum ad oppugnandam Carthaginem 6

A. V. DXLVIIJ.

aduectlurus, Qui cum imperio vt celeriter, ita longinqui & periculosi belli respectu solicitis animis paruissent: remittere se Scipio illam expeditionem, si arma & equos militibus suis traderet, eduxit: Raput conditionem imbellis ac timida iuuentus, instrumentoq; suo cupidè nostri cessit. Ergo callliditas ducis prouidit, vt si quod protinus imperaretur, graue prius, deinde remisso militiæ metu maximum beneficium fieret.

DE Q. FABIO LABEONE.

Cic. Offic. lib. 1.

A. V. dlxix. circiter. Quod sequitur narrandum quoque est. Q. Fabius Labeo arbiter à senatu finium constituendorum inter Nolanos & Neapolitanos datus, cum in rem præsentem venisset, vtrosque separatim monuit: vt omissa cupiditate, regredi modo controuerso, quàm progredi mallent: Idq; cum vtraque pars auctoritate viri mota fecisset, aliquantum in medio vacui agri relictum est. Constitutis deinde finibus vt ipsi terminauerãt: quicquid reliqui soli fuit, populo Romano adiudicauit: Cæterum etsi circumuenti Nolani ac Neapolitani queri nihil potuerunt, secundum ipsorum demonstrationem dicta sententia: improbo tamen præstigiorum genere nouum ciuitati nostræ vectigal acceßit. Eundem ferunt cum à rege Antiocho, A. V. dlxiiij. Liui. 38. aliter. quem bello superauerat, ex fœdere isto dimidiam partem nauium accipere deberet, medias omnes secuisse, vt eum tota classe priuaret.

DE

DE M. ANTONIO ORATORE.

Cic. pro Cluentio, & de Claris Orat.

Iam M. Antonio remittendum conuitium est: qui idcirco se aiebat nullam orationem scripsisse, vt si quid superiore iudicio actum, ei quem postea defensurus esset, nociturum foret, non dictum à se affirmare posset. Qui facti vix pudentis, tolerabilem causam habuit: pro periclitantium enim capite, non solum eloquentia sua vti, sed etiam verecundia abuti erat paratus.

DE Q. SERTORIO.

Front. Strat. 1. c. 10. Plut. in vita Gell. li. 15. c. 22.

Sertorius vero corporis robore, atque animi consilio parem naturæ indulgentiam expertus, proscriptione Sullana dux Lusitanorum fieri coactus, cum eos oratione flectere non posset, ne cum Romanorum vniuersa acie confligere vellent, vafro consilio ad suam sententiam perduxit. Duos enim in conspectu eorum constituit equos, alterum validissimum, alterum infirmissimum: ac deinde validi caudam ab imbecillo sene paulatim carpi, infirmi à iuuene eximiarum virium vniuersam conuelli iussit: Obtemperatum imperio est. Sed dum adolescens dextra irrito se labore fatigat, senio confecta manus ministerium executa est. Tunc barbaræ concioni, quorsum ea res tenderet cognoscere cupienti, subiecit: Equi caudæ consimilem esse Romanorum exercitum: cuius partes aliquis aggrediens opprimere possit: vni-

A. V. dclxxv.

uersum conatus prosternere, celerius tradiderit victoriam, quàm occupauerit. Ita gens barbara, aspera, & regi difficilis, in exitium suum ruens, quam vtilitatem auribus respuerat, oculis præuidit.

DE Q. FABIO MAX. *Verrucosso.*

Liuius 23. de Marcello narrat idem. Plutar. Valerio congruit.

Fabius autem Maximus, cuius non dimicare, vincere fuit: cum præcipuæ fortitudinis Nolanum peditem dubia fide suspectum, & strenuæ operæ Lucanum equitem amore scorti deperditum in castris haberet: vt vtroque potius bono milite vteretur, quàm in vtrumque animaduerteret: alteri suspicionem suam dissimulauit, in altero disciplinam paululum à recto tenore desle-
A. V. dxxxvij. *xit. Nam illum plenè pro tribunali laudando, omnique genere honoris prosequendo animum*
A. V. dxliv. *suum à Pœnis ad Romanos coëgit reuocare: &*
Plut. Fab. *hunc clàm meretricem redimere passus, paratissimum pro nobis excursorem reddidit.*

DE M. VOLVSIO SATVRnino æd. pl.

Appian. ciuil. 4.

A. V. dcx. *Veniam nunc ad eos, quibus salus astutia quæsita est, M. Volusius ædilis plebis proscriptus, assumpto Isiaci habitu, per itinera viasq; publicas stipem petens, quisnam re vera esset, occurrentes dignoscere passus non est. Eoq; fallaciæ genere tect*

tectus, in M. Bruti castra peruenit. Quid illa necessitate miserius, quæ magistratum populi Rom. abiecta honoris prætexta, alienigenæ religionis obscuratum insignibus, per Vrbem iussit incedere? Omnes autem hi suæ vitæ, aut illi alienæ mortis cupidi, qui talia vel ipsi sustinuerunt, vel alios perpeti coëgerunt.

DE SENTIO SATVRNINO.

Appian. ciuil. 4. de Pomponio.

Aliquanto speciosius Sentij Saturnini Vetu- 9
lionis in eodem genere casus vltimæ sortis auxi- A. V. dcx.
lium. Qui cum à triumuiris inter proscriptos nomen suum propositum audisset, continuo prætu-
*ræ insignia inuasit: precedentibusq; in modum lictorum & aparitorum, publicorumque seruorum subornatis, vehicula comprehendit, hospitia occupauit, obuios submouit, ac tam audaci vsurpatione imperij, in maxima luce densissimas hostilibus oculis tenebras effudit. Idem vt Puteolos venit, perinde ac publicum ministerium agens, summa cum licentia correptis nauibus in Siciliam, certissimum tunc proscriptorum * profu-* al. perfugium.
gium penetrauit.

DE PATRE QVODAM.

His vno adiecto leuioris notæ exemplo, ad externa conuertar. Amantissimus quidam filij, cum eum inconcessis ac periculosis facibus accensum ab insana cupiditate inhibere vellet, salubris consilij astutia patriam indulgentiam temperauit. Petijt enim vt prius quàm ad eam, quam

Incas quàlibet ante velim. Ouid. de remed. amoris.

diligebat. iret, vulgari ac permissa Venere vteretur. Cuius precibus obsecutus adolescens, infelicem animi impetum satietate concubitus licitti resolutum, ad id, quod non licebat, tardiorem pigriorémque asserens, paulatim deposuit.

11 EXTERNA.

DE ALEXANDRO MAGNO & quodam asinario.

Plut. lib. περὶ ἀοργησίας.

Cum Alexander Macedonum rex sorte monitus vt eum quo sibi porta egresso primus occur-
12 risset, interfici iuberet, asinarium forte ante omnes obuiam factum, ad mortem arripi imperauit. Eo̓ quærente quidnam se immerentem capitali supplicio, innocentémque addiceret: cum ad excusandum factum suum oraculi præceptum retulisset: asinarius, Si ita est, inquit, rex, alium sors huic morti destinauit: nam asellus, quem ego ante me agebam prior tibi occurrit. Delectatus Alexander & illius tam callido dicto & quòd ab errore ipso reuocatus erat, occasionem in aliquanto viliore animali expiandæ religionis rapuit. Summa in hoc cum calliditate mansuetudo, summa quoque in alterius regis equisone calliditas.

DE DARII REGIS EQVISONE. Iustin. lib. 1. Herodot. 3.

13 Sordida Magorum dominatione oppressa, Darius Rex adiutoribus eiusdem dignitatis assumptis, pactum cum præclari operis consortibus fecit: vt

vt equis insidentes, solis ortu cursum in quendam locum dirigerent: is̓q; regno potiretur. cuius equus in eo primus hinnisset. Cæterum maxime mercedis competitoribus fortunæ beneficium expectantibus, solus acumine equisonis sui * Ebaris prosperum exoptatæ rei effectum assecutus est: qui in equæ genitalem partem demissam manum, cum ad eum locum ventum esset, naribus equi admouit. Quo odore irritatus, ante omnes hinnitum edidit: Auditoq; eo, sex reliqui summæ potestatis candidati continuo equis delapsi, (vt est mos Persarum) humi prostratis corporibus Darium regem salutauerunt. Quantum imperium, quàm paruo interceptum est vaframento.

al. Oebaris.

DE BIANTE PRIENNENSI.

Arist. 2. Rhetor. Alij aliis adscribunt. Gellius lib. 1. cap. 3. & Chiloni vt Plut. attribuit. Laërt. Bianti. ipsa posuit Euripides in Hippolyto.

Bias autem, cuius sapientia diuturnior inter homines est, quàm patria Priene fuit (siquidem illa etiam nunc spirat, huius perinde atque extinctæ vestigia tantummodò extant) ita aiebat. oportere homines in vsu amicitiæ versari: vt meminissent eam ad grauissimas inimicitias posse conuerti. Quod quidem præceptum prima specie nimis fortasse callidum videatur, inimicúmque simplicitati, qua præcipuè familiaritas gaudet: sed si altioribus animis cogitatio demissa fuerit, perquam vtile reperietur.

Aliter Cic. in Lælio.

DE ANAXIMENE.

Pausan. Eliaca. 2. Suidas Plut. περὶ ἀοργησίας. Alij hoc Aristoteli tribuunt.

Lampsacenæ verò vrbis salus vnius vasamenti beneficio constitit. Nam cum ad excidium eius summo studio. Alexander ferretur, progressumq; extra mœnia Anaximenem præceptorem suum vidisset, quia manifestum erat, futurum vt preces suas iræ eius opponeret, non facturum se quod petisset iurauit. Tunc Anaximenes, Peto, inquit, vt Lampsacum diruas. Hæc velocitas sagacitatis oppidum vetusta nobilitate inclytum exitio cui destinatum erat subtraxit.

DE DEMOSTHENE ORATORE.

Ælian. de varia historia.

Demosthenis quoque astutia mirificè cuidam ancillæ succursum est, quæ pecuniam depositi nomine à duobus hospitibus acceperat, ea conditione vt illam simul vtrisque redderet. Quorum alter interiecto tempore tanquam mortuo socio squalore obsitus, decepta ea omnes nummos abstulit. Superuenit deinde alter, & depositum petere cœpit. Hærebat misera in maxima pariter & pecuniæ & defensionis penuria. iamque de la-
15 *queo & suspendio cogitabat: Sed opportunè De-*
16 *mosthenes ei patronus adfulsit: qui vt in aduocationem venit, Mulier, inquit, parata est depositi se fide soluere: sed nisi socium adduxeris, id facere non potest. Quoniam vt ipse vociferaris,*

hæc dicta est lex, ne pecunia alteri sine altero numeretur.

DE QVODAM ATHENIENSI.

Ac ne illud parum quidem prudenter. Quidam Athenis vniuerso populo inuisus, caussam apud eum de capitali crimine dicturus, maximum honorem subitò petere cœpit: Non quòd speraret se illum consequi posse, sed vt haberent homines vbi procursum iræ, qui acerrimus esse solet, effunderent. Neque enim hæc tam callidi consilij ratio fefellit: comitijs enim clamore infesto, & crebris totius concionis sibilis vexatus, nota etiam denegati honoris perstrictus, eiusdem plebis paulo post in discrimine vitæ clementissima suffragia expertus est. Quòd si adhuc ei vltionem sitienti, capitis sui periculum obiecisset, nullam partem defensionis odio obseratæ aures recepissent.

DE ANNIBALE GISGONIS. F. Pœno.

Zonaras, Orosius lib. 4. cap. 7. Auctor. de vir. illust. cap 38

Huic vasramento consimilis illa calliditas. Superior Annibal à Duilio consule nauali prælio A. V. edxciij.
victus, timénsque classis amissæ pœnas dare, offensam astutia mirè auertit: Nam ex illa infelici pugna prius quàm cladis nuntius domum perueniret, quendam ex amicis compositum & ornatum Carthaginem misit. Qui posiquam ciuitatis 18
eius curiã intrauit: Consulit, inquit, vos Annibal,

cum

cum dux Romanorum magnas secum maritimas trahens copias aduenerit, an cum eo confligere debeat: Acclamauit vniuersus senatus, non esse dubium quin oporteret: tum ille: Conflixit, inquit & superatus est. Ita liberum ijs non reliquit id factum damnare, quod ipsi fieri debuisse iudicauerant.

DE ANNIBALE AMILCARIS F. Pœno.

Liui. 22. Plut. in Fabio. Front. 1. cap. 8. & Iustin.

19 Alter item Annibal Fabium Maximum inuictam armorum suorum vim saluberrimis cunctationibus pugnæ ludificantem, vt aliqua suspicione trahendi belli respergeret, totius Italiæ agros ferro atque igni vastando, vnius eius fundum immunem ab hoc iniuriæ genere reliquit.

A. V. dxxxv.

20 Profecisset aliquid tãti beneficij insidiosa adumbratio: nisi Romanæ vrbi & Fabij pietas, & Annibalis vafri mores fuissent notissimi.

DE TVSCVLANIS.

Liuius 6. Plut. Camillo.

Tusculanis etiam acumine consilij incolumitas parta est. Cum enim crebris rebellationibus meruissent, vt eorum vrbem funditus Romani euertere vellent, atque ad id exequendum Furius Camillus dux, validissimo instructus exercitu veniisset: vniuersi ei togati obuiam processerunt, commeatúsque, & cætera pacis munia benignissimè præstiterunt, Armatum etiã intrare mœnia

A. V. ccclxxiij.

21

passi sunt, nec vultu nec habitu mutato. Qua constantia tranquillitatis non solum ad amicitiæ nostræ ius: sed etiam ad communionem ciuitatis quam vsque cupierant penetrauerunt. Sagaci hercule vsi simplicitate: quoniam aptius esse intellexerant, metum officio dissimulare, quàm armis protegere.

22

23

DE TVLLO ATTIO VOLSCORUM duce.

Liuius 2. Plut. Coriolano. Dionys. 8.

At Volscorum ducis Tulli execrabile consilium: Qui ad bellum inferendum Romanis maxima cupiditate accensus, cum aliquot aduersis prælijs contusos animos suorum, & ob id paci proniores animaduerteret: insidiosa ratione, quò volebat, compulit. Nam cum spectandorum ludorum gratia magna Volscorum multitudo Romam conuenisset: consulibus dixit, Vehementer se timere, nequid hostile subitò molirentur: monuítque vt essent cautiores, & protinus ipse vrbe egressus est. Quam rem consules ad senatum retulerunt, qui, tametsi nulla suspicio suberat, auctoritate tamen Tulli commotus, vt ante noctem Volsci abirent, decreuit. Qua contumelia irritati facile impelli potuerunt ad rebellandum. Ita mendacium versuti ducis, simulatione beneuolentiæ inuolutum, duos simul populos fefellit: Romanum, vt insontes notaret: Volscum, vt deceptis iraſceretur.

A. V. dcclxiv.

DE

DE STRATAGEMATIS.

CAP. IIII.

1 ILla vero pars calliditatis egregia, & ab omni reprehensione procul remota, cuius opera, quia appellatione nostra vix apte exprimi possunt, Græca pronuntiatione Stratagemata dicuntur.

TVLLI HOSTILII REGIS.

Liui. 1. Dion. 3. Flor. lib. 1. cap. 3. Seru. Æn. 8. Auct. de vir. illust. cap. 4. Plin. hist. lib. 2 cap. 55. & lib. 28. cap. 2. Aug. de ciu. lib. 3. cap. 15. Vir. 6. Æneid. Eutrop. in 1. Oros. in 2. de Suffecij morte Gell. cap. 1. lib. 20. Plut. cap. 14. Paral. Virg. 8 Æn. Claud. in Gildonem.

A. V. XC. Omnibus militaribus copijs Tullo Hostilio Fidenas aggresso: quæ surgentis imperij nostri incunabula crebris rebellationibus torpere passæ non sunt: sinitimisque trophæis ac triumphis altam virtutem eius, spes suas vlterius promouere docuerunt, Metius Suffetius dux Albanorum, dubium & suspectam semper societatis suæ fidem repente in ipsa acie detexit: Detecto enim Romani exercitus latere, in proximo colle consedit, pro adiutore speculator pugnæ futurus, vt aut victis insultaret, aut victores fessos aggrederetur. Non erat dubium quin ea res militum nostrorum animos debilitatura esset, cum eodem tempore & hostes confligere, & auxilia deficere cernerent. Itaque ne id fieret, Tullus prouidit: concitato enim equo omnes pugnantium globos præ

præcurrit, prædicans suo iussu secessisse Metium, eumque, cum ipse signum dedisset, inuasurum Fidenatium terga. Quo imperatoriæ artis consilio metum fiducia mutauit, próque trepidatione, alacritate suorum pectora repleuit.

SEX TARQVINII L. F.

Liuius 1. Dionys. 4. Flor. Ep. cap. 7. lib. 1. Front. lib. 1. cap. 1. Ouid 2. Fast. de Tarquinio superbo vide Plin. lib 19. cap. 4. & 8. Ser. Æn. 6. Aug. de ciuit. lib. 3. c. 15. Eutrop. lib 1. Oros. 2. Euseb. lib. de temp. Auct. de vir. illust. cap. 8 Solin. cap. 2.

A. V. CCXXV. circiter. *At ne continuo à nostris regibus recedam, Sex. Tarquinius, Tarquinij filius, indigne ferens quòd patris viribus expugnari Gabij nequirent, valentiorem armis excogitauit rationem, qua interceptum id oppidum Romano imperio adjiceret. Subitò namque se ad Gabinos contulit, tanquam parentis sæuitiam & verbera, quæ voluntate sua perpessus erat, fugiens: Ac paulatim vniuscuiusque sictis & compositis blanditijs alliciendo beneuolentiam, vt apud omnes plurimum posset, consecutus, familiarem suum ad patrem misit, iudicaturum, quemadmodum in sua manu haberet vniuersa: & quæsiturum quidnam fieri vellet. Iuuenili calliditati similis astutia respondit. Siquidem re eximia delectatus Tarquinius, 2 fidei autem nuntij parum credens, nihil respondit, sed seducto eo in hortum, maxima & altissima papauerum capita baculo decussit. Cognito adole*

adoleſcens ſilentio patris ſimul ac facto, cauſſam altioris argumenti peruidit: nec ignorauit præcipi ſibi vt excellentiſſimum quemque Gabinorum, aut exilio ſummoueret, aut morte conſumeret. Ergo ſpoliatam bonis propugnatoribus ciuitatem * tantum non vinctis manibus ei tradidit.

al. tanquam.

OBSESSORVM IN CAPITOLIO.

Liuius 5. Ouid. Faſt. 6. Lact. Inſt. lib. 1. c. 20. Plut. in Camillo. Flor. lib. 1. cap. 13. Auct. de vir. Illuſt. 23.

A. V. cccLxiij.

Illud quoque à maioribus & conſilio prudenter, & exitu feliciter prouiſum, cum Vrbe capta Galli Capitolium obſiderent, ſolámque potiendi eius ſpem in fame obſeſſorum repoſitam animaduerterent: Perquam callido enim genere conſilij vnico perſeuerantiæ irritamento victores ſpoliauerunt. Panes enim iacere compluribus ex locis cœperunt. Quo ſpectaculo obſtupefactos, infinitámque frumenti abundantiam noſtris ſupereſſe credentes: ad pactionem omittendæ obſidionis compulerunt. Miſertus eſt tunc profecto Iupiter Romanæ virtutis, præſidium ab aſtutia mutuantis: cum in ſumma alimentorum inopia, proijci præſidia inopiæ cerneret. Igitur vt vafro, ita periculoſo conſilio ſalutarem exitum dedit.

4 5 6

Vnde Iupiter Piſtor appellatus Lactant. Inſtit. 1.

M. LIVII, C. CLAVDII Coſ.

Liui. 27. Polyb. 11. Front. 1. cap. 1. Flor. lib. 2. cap. 6. Sil. Ital. lib. 16.

Idem

Idémque Iupiter poſtea præſtantiſſimorum ducum noſtrorum ſagacibus conſilijs propitius aſpirauit: Nam cum alterum Italiæ latus Annibal laceraret, alterum inuaſiſſet Aſdrubal, ne duorum fratrum iunctæ copiæ intolerabili onere feſſas ſimul res noſtras vrgerẽt, hinc Claudij Neronis vegetum conſilium, illinc, Liuij Salinatoris inclyta prouidẽtia effecit. Nero enim compreſſo à ſe in Lucanis Annibale, præſentiam ſuam (quoniam ita ratio belli deſiderabat) mentitus hoſti: ad opem collegæ ferendam per longum iter celeri tate mira tetendit. Salinator in Vmbria apud Metaurum flumen proximo die dimicaturus: ſumma cum diſſimulatione Neronem caſtris noctu recepit. Tribunos enim à tribunis, centuriones à centurionibus, equites ab equitibus, pedites à peditibus excipi iuſſit: ac ſine vlla tumultuatione, ſolo vix, vnum exercitum capiente alterum inſeruit. Quo euenit, ne Aſdrubal cum duobus ſe conſulibus præliaturum prius ſciret: quam ab vtriſque proſterneretur. Ita illa tota terrarum orbe infamis. Punica calliditas fruſtrata fuit: Romana prudentia Annibalem Neroni, Aſdrubalem Salinatori decipiendum tradidit.*

A. V. dxlvj.

al. ſuadebat.

7 8

Q. METELLI MACEDONICI.

L. For. 2. cap. 17. Front. 1. cap. 1. ſimile quid de Metello Pio. Auct. de vir illuſt. cap. 61.

Memorabilis etiam conſilij Q. Metellus, qui

cum pro consule bellum in Hispania aduersus Celtiberos gereret, vrbémque Contrebiam caput eius gentis viribus expugnare non posset: intra pectus suum diu multúmque consilijs agitatis, viam reperit qua propositum ad exitum perduceret. Itinera magno impetu ingrediebatur, deinde alias atque alias regiones petebat. Modo hos obsidebat montes paulò post ad illos transgrediebatur. Cum interim tam suis omnibus, quam ipsis hostibus ignota caussa erat inopinatæ eius ac subitæ fluctuationis. Interrogatus quoque à quodam amicissimo sibi, quid ita sparsum & incertum militiæ genus sequeretur: Absiste, inquit, ista quærere: nam si huius consilij mei interiorem tunicam conscium sensero, continuò eam cremari iubebo. Quorsum igitur ista dissimulatio erupit? aut quem finem habuit? Postquam verò & exercitum suum ignorantia, & totam Celtiberiam errore implicauit, cum alio cursum direxisset, subitò ad Contrebiam reflexit, eámque inopinatam & attonitam oppressit. Ergo nisi mentem suam dolos scrutari coëgisset, ad vltimam ei senectutem apud mœnia Contrebiæ armato sedendum foret.

EXTERNA.

AGATHOCLIS SYRACVSANORUM regis.

Iustin. 2. Diodor. de reb. Alexandri.

Aga-

Agathocles autem Syracusanorum rex audaciter callidus. Cùm enim vrbem eius maiore ex parte Carthaginienses occupassent, exercitum suum in Africam traiecit: vt metum metu, vim vi discuteret, neque sine effectu. Nam repentino eius aduentu perculsi Pœni libenter incolumitatem suam salute hostium redemerunt: pactique sunt vt eodem tempore & Africa Siculis, & Sicilia Punicis armis liberaretur. Age si Syracusarum mœnia tueri perseuerassent, illa belli mala vrgerentur, bona pacis fruenda securæ Carthagini reliquisset. Nunc inferendo quæ patiebatur dum alienas potius lacessit opes, quàm suas tuetur: quo æquiore animo regnum deseruit, eò tutius recepit. 6

ANNIBALIS POENI.

Liuius 22. Front. 2 cap. 2. Flor. lib. 2. cap. 6.

Quid Annibal Cannensi prælio? nónne prius quàm ad dimicandum descenderet, aciem populi Rom. compluribus astutiæ implicatam laqueis, ad tam miserabilem perduxit exitum? Ante omnia enim prouidit, vt & solem & pulueré, qui ibi vento multus excitari solet, aduersum haberet. Deinde partem copiarum suarum, inter ipsum prælij tempus de industria fugere iussit: quam cum à reliquo exercitu abruptam legio Romana sequeretur, trucidandam eam ab iis, quos in insidiis collocauerat, curauit, 10 A. V. dxxxij.

postremò quadringentos equites subornauit, qui simulata transitione petierunt consulem, à quò iussi more transfugarum depositis armis in vltimam pugnæ partem secedere: districtis gladiis, quos inter tunicas & loricas abdiderant, poplites pugnantium Romanorum ceciderunt. Hæc fuit Punica fortitudo, dolis & insidiis & fallacia instructa. Quæ nùc certissima circunuentæ virtutis nostræ excusatio est: quoniam decepti magis, quàm victi fuimus.

DE REPVLSIS.

CAP. V.

CAmpi quoque repræsentata conditio, ambitiosam ingredientes viam, ad fortius sustinendos parum prosperos comitiorum euentus vtiliter instruxerit. Vt propositis ante oculos clarissimorum virorum repulsis, non minore cũ spe honores, ac prudentiore cum animi iudicio petant. Meminerintq; nefas non esse, aliquid ab omnibus vni negari, cum sæpenumero singuli cunctorum voluntatibus resistere fas esse duxerint. Scientes etiam, patientia quæri debere, quod gratia impetrari nequierit.

Q. AELII TVBERONIS.

Cic. pro Murena. Senec ep. 96. & 99.

1 A. V. dcxxiv. Q. Aelius Tubero, à Q. Fabio Maximo, eum populo nomine. P. Africani patrui sui dante, roga

te rogatus vt triclinium sternerent: lectulos Punicanos pellibus hædinis stratos: & pro argenteis vasis Samia exposuit. Cuius res deformitate sic omnes offendit, vt cum, alioqui vir egregius haberetur, comitijsq; Prætorijs candidatus in campum L. Paulo auo, & P. Africano auunculo nixus descendisset, repulsa inde notatus abierit. Nã vt priuatim semper continentiam probabant, ita publicè maximæ curæ splendoris habita est: Quocirca non vnius conuiuij numerum sed totam se in illis pelliculis iacuisse credens ciuitas, ruborem epuli suffragijs suis vindicauit. 2 3

P. SCIPIONIS NASICAE.

Cic. in Bruto. Saluſt. Iugurth.

P. autem Scipio Nasica, togatæ potentiæ clarissimum lumen, is qui consul Iugurthæ bellum indixit, qui matrem Idæam Phrigicis sedibus ad nostras aras focosq; migrantem sanctissimis manibus excepit: qui multas & pestiferas seditiones auctoritatis suæ robore oppressit: quo principe senatus per aliquot annos gloriatus est: cum ædilitatem curulem adolescens peteret, manúmque cuiusdam rustico opere duratam more candidatorum tenacius apprehendisset: ioci gratia interrogauit eum, num manibus solitus esset ambulare. Quod dictum à circunstantibus exceptum, ad populum manauit, causamq; repulsæ Scipioni attulit. Omnes nanque rusticæ tribus paupertatem sibi ab eo exprobratam iudicantes, 4 A. V. dcxlij. A. V. dcvij. Cicer. pro Plãcio.

iram suam aduersus contumeliosam eius vrbanitatem distrinxerunt. Igitur ciuitas nostra nobiliũ iuuenum ingenia ab insolentia reuocando, magnos & vtiles ciues fecit? honoribúsque non patiendo eos à securis peti, debitum auctoritatis pondus adiecit.

L. AEMILII PAVLLI.

Liui. 39. & 44. Plutarch. & auct. de vir. illust. in vita.

A. v. dlxvij & dlxviij & dlxix.

Nullus error talis in L. Aemilio Paullo conspectus est: sed tamen aliquoties frustra consulatum petijt. Idemq́, cum tam cãpum repulsis suis fatigasset, bis consul & censor factus, amplissimum dignitatis gradum obtinuit. Cuius virtutem iniuriæ non fregerunt, sed acuerunt. Quoniam quidem ipsa nota accensus, cupiditatem summi honoris ardentiorem ad comitia detulit: vt populum, quia nobilitatis splendore & animi bonis mouere non poterat pertinacia vinceret.

Q. METELLI MACEDONICI.

Auct. de viris illust.

A. v. dcviiij. & dcix.

Q. autem Cecilium Metellum pauci & mœsti amici consulatus repulsa afflatum, tristitia ac rubore plenum, domum reduxerunt: quem de Pseudophilippo triumphantem vniuersus senatus lætum & alacrem in Capitolium prosecutus erat. Achaici etiam belli, cui summam manum L. Mummius adiecit, maxima pars ab hoc viro profligata fuerat. Eme ergo populus consulatum negare potuit, cui mox duas clarissimas prouincias,

A. v. dcvij. Appi. Puni.

A. v. dcvj. Pausan Achai. Iusti. 11. Zonaras.

cias aut debebat, aut erat debiturus? Et quidem hoc facto, meliore eo ciue vsus est. Intellexit enim quam industriè sibi gerendus esset consulatus, quem tanto labore impetrari senserat. 8

L. CORNELII SVLLAE.

Plutarch. in vita. App. ciuil. 1.

A. v. dclix. Plutarch. ibid.

Quid tam excellens, quid tam opulentum, quam L. Sulla? Diuitias, & imperia largitus est: leges vetustas abrogauit, nouas tulit: Hic quoque in eo campo, cuius postea dominus extitit, repulsa Prætura fugillatus est: omnia loca petiti honoris, siquis modo deorum formam & imaginem futuræ eius potentiæ populo Roman. repræsentasset, impetraturus.

M. CATONIS VTICENSIS.

Plutarch. in vita Senec. ad Albinam.

A. v. dcxcviij.

Sed vt comitiorum maximum crimen referã, M. Portius Cato plus moribus suis præturæ decoris adiecturus, quam prætexto eius splendoris ipse laturus: consequi illam à populo aliquando non potuit. Proxima dementiæ suffragia quæ satis quidem graues pœnas erroris sui pependerunt quoniam quem honorem Catoni negauerant, Vatinio dare coacti sunt. Ergo si vere æstimare volumus, non Catoni tunc prætura: sed præturæ Cato negatus est.

DE NECESSITATE.

CAPVT VI.

ABominandæ quoque necessitatis amarissimæ legis, & truculentissima imperia, tum

Vrbem noſtram, tum etiam exteras gentes multa non intellectu tantum, ſed etiam auditu grauia, perpeti coëgerunt.

POP. ROMANI POST CLADEM Cannenſem.

Liui.lib.22.Macrobius Sat 1.

A. V. dxxxcvij. *Nam aliquot aduerſis prælijs ſecundo Punico bello exhauſta militari iuuentute Romana, ſenatus auctore Ti.Graccho conſule deſign.cenſuit: 1 vti publicè ſerui aduerſus propulſandorum hoſtium impetum emerentur: Eaq; de re per tribunos plebis ad populum lata rogatione, tres creati ſunt viri.qui quatuor & viginti millia ſeruorum comparauerunt:adactoſq; iureiurando,ſtrenuam ſe fortemq; operam daturos, quoad Pæni eſſent in Italia,datis armis in caſtra miſerũt.Ex Apu- al.trecẽti lia quoque & Fidiculis ſeptuaginta atque* ducenti ad ſupplementum equitatus ſum empti. Quanta violentia eſt caſus acerbi? Quæ ciuitas ad id tempus ingenuæ quoque originis capite cenſos habere milites faſtidierat:eadem cellis ſeruilibus extracta corpora, & à paſtoralibus caſis collecta mancipia, velut præcipuum firmamentum, exercitui ſuo adiecit. Cedit ergo interdum generoſus ſpiritus vtilitati, & fortunæ viribus ſuccumbit:vbi niſi tutiora elegerit conſilia,ſpecioſa ſequenti concidendum eſt. 3*

Liuius 22.Zonar.

A. V. dxxxvij. *Cannenſis autem clades adeò vrbem noſtram vehementer confudit, vt M. Iunij opera dictatura*

tura remp. adminiſtrantis ſpolia hoſtium affixa templis, deorum numini conſecrata, inſtrumento militiæ futura cõuellerentur, ac prætextati pueri arma induerent: addictorum etiam, & capitali crimine damnatorum ſex millia conſcriberentur. Quæ ſi per ſe aſpiciãtur,aliquid ruboris habẽt: 5 ſi autem admotis neceſſitatis viribus ponderẽtur, ſæuitiæ tẽporis cõuenientia præſidia videbuntur.

Liuius lib 23.

Propter eandem cladem ſenatus Otacilio, qui A. V. *Siciliam, & Cornelio Mammulæ,qui Sardiniã* dxxxvij. *proprætoribus obtinebant: querentibus quòd neque ſtipendium,neque frumentũ claſſibus eorum & exercitibus ſocij præberent: Affirmantibus etiam, ne habere quidem eos, vnde id præſtare poſſent: reſcripſit, ærarium longinquis expenſis non ſufficere: Proinde, quo pacto tantæ mopiæ ſuccurrendum eſſet, ipſe viderent.His literis quid aliud quàm imperij ſui gubernacula è manibus abiecit? Siciliamq; & Sardiniam, benigniſſimas 6 vrbis noſtræ nutrices,gradus & ſtabilimenta bellorum, tam multo ſudore & ſanguine in ius ac poteſtatem redactas, paucis verbis, te ſcilicet neceſſitate iubente,dimiſit. 7*

CASILINATVM, IN OBSIDIONE.

Liuius 23.Strab.Georg.lib.5.

Eandẽ Caſilinates obſidione Annibalis clauſos,alimentorumq; facultate defectos, lora neceſſarijs vinculorum vſibus ſubducta, eq; ſcutis detractas pelles feruenti reſolutas aqua, mandere A. V. dxxxvij.

voluisti. Quid illis, si acerbitatẽ casus intueare, miserius? si constantiam respicias fidelius? qui ne à Romanis desciscerent, tali cibi genere vti sustinuerunt: cum pinguissima arua sua, fertilissimosq; campos mœnibus suis subiectos intuerentur. Itaque Campanæ vrbis, quæ Punicam feritatẽ delicijs suis cupidè fouit, in propinquo situm
8 *Casilinum modo rara virtute clarũ, perseverantis amicitiæ pignore impios oculos verberauit.*

PRAENESTINORVM MILITVM
in eadem obsidione.

Liui. 23. Front. 4. cap. 5. Plin. 8. cap. 57. Strab. 1.

A. V. dxxxvij. *In illa obsidione & fide, cum trecenti Prænestini permanerent, euenit vt ex his quidam murem captum ducentis potius denarijs vendere, quàm ipse leniendæ famis gratia cõsumere mallet. Sed credo, deorum prouidentia & venditori & emptori, quem vterque merebatur exitum attribuit. Auaro enim fame consumpto, manubijs sordium suarum frui non licuit: æqui animi vir, ad salutarem impensam faciendam: carè quidem, verum necessariè comparato cibo vixit.*

POPVLI ROM. BELLO
Mariano.

Plutarch. in Mario.

A. V. dclxxj. *C. autem Mario. & Cn. Carbone consulibus bello ciuili cum L. Sulla dissidentibus: quo tempore non reip. victoria quærebatur, sed præmium victoriæ res erat publica: senatusconsulto aurea atque argentea templorum ornamenta, ne militibus*

tibus stipendia deessent, constlata sunt. Digna enim erat caussa, hinc, an illi crudelitatem suam proscriptione ciuium satiarent, vt dij immortales spoliarentur. Non ergo patrum conscriptorum 10 *voluntas, sed tua teterrima necessitas truculenta manus illi consultò stylum impressit.*

C. CAESARIS AD MVNDAM.

Hirtius de bello Hispanico Dio. lib. 43. Flor. lib. 4. cap. 2. Strab. Georg. lib. 3.

Diui Iulij exercitus, idem inuicti ducis inuicta dextera, cum armis Mundam clausissent, aggeriq; extruendo materia deficeret: congerie hostilium cadauerum, quam desiderauerat altitudinem instruxit. Eamq; tragulis & pilis, quia roboreæ sudes deerant, magistra nouæ molitionis necessitate vallauit. 11

A. V. dccviij. Luc. in 1. Vltima fu nesta cõcurrant prælia Mũda Sil. in 3. Et Mũda. Emathios Italis paritura labores.

A. V. dccxxxiij circiter. 12

POPVLI ASIATICI BELLO
Parthico.

Atque vt diuinam filij mentionem, cælestis patris recordationi subnectam: cum effusurus se in nostras prouincias Parthorum rex Phraartes videretur, vicinaq; imperio eius regiones subita indicti tumultus denuntiatione quaterẽtur: tanta in Bosphorano tractu commeatus penuria incessit, vt à militibus, singulis olei, frumentiq; modijs totidem mancipia permutarentur. Sed amarissimam tempestatem Augusti cura, tutelæ tunc terrarum vacans, discussit.

EXTER

EXTERNA.

CRETENSIVM A Q. METELLO *obsessorum.*

Liui. 99 Flor. 3 cap. 7. Eusеb. lib. temp. Eutrop. cap. 4. & 6.

A. V. dcxxxv. *Cretensibus nihil tale præsidij affulsit: qui obsidione Metelli ad vltimam vsque penuriam cõpulsi, sua, iumentorumq; suorum vrina sitim torserunt, iustius dixerim, quàm sustentarũt: Quia dum vinci timent, id passi sunt, quod eos ne victor quidem pati coëgisset.*

NVMANTINORVM A P. *Scipione.*

Liui. 59 Flor. 2. c. 28. App. Iber. Flor. 55. Auct. de vir. illust. cap. 58 & 59. Oros. 5. cap 6. Eut. lib. 4. cap. 3. Aug. de Ciuit. lib. 3. cap. 11.

A. V. dcxx. *Numantini autem à Scipione vallo & aggere circundati cum omnia, quæ famem eorum trahere poterant, consumpsissent: ad vltimum humanorum corporum dapibus vsi sunt. Quapropter capta iam vrbe, complures inuenti sunt, artus & membra trucidatorum corporum sinu suo gestantes, Nulla est in his necessitatis excusatio: nam quibus mori licuit, sic viuere necesse non fuit.*

CALLAGVRRITANORVM. A CN. *Pompeio.*

Flor. lib. 3. cap. 22. Oros. 5. cap. 23.

Horum trucem pertinaciam in consimili facinore Callogurritanorum execrabilis impietas supergressa est: Qui quò perseuerantius interẽpti Sertorij

A. V. dcxxcj. *Sertorij cineribus, obsidionem Cn. Pompeij frustrantes, fidem præstarent: quia nullum iam aliud in vrbe eorum supererat animal vxores suas natósque ad vsum nefariæ dapis verterunt. Quóque diutius armata iuuentus viscera sua visceribus suis aleret, infelices cadauerum reliquias salire non dubitauit. Eam ne vnquam aliquis in acie hortaretur, vt pro salute coniugũ & liberorum fortiter dimicaret? Ex hoc nimirum hoste, tanto duci pœna magis quàm victoria petenda fuit: quia plus vindicatus libertatis, quàm victus gloriæ afferre potuit: cum omne serpentum ac ferarum genus comparatione sui titulo feritatis superarit: Nam quæ illis dulcia vitæ pignora proprio spiritu chariora sunt, ea Calagurritanis prandia atque cœnæ extiterunt.*

DE TESTAMENTIS RESCISIS.

CAP. VII.

VAcemus nunc negotio, quod actorum hominis & præcipuæ curæ & vltimi est temporis: consideremusq; quæ testamenta aut rescisa sunt legitimè facta, aut cum meritò rescindi possent, rata manserunt: quæve ad alios, quàm qui expectabant: honorem hæreditatis transtulerunt.

PATRIS QVI FILIVM EXhæredauerat.

Cic. de Oratore lib. 1.

Atque

Atque ista, vt ordine, quo proposui, exequar: militantis cuiusdam pater, cum de morte filij falsum è castris nuntium accepisset, alijs hæredibus scriptis decessit. Peraclis deinde stipendijs, adolescens reuersus, domum errore patris, impudentiaq; amicorum sibi clausam reperit. Quid enim illis miserecundius? florem iuuentæ pro rep. absumpserat, maximos labores & plurima pericula toleraverat, aduerso corpore exceptas ostendebat cicatrices: & postulabat, ne auitos eius lares otiosa ipsi urbi onera possiderent. Itaque depositis armis, coactus est in foro togatâ ingredi militiam. Acerbe, cũ improbissimis enim hæredibus de paternis bonis apud centumuiros contendit: omnibusq; non solum consilijs, sed etiam sententijs superior discessit.

M. ANNEI CARSEOLANI.

Item M. Anneus M. Carseolani splendidissimi equitis Romani filius, à Sufenate auunculo suo adoptatus, testamentum naturalis patris quo præteritus erat, apud centumuiros rescidit, cum in eo Tullianus Pompeij Magni familiaris, ipso quidem Pompeio signatore, hæres scriptus esset. Itaque plus illi in iudicio cũ excellentissimi viri gratia, quàm cum parentis cineribus negotij fuit. Cæterum quãuis vtraque hæc aduersus eum nitebantur, tamen paterna bona obtinuit. Nam L. quidem Sextilius & P. Popilius, quos M. Anneus sanguine sibi coniunctos eadem ex parte, qua Tullianum hæredes fecerat, sacramento cum

cum adolescentulo contendere ausi non sunt: tametsi præcipuis eo tempore Magni viribus ad defendendas tabulas testamenti inuitari poterant. Et aliquantulum adiuuabat hæredes, quòd M. Anneus in Sufenatis familiam ac sacra trãsierat: sed arctissimum inter homines procreationis vinculum, patris simul voluntatem, & principis viri auctoritatem superauit. A. V. dcxcv. circiter.

C. TETTI.

C. autem Tettium infantem à patre ex hæreditatum, Petronia matre, quam Tettius quoad vixit in matrimonio habuerat, natum, Diuus Augustus in bona paterna ire decreto suo iussit patris patriæ animo vsus: Quoniam Tettius in proprio iure procreato filio, summa cum iniquitate paternum nomen abrogauerat.

SEPTICIAE TRACHALORUM MATRIS.

*Septicia quoque mater Trachalorum Ariminensium filijs irata, in contumeliam eorum, cum iam parere non posset, Publicio seni admodum nupsit, testamento etiam vtrunque præterijt. A quibus aditus Diuus Augustus, & nuptias mulieris, & suprema iudicia improbauit. Nam hæreditatem maternã filios habere iussit: dotem quia non * creandorum liberorum caussa coniugium intercesserat, virum retinere vetuit. Si ipsa æquitas hac de re cognosceret: possetne iustius aut grauius pronuntiare? Sperus quos genuisti: nubi effæta: testamenti ordinem violento animo* 2 al. quærẽdorum liberorũ.

confundis: neque erubescis ei totum patrimonium addicere cuius pollincto iam corpori marcidam senectutem tuam substrauisti. ergo dum sic te geris, ad inferos vsque cœlesti numine aflata es.

TERENTII CVIVSDAM.

A. V. dcxxciij. Egregia est quoque C. Calpurnij Pisonis prætoris Vrb. constitutio. Cum enim ad eum Terentius ex octo filijs, quos in adolescentiam perduxerat, ab vno in adoptionem dato exhæredatum se querelam detulisset: bonorum adolescentis possessionem ei dedit, hæredesq; lege agere passus nō est. Mouit profecto Pisonem patria maiestas, donum vitæ: beneficium educationis: sed aliquid etiam flexit circunstantium liberorum numerus, quòd cum patre septem fratres impiè exhæredatos videbat.

NAEVIANI CVIVSDAM.

A. V. dxlcxvij. Quid Mamerci Aemilij Lepidi consulis, quā graue decretum? Genucius quidā, Matris Magnæ Gallus, à Cn. Oreste prætore Vrbis impetrauerat, vt restitui se in bona Nauiani iuberet, quorum possessionem secūdum tabulas testamenti ab ipso acceperat. Appellatus Mamercus à Surdino, cuius libertus Genucium hæredem fecerat prætoriam iurisdictionem abrogauit. quod diceret Genucium amputatis sui ipsius sponte genitalibus corporis, neque virorum, neque mulierum numero haberi debere. Conueniens Mamerco, conueniens principi senatus decretum: quo prouisum est ne obscena Genucij præsentia, inquinataque voce tribunalia magistra tuum sub specie petiti iuris polluerentur.

IVVENTII CVIVSDAM.

Multo Q. Metellus prætorem vrbanum seuertorem egit, quàm Orestes gesserat: Qui Veccilio lenoni bonorum *Iuuentij possessionem secundum tabulas testamenti non dedit, quia vir nobilissimus & grauissimus, fori ac lupanaris separandam conditionem existimauit: Nec aut factum illius comprobare voluit, qui fortunas suas in stabulum contaminatum protecerat: aut huic tanquam integro ciui iura reddere, qui se ab omni honesto vitæ genere abruperat. A. V. dcxxcix. al. vibieni.

DE TESTAMENTIS QVÆ RATA MANSERVNT.

CAP. VIII.

His rescissorum testamentorum exemplis contenti, attingamus ea quæ rata manserunt cum caussas haberent propter quas rescindi possent.

SEMPRONII TVDITANI.

Quàm certæ, quàm etiam notæ insaniæ Tuditanus, vt pote qui *populo nummos sparserit, togamq; velut tragicam vestem in foro trahens, maximo cum hominum risu conspectus fuerit, ac multa his consentanea fecerit: Testamento is *filium instituit hæredem: quod Ti. Longus sanguine proximus hastæ iudicio subuertere frustra conatus est. Magis enim centumuiri, quid scri- al. publicè. al. filiam.

ptum esset in tabulis, quàm quis eas scripsisset, considerandum existimauerunt.

AEBVCIAE.

Vita Tuditani demens: Æbuciæ autem, quæ L. Menenij Agrippæ vxor fuerat, tabulæ testamenti plenæ furoris. Nam cùm habseret duas simillimæ probitatis filias Plætoriam & Afraniam: animi sui potius inclinatione prouecta, quàm vllis alterius iniurijs aut officijs commota, 1 Plætoriam tantummodo hæredem instituit: Filijs autem Afraniæ ex suo admodum amplo patrimonio viginti millia nummum legauit. 2 Afrania tamen cum sorore sua sacramento contendere nolust, testamentumq; matris, patientia honorare, quàm iudicio conuellere satius esse duxit: Eò se ipsa indigniorem iniuria ostendens, quo eam æquiore animo sustinebat.

Q. METELLI.

Fortè igitur hic Q. Metellus, Nepos, cuius vxor P. Clodij soror fuit vt ex Ciceronis Cælian. colligimus.

Minus mirandum errorem muliebrem Q. Metellus fecit. Is namque plurimis & celeberrimis eiusdem nominis viris in vrbe nostra vigentibus, Claudiorum etiam familia, quam arctissimo sanguinis vinculo contingebat, florente, Carrinatem solum hæredem reliquit: nec hocce eius testamentum quisquam attentauit.

FRATRIS POMPEII RHEGINI.

Item Pompeius Rheginus, vir transalpinæ regionis, cum testamento fratris præteritus esset, & ad coarguendam iniquitatem eius, binas tabulas testamentorum suorum in comitio incisas, habita

habita vtriusque ordinis maxima frequentia, recitasset, in quibus magna ex parte hæres frater erat scriptus, prælegabaturq; ei centies & quinquagies sestertium: multum ac diu inter assentientes indignationi suæ amicos quæstus, quod ad hastæ iudicium attinuit, cineres fratris quietos esse passus est. Et erant ab eo instituti hæredes neque sanguine patrio pares, neque proximi: sed & alieni & humiles: vt non solum flagitiosum silentium: sed etiam prælatio contumelioſa videri posset.

QVI ADVERSVS OPINIONEM HOMINVM HAEREdes habuerunt.

CAP. IX.

Q. CAECILII.

Cornel. Nepos in Attici vita.

Aequè felicis impunitatis, sed nescio an tetrioris hæc delicti testamenta. Q. Cecilius L. Luculli promptissimo studio, maximaq; liberalitate, & honestum dignitatis gradum, & amplissimum patrimonium consecutus: cum præsemper tulisset, vnum illum sibi * esse hæredem, moriens etiam annulos ei suos tradidisset, Pomponium Atticum testamẽto adoptauit, omniumq; bonorum reliquit hæredem. Sed fallacis & insidiosi cadauer populus Rom. cruricibus reste circundatum, per viam traxit: Itaque nefarius homo filium quidem, & hæredem habuit quem voluit: funus autem & exequias quales meruit.

al. fore.

T. MARII.

Neque alijs dignus fuit T. Marius Vrbinas, qui ab infimo militiæ loco, beneficijs Diui Augusti imperatoris ad summos castrenses honores perductus, eorúmque vberrimis quæstibus locuples factus, non solum cæteris vitæ temporibus ei se fortunas suas relinquere, à quo acceperat, prædicauit, sed etiam pridie quàm expiraret, idem istud ipse Augusto dixit: cum interim ne nomen quidem eius tabulis testamenti adiecerit.

L. VALERII HEPTACHORDI.

L. autem Valerius, cui cognomen Heptachordo fuit, togatum hostem Cornelium Balbum expertus, vt pote opera eius & consilio compluribus priuatis vexatus litibus, ad vltimúmque subiecto accusatore capitali crimine accusatus: præteritis aduocatis & patronis suis, solum hæredem reliquit: nimiæ consternatione quæ animum eius transuersum egit deprauatus. Amauit enim sordes suas, & dilexit pericula, & damnationem votis expetiuit: auctorem harum rerum beneuolentia, propulsatores odio insecutus.

T. BARRVLI.

T. Barrulus Lentulo Spintheri, cuius amantissimum animum, liberalissimamq; amicitiam senserat, decedens suos annulos, perinde atque vnico hæredi tradidit, quem nulla ex parte hæredem relinquebat. Quantum illo momento temporis conscientia, (si modo vires, quas habere creditur, possidet) à teterrimo homine supplicium exe-

*exegit? Inter ipsam enim fallacis & ingratæ culpæ cogitationem, spiritum posuit, quasi tortore aliquo mentem eius intus cruciante. Quòd animaduertebat è * vita ad mortem transitum suum, & superis dijs inuisum esse, & inferis detestabilem futurum.* al. iens.

M. POPILLII.

*M. verò Popillius senatorij ordinis Oppium Gallum ab ineunte ætate familiarissimum sibi, moriens, pro vetusto iure amicitiæ, & vultu benigno respexit, & verbis magnum præ se amorem ferentibus prosecutus est. Vnum etiam de multis, qui assidebant, vltimo complexu & osculo dignum iudicauit, * insupérque annulos suos ei tradidit: videlicet ne quid ex ea hæreditate, quam non erat aditurus, amitteret. Quos ocius vir diligens, sed morientis amici plenum contumeliæ ludibrium, in locellum repositos, & à præsentibus assignatos, diligentissimè hæredibus illius, exhæres ipse reddidit. Quid hoc loco inhonestius? aut quid intempestiuius? Senator populi Rom. curia egressus, homo vitæ fructibus continuò carituras, sanctissima iura familiaritatis morte presßis oculis, & spiritu supremos anhelitus reddente, scurrili lusu sugillanda sibi desumpsit.* al. similitérque. §

* * *

VALERII MAXIMI LIBER VIII.

DE IVDICIIS PVBLICIS INSIGNIBVS.

CAP. I.

NVnc quoque vt æquiore animo ancipites iudiciorum motus tolerentur, recordemur inuidia laborantes, quibus de causis aut absoluti sunt, aut damnati.

M. HORATIVS TERGEMINVS.

A. V. xxcvj. circiter. Li. 1. Di. 3.

M. Horatius interfectæ sororis crimine à Tullo rege damnatus, ad populum prouocato iudicio absolutus est. Quorum alterum atrocitas necis mouit, alterum causſa flexit: quia immaturum virginis amorem seuere magis, quàm impiè punitum existimabat. Itaque forti punitione liberata fratris dextera tantum consanguineo, quantum hostili cruore gloriæ haurire potuit.

SER. SVLPITIVS GALBA.

A. V. dciiij. Liu. 49. Cic. de orat. 1. & Bruto. Quin l. 2.

Acrem se tunc pudicitiæ custodem populus Rom. postea plus iusto placidum iudicem præstitit. Cum à Libone trib. pleb. Ser. Galba pro rostris vehementer increpararetur, quòd Lusitanorum magnam manum, interposita fide, Prætor in Hispania interemisſet, actioníque tribunitiæ M. Cato vltimæ senectutis, oratione sua, quam in Originibus retulit, subscriberet: reus pro se iam nihil recusans, paruulos liberos suos, & Galli sanguine sibi coniunctum filium, flens commendare cæpit. Eoq; facto mitigata concione, qui omnium consensu perituros erat, pene nullum triste suffragium habuit: Misericordia ergo illam quæstionem, non æquitas rexit: quoniam quæ innocentiæ tribui nequierat absolutio, respectu puerorum data est.

A. GABINIVS.

A. V. dcxcix. Cic. ad Arti. 4. ad Q. frat. 3. 3

Consentaneum est quod sequitur. A. Gabinius in maximo infamiæ suæ ardore suffragijs populi C. Memmio accusatore subiectus, abruptæ esse spei videbatur: quoniam & accusatio partes suas plenè exhibebat, & defensionis præsidia inualida fide nitebantur: & qui iudicabant, ira præcipiti, pœnam hominis cupidè expetebant. Lictor igitur & carcer ante oculos obseruabantur, cum interim omnia ista propitiæ fortunæ interuentu dispulsa sunt. Filius namque Gabinij Sisenna, consternationis impulsu, ad pedes se Memmij supplex prostrauit: inde aliquod fomentum procellæ petens, vnde totus impetus tempestatis eruperat: Quem truci vultu à se victor insolens repulsum, excusso è manu annulo humi iacere aliquandiu passus est. Quod spectaculum secit, vt Lælius trib. pleb. approbantibus cunctis Gabinium dimitti iuberet, ac documentum daretur, neque secundarum rerum prouetu insolenter abuti, neque aduersis propter quemquam debilitari oportere.

P. CLAVDIVS PVLCHER.

A. V. diiij. Cic. de diuin. 1. & de nat. deor. 2. Polyb. 1. Zon. Sue. in vita Tyb. Claudij.

Idq; proximo exemplo æquè patet. P. Claudius nescio religionis maior, an patriæ iniuria (siquidem illius vetustissimum morem neglexit, huius pulcherrimam classem amisit) infesto populo obiectus, cũ effugere debitam pœnã nullo modo posse crederetur, subito coorti imbris beneficio tutus fuit à damnatione. Discussa enim quæstione aliam velut dijs interpellantibus, de integro instaurari non placuit. Ita cui maritima tempestas causæ dictionem contraxerat, cælestis salutem attulit.

TVCCIA VIRGO VESTALIS.

A. V. dcix. Plin. 28. c. 2. D. August. de ciuit. 10. cap. 16. Dio. Halicar. 2.

Eodem auxilij genere Tuccia virginis vestalis incesti criminis reæ castitas infamiæ nube obscurata emersit: quæ conscientia certæ synceritatis suæ, spem salutis ancipiti argumento ausa petere est. Arrepto enim cribro Vesta, inquit, si sacris tuis castas semper admoui manus, effice, vt hoc hauriam è Tiberi aquam, & in ædem tuam perferam. Audaciter & temere iactis votis sacerdotis, rerum ipsa natura cessit.

L. CALPVRNIVS PISO.

A. V. dcxiij.

*Item L. Piso à P. Claudio Pulchro accusatus quòd graues & intolerabiles iniurias socijs intulisset, haud dubiæ ruinæ metum fortuito auxilio vitauit. Namq; per idipsum tempus, quo tristes de eo sententiæ ferebantur, repentina vis nimbi incidit. Cumq; prostratus humi pedes iudicum oscularetur, os sunum cæno repleuit. * Quod conspectum, totam quæstionem à seueritate ad clemen*

al. Quo cõspectu.

clementiam & mansuetudinem transtulit: quia satis iam graues eum pœnas socijs dedisse arbitrati sunt huc deductum necessitatis, vt abijcere se tam suppliciter, aut attollere tam deformiter cogeretur.

Q. FLAVIVS AVGVR.

Subnectam duos accusatorum suorum culpa absolutos. Q. Flauius Augur à C. Valerio ædile apud populum reus actus, cum quatuordecim tribuum suffragijs damnatus esset, proclamauit se innocentem opprimi. Cui Valerius æquè clara voce respondit, nihil sua interesse, nocẽsne an innoxius periret, dummodo periret. Qua violentia ducti, reliquas tribus aduersario donauit. Abiecerat inimicum: eundem, dum pro certo pessundatum, credidit, erexit: victoriamq; in ipsa victoria perdidit.

A. V. dclxvij.

C. COSCONIVS CALLIDIANVS.

*C. etiam Cosconium Seruilia lege reum, propter plurima & euidentissima facinora, sine vlla dubitatione nocentem, * Valerij Valentini accusatoris eius recitatum in iudicio carmen, quo puerum prætextatum, & ingenuam virginem à se corruptam poëtico ioco significauerat erexit. Siquidem iudices iniquum rati sunt, eum victorem dimittere, qui palmam non ex alio ferre, sed de se dare merebatur. Magis ergo Valerius in Cosconij absolutione damnatus, quàm Cosconius in caussa sua liberatus est.*

A. V. dcxxcij.

al. Laberij.

M. ATILIVS CALATINVS.

Attingam eos quoque quorum salus proprijs obruta criminibus, proximorum claritati donata est. A. Atilium Calatinum Soranorum oppidi proditione reum admodum infamem, imminentis damnationis periculo. Q. Maximi soceri pauca verba subtraxerunt: quibus affirmauit, si in eo crimine sontem illum ipse comperisset, dirempturum se fuisse affinitatem. Continuo enim populus penè iam exploratam sententiam suam, vnius iudicio concessit: indignum ratus eius testimonio non credere, cui difficillimis reipublicæ temporibus, bene se exercitus credidisse memmerat.

M. AEMILIVS SCAVRVS IVNIOR.
Pædian. in Scaurian.

A. V. dcxciv. *M. quoque Æmilius Scaurus repetundarum reus, adeo perditum & comploratum defensionem in iudicium attulit, vt accusator diceret, lege sibi centum atque viginti hominibus denuntiare testimonium licere, seq; non recusare quo minus absolueretur, si totidem nominasset, quibus in prouincia nihil abstulisset. Licet tam bona conditione vti nō potuerit, tamē propter vetustissimam nobilitatem & recentem memoriam patris absolutus est.*

L. AVRELIVS COTTA.

Pæd. Cic. Verr. 1. & pro Murena. Plut. in vita Gracchorum.

Sed quemadmodum splendor amplissimorum viro

*virorum in protegendis reis plurimum valuit, ita in opprimēdis non sanè multum potuit. Quin etiam euidenter noxis, dum eos acrius impugnat, profuit. P. Scipio Æmilianus L. Cottam ad prætorem accusauit. Cuius caussa, quanquam grauissimis criminibus erat confossa: septies * ampliata, & ad vltimum octauo iudicio absoluta est. Quia homines verebantur ne præcipuæ accusatoris amplitudini dānatio eius donata existimaretur: Quos hæc secum locutos crediderim, Nolumus caput alterius petentem, in iudicium triumphos & trophæa, spoliáque, ac demictarum nauium rostra deferre: Terribilis sit is aduersus hostem: ciuis vero salutem, tanto * fulgore gloriæ submixus, ne insequatur.*

A. V. dcxxij. al. dilata. al. fragore.

CALLIDIVS BONONIENSIS.

Tam vehementes hi iudices aduersus excellentissimum accusatorem, quam illi mites in longè inferioris fortunæ reo. Callidius Bononiensis in cubiculo mariti noctu deprehensus, cum ob id caussam adulterij diceret, inter maximos, & grauissimos infamiæ fluctus emersit, tanquam fragmentum naufragij, leue admodum genus defensionis amplexus. Affirmauit enim se ob amorem pueri serui eò esse perductum. Suspectus erat locus, suspectum tempus, suspecta matris familiæ persona, suspecta etiam adolescentia ipsius: sed crimen adulterij, libidinis intemperantis confessio liberauit.

CLOE

CLOELII DVO T. F.
Tarracinenſes.

Cic. pro Sex. Roſcio.

A. V. dclx. circiter.

Remiſsioris hoc, illud aliquantò grauioris materiæ exemplum. Cum parricidij cauſſam duo fratres Clælij dicerent, ſplendido Tarracinæ loco nati, quorum pater T. Clælius in cubiculo quieſcens, filijs altero lecto cubantibus, erat interemptus: neque aut ſeruus quiſquam, aut liber inueniretur, ad quem ſuſpicio cædis pertineret: hoc vno nomine abſoluti ſunt, quia iudicibus planum factum eſt, illos aperto oſtio inuentos eſſe dormientes. Somnus innoxiæ ſecuritatis certiſsimus index miſeris opem tulit. Iudicatum eſt enim rerum naturam non recipere, vt occiſo patre, ſupra vulnera & cruorem eius, quietem capere potuerint.

DAMNATI.

L. SCIPIO ASIATICVS.

Liuius 38. Plut. Caton. Appian. Syriaca.

A. V. dlxvj.

Percurremus nunc eos, quibus in cauſſæ dictione: magis quæ extra quæſtionem erant, nocuerunt, quàm ſua innocentia opem tulit. L. Scipio poſt ſpecioſiſsimum triumphum de rege Antiocho ductum perinde ac pecuniam ab eo accepiſſet, damnatus eſt. Non puto quòd pretio corruptus fuerat, vt illum totius Aſiæ dominum & iam Europæ victrices manus injicientem, vltra Tau-

Taurum montem ſummoueret, ſed alioqui vir ſyncerisſimæ vitæ, & ab hac ſuſpicione procul remotus, inuidiæ, quæ tunc in duorum fratrum inclytis cognominibus habitabat, reſiſtere non potuit.

C. DECIANVS.

Cic. pro C. Rabirio & L. Flac.

At Scipioni quidem maximus fortunæ fulgor, C. autem Deciano ſpectatæ integritatis viro, vox ſua exitium attulit. Nam cum P. Furium inquinatisſimæ vitæ pro Roſtris accuſaret, quia quadam in parte actionis de morte L. Saturnini queri auſus fuerat, nec reum damnauit, & inſuper ei pœnas addictas pependit. A. V. dcliiij. 11

SEX. TITIVS.

Cic. pro C. Rabirio.

Sex. quoque Titium ſimilis caſus proſtrauit: Erat innocens, agraria lege lata gratioſus apud populum. Tamen quia Saturnini imaginem domi habuerat, ſuffragijs eum tota cognitio oppreſsit. A. V. dclv. 12

CLAVDIA AP. CAECI F.

Liuius 19. Gell. 10. cap. 6. Suet. Tib. Herod. lib. 1. Plin. lib. 7. cap. 35. Feneſt. cap. 12. Ouid. Faſt. 4. Lact. Inſt. 2. cap. 8. Arnob. lib. 8.

Adijciatur his Claudia, quam inſontem crimine, votum impium ſubuertit: Quia cum à ludis domum rediens turba elideretur, optauerat vt frater ſuus maritimarum virium noſtrarum 13 A. V. dvij.

præci-

præcipua iactura reuiuiſceret, ſapiúſque conſul factus, infelici ductu nimis magnam vrbis frequentiam minueret.

M. MVLVIVS. CN. LOLLIVS, L. Sextilius III. viri.

14 Poſſumus & ad illos breui diuerticulo tranſgredi, quos leues ob cauſſas damnationis incurſus abripuit. M. Muluius, Cn. Lollius, L. Sextilius triumuiri, quòd ad incendium in Sacra via ortum extinguendum tardius venerant, à trib. pleb. dicta ad populum damnati ſunt.

P. VILLIVS III. VIR.

A. V. dcxcviij. Item P. Villius triumuir nocturnus à P. Aquillio trib. pleb. accuſatus, populi iudicio concidit: quia vigilias negligentius circumierat.

M. AEMILIVS PORCINA.

A. V. dcxvj. Admodum ſeuera nota & illud populi iudicium, cum M. Æmilium Porcinam à L. Caſtio accuſatum crimine nimis ſublimè extructæ villæ in Alſienſi agro graui multa affecit.

PATER FAMILIAS QVIDAM.

Plin. lib. 8. cap. 44.

Non ſupprimenda illius quoque damnatio, qui pueruli ſui nimio amore corruptus, rogatus ab eo

al. fieri. ruri vt omaſum in cœnam * ferri iuberet, cum bubulæ carnis in propinquo emendæ nulla facultas eſſet, domito boue occiſo, deſiderium eius expleuit. Eoq; nomine publica quæſtione afflictus eſt innocens, niſi tam priſco ſeculo natus eſſet.

AM

AMBVSTÆ.

MVLIER MATRICIDA.

Atque vt eos quoque referamus qui in diſcrimen capitis adducti, neque damnati, neque abſoluti ſunt. Apud M. Popillium Lænatem prætorem, quædam, quòd matrem fuſtim interemerat cauſſam dixit: de qua neutram in partem latæ ſententiæ ſunt. Quia abundè conſtabat, eandem veneno necatorum liberorum dolore commotam, (quos auia filiæ infenſa ſuſtulerat) parricidium vltam eſſe parricidio. Quorum alterum vltione dignum, alterum abſolutione non dignum iudicatum eſt. A. V. dcx. 15

MATER FAMILIAS QVAEDAM.

Eadem hæſitatione P. Dolabellæ proconſulari imperio Aſiam obtinentis, animus fluctuatus eſt. Materfamilias Smyrnæa virum & filium interemit, cum ab his optimæ indolis iuuenem quem ex priore viro enixa fuerat, occiſum comperiſſet. Quā rem Dolabella ad ſe delatam, Athenas ad Areopagi cognitionem relegauit: quia ipſe neque liberare cædibus duabus contaminatam, neque punire eam iuſto dolore impul- 16 ſam, ſuſtinebat. Conſiderantur, & manſuetè *populi Rom. magiſtratus, ſed Areopagitæ quoque non minus ſapienter. Qui inſpecta cauſſa, & accuſatorem & ream poſt centum annos adeſſe iuſſerunt: eodem affectu moti, quo Dolabella. Sed ille transferendo quæſtionem, hi differendo A. V. dcxxcvj. Gel. 12. cap. 7.

damnan

17 damnandi, atque absoluendi inexplicabilem cunctationem muitabant.

DE PRIVATIS IVDICIIS.

INSIGNIBVS.

CAP. II.

PVblicis iudicijs adijciam priuata, quorũ magis æquitas quærentium delectare, quàm immoderata turba lectorem offendere poterit.

TI. CLAVDIVS CENTVMALVS.

Cic. Offic. lib. 1.

Claudius Centumalus ab auguribus iussus altitudinem domus suæ, quam in Cælio monte habebat, summittere, quia his ex arce augurium capientibus officiebat, vendidit eam Calpurnio Lanario: nec indicauit quod imperatum à collegio augurum erat. A quibus Calpurnius demoliri domum coactus, M. Portium Catonem inclyti Catonis patrem arbitrum Claudio adduxit, & formulam. QVID SIBI DARE FACERE OPORTERET EX FIDE BONA. *Cato vt est edoctus, de industria Claudium* edictum sacerdotum suppressisse, continuo illum Calpurnio damnauit. Summa quidem cum æquitate, quia bonæ fidei venditorem nec commodorum spem augere, nec incommodorum cognitionem obscurare oportet.

al: prædictum.

OTACILIA LATERENSIS.

Meminit Varro. huius, Cic. in Bru. & Verrin. 3.

Notum suis temporibus iudicium commemorauit: sed nec quod relaturus quidẽ sum, obliteratum est

est silentio. C. Visellius Varro graui morbo correptus, trecenta millia nummum ab Otacilia Laterensi, cum qua commercium libidinis habuerat expensa ferri sibi passus est: Eo consilio, vt si decessisset, ab hæredibus eam summam peteret, quàm legati genus esse voluit, libidinosam liberalitatem debiti nomine colorando. Euasit deinde Visellius ex illa tempestate aduersus vota Otaciliæ. Quæ offensa quòd spem prædæ suæ morte non muturasset, ex amica obsequenti, subitò districtam fœneratricem agere cæpit nummos petendo: quos vt fronte inuerecunda, ita inani stipulatione captauerat. De qua re C. Aquillius vir magnæ auctoritatis, & scientia iuris ciuilis excellens, iudex adductus, adhibitis in consilium principibus ciuitatis, prudentiæ & religione suæ mulierem repulit. Quòd si eadem formula & Varro damnari, & aduersaria absolui potuisset: eius quoque non dubito quin turpem & inconcessum errorem libenter castigaturus fuerit. Nec priuatæ actionis calumniã ipse cõpescuit, adulterij crimẽ publicæ quæstioni vindicandũ reliquit. 3

A. V. DCLXXV. circiter.

C. TITINIVS MINTVRNENSIS.

Plutarch. in vita.

Multo animosius, & vt militari spiritu dignum erat, se in consimili genere iudicij C. Marius gessit: Nam cum C. Titinius Minturnensis Fanniam vxorem, quam impudicam de industria duxerat, eo crimine repudiatam, dote spoliare conaretur: sumptus inter eos iudex, in con-

A. V. DCLIII.

ſpectu habita quæſtione, ſubductum Titinium monuit, vt incepto deſiſteret, ac mulieri dotem redderet. Quod cum ſæpius fruſtra feciſſet, coactus ab eo ſententiam pronuntiare: mulierē impudicitiæ ream ſeſtertio nummo, Titinium ſummæ totius dotis damnauit: Præfatus, idcirco ſe hunc iudicandi modum ſecutum, quòd liqueret ſibi Titinium patrimonio Fanniæ inſidias ſtruentem impudicæ coniugium expetiſſe: Fannia autē hæc eſt: quæ poſtea Marium hoſtem à ſenatu iudicatum, cænóque paludis, quā extractus erat, oblitum, etiam in domum ſuam cuſtodiendum Minturnis, deductum, ope quantacunque potuit, adiuuit: Memor, quòd impudica iudicata eſſet, ſuis moribus: quòd dotem ſeruaſſet, illius religioni acceptum ferri debere.

A. V. dclxv. Plut. & App. ciuil. 1. & alij.

QVIDAM OB EQVI VECTVram longiorem.

Multus ſermo eo etiā iudicio manauit, in quo quidā furti damnatus eſt: quòd equo, cuius vſus illi vſque Arciam commodatus fuerat, vlteriore eius municipij cliuo vectus eſſet. Quid aliud hoc loci quàm verecundiam illius ſeculi laudemus, in quo tam minuti à pudore exceſſus puniebantur?

DE MVLIERIBVS QVAE CAVSSAS APVD MAGISTRATVS EGERVNT. CAPVT III.

NE de his quidem fœminis tacendum eſt, quas conditio naturæ, & verecundiæ ſtola vt in

vt in foro & iudiciis tacerēt, cohibere nō potuit.

AMAESIA SENTIA.

Amæſia Sentia rea, cauſſam ſuam L. Titio prætore iudicium cogente, maximo populi concurſu egit: partéſque omnes ac numeros defenſionis non ſolum diligenter, ſed etiā fortiter exe- 2. cuta, prima actione, cunctis penè ſententiis liberata eſt: Quam, quia ſub ſpecie fœminæ virilem animum gerebat, Androgynem appellabant. 1

AFRANIA LICINII Buccionis.

Afrania verò Licinij Buccionis ſenatoris vxor prompta ad lites contrahendas, pro ſe ſemper apud Prætorem verba fecit: non quòd aduocatis deficiebatur, ſed quòd impudentia abundabat. Itaque muſitatis foro latratibus aſſiduè tribunalia exercendo, muliebris calumniæ notiſſimum euaſit exemplum: adeò vt pro crimine improbis fœminarum moribus Afraniæ nomē obijciatur. Prorogauit autem ſpiritum ſuum ad C. Cæſarem iterum atque P. Seruilium COSS. Tale enim monſtrum magis quo tempore extinctum quàm quo ſit ortum, memoriæ tradendum eſt. 3 4 5 A. V. dccd.

HORTENSIA Q. F.

Appian. ciuil. 4. Quintil. 1. cap. 2.

Hortenſia verò Q. Hortenſij filia, cum ordo matronarū graui tributo à triumuiris eſſet oneratus, nec quiſquam virorum patrocinium eis accommodare auderet: cauſſam fœminarū apud A. V. dccx.

triumuiros & constanter & feliciter egit. Repræsentata enim patris facundia, impetrauit vt maior pars imperatæ pecuniæ his remitteretur. Reuixit tum muliebri stirpe Q. Hortensius, verbisque filiæ aspirauit: cuius si virilis sexus posteri vim sequi voluissent, Hortensianæ eloquentiæ tanta hæreditas vna fœminæ actione abscisa non esset.

DE QVAESTIONIBVS.

CAP. IIII.

ATque vt omnes iudiciorum numeros exequamur, quæstiones quibus aut creditum non est, aut temerè habita fides est, referamus.

DE SERVO M. AGRII.

M. Agrij argentarij seruus, Alexandrum C. Fannij seruum occidisse insimulatus est: eóque nomine tortus à domino, admisisse se id facinus constantissimè asseuerauit. Itaque Fannio deditus, supplicio affectus est: paruulo deinde tempore interiecto, ille cuius de nece creditum erat, domum rediit.

DE ALEXANDRO C. FANNII.

1 al. c. Fuluij. *Contra Fannij seruus Alexander, cum in suspicionem * C. Fl. equitis Romani occisi venisset, sexies tortus pernegauit eise culpæ affinem fuisse: Sed perinde atque confessus, & à iudicibus damnatus, & à L. Calpurnio triumuiro in crucem actus est.*

DE

DE PHILIPPO FVLVII FLACCI.

Item Fuluio Flacco causſam dicente, Philippus seruus eius in quo tota quæstio nitebatur, octies, tortus nullum omnino verbum quo dominus perstringeretur, emisit: Et tamen reus damnatus est: cum certius argumentum innocentiæ vnus octies tortues exhiberet, quàm octo semel torti præbuissent.

DE TESTIMONIIS IRRITIS, VEL RATIS.

CAP. V.

CAEPIONVM AC METELLORUM in Pompeium.

SEquitur vt ad testes pertinentia exempla cõmemorem. Cn. & Q. Seruilijs Cæpionibus ijsdem parentibus natis, & per omnes bonorum gradus ad summã amplitudinem proiectis: item fratribus Q. & L. Metellis consularibus & censorijs, altero etiam triumphali in Q. Pompeium A. F. repetundarum reum acerrime dicentibus testimonium, non abrogata fides absoluto Pompeio, sed ne potentia inimicum oppressisse viderentur, occursum est. 1 A. V. dcxv. Cicc. pro Fonteio.

M. AEMILII SCAVRI IN diuersos.

Cic. Pro Fonteio, in part Auct. de vir. illust. M. etiam Aemilius Scaurus princeps senatus C. Memmium repetundarum reum destricto testimonio insecutus est. Item C. Flauium eadem A. V. dcj. A. V. dxlvj. Cic. Fõt.

A. V. dxlix. Cic. partit. & de orat.

lege accusatum testis prosciдit. Iam C. Norbanum maiestatis crimine publicæ quæstioni subiectum, ex professo opprimere conatus est: nec tamen aut auctoritate, qua plurimum pollebat, aut religione, de qua nemo dubitabat, quenquam illorum affligere potuit.

L. CRASSI IN M. MARCELIVM.
Cic. pro Fonteio.

L. quoque Crassus tantus apud iudices, quantus apud P. C. Aemilius Scaurus: Namq; eorum suffragia robustissimis & felicissimis eloquentiæ stipendijs regebat, eratq; sic fori, vt ille curiæ princeps: Cum vehementissimum testimonij fulmen in M. Marcellum reum iniecisset: impetu grauis, exitu vnus apparuit.

A. V. dclx.

Q. METELLI, EVCVLLORVM HORTENSIJ & Lepidi in C. Cornelium.
Pædian. in Cornelian.

Age Q. Metellus Pius, L. & M. Luculli, Q. Hortensius, M. Lepidus, C. Cornelij maiestatis rei, quàm non onerarunt tantummodo testes salutem: sed etiam negantes illo incolumi stare rempub. posse, de poposcerunt? Quæ decora ciuitatis (pudet referre) vmbone iudiciali repulsa sunt.

A. V. dcxxcvij

M. CICERONIS IN P. CLODIVM.
Plutarch. Cic. Dio. 37. Cic. Attic. lib. 1. Senec. Lucillio. ep. 98.

Quid M. Cicero forẽsi militia summos honores amplissimúmque dignitatis locum adeptus, nonne

A. V. dcxcij.

nonne in ipsis eloquentiæ suæ castris testis obiectus est, dum P. Clodium Romæ apud se fuisse iurauit, illo sacrilegum flagitium vno absentiæ argumento tuente? Siquidem iudices Clodium incesti crimine, quàm Ciceronem infamia periurij liberare maluerunt.

P. SERVILII ISAVRICI
in quendam reum.
L. Flor. 3. cap. 6. Cic. Verr. 3.

Tot eluatis testibus, vnum, cuius noua ratione iudicium ingressa auctoritas confirmata est, referam. P. Seruilius consularis, censorius, triumphalis, qui maiorum suorum titulis Isaurici cognomen adiecit: cum forum præteriens testes in reum dari vidisset, loco testis constitit, ac inter summam patronorum pariter & accusatorum admirationem sic orsus est: Hunc ego, iudices, qui causam dicit, cuius sit, aut quâ vitam egerit, quamque merito vel iniuria accusetur, ignoro: illud tantum scio, cum occurrisset mihi Laurentina via iter facienti, admodum angusto loco equo descendere noluisse. Quod an aliquid ad religionem vestram pertineat, ipsi æstimabitis: ego id supprimendum non putaui. Iudices reum, vix auditis cæteris testibus, damnauerunt. Valuit enim apud eos, cum amplitudo viri, tum grauis neglectæ dignitatis eius indignatio: eúmque qui venerari principes nesciret, in quodlibet facinus procursurum crediderunt.

A. V. dclxxix

QVI QVAE IN ALIIS VINDICARANT IPSI COMMISERVNT. CAP. VI.

NE illos quidem latere patiamur, qui quæ in alijs vindicauerant, ipsi commiserunt.

C. LICINIVS HOPLOMACHVS.

C. Licinius cognomine Hoplomachus, à prætore postulauit, vt patri suo bonis, tanquam ea dissipanti interdiceretur. Et quidem quod petierat, impetrat: sed ipse paruo post tempore, mortuo sene, ampla ab eo relictam pecuniam latifundiaq; festinanter consumpsit. Dignus hac vicissitudine pœnæ fuit: quoniam hæreditatem absumere, quàm hæredem maluit * tollere.

al colere fortè alere.

C. MARIVS COS. VI.

A. V. dcliij. Liuius 69. Cic pro Rabirio. Florus 3. cap. 16.

A. V. dccxv. C. autem Marius, cum magnum & salutarem reipublicæ ciuem L. Saturnino opprimendo egisset, à quo in modum vexilli pileum seruituti ad arma capienda ostentatum erat: L. Sulla cum exercitu in vrbem irrumpente, ad auxilium seruorum pileo sublato confugit. Itaque dum facinus, quod punierat, imitatur: alterum Marium à quo affligeretur, inuenit.

C. LICINIVS CALVVS STOLO Liuius 7. Plut. Camillo.

A. V. cccxxvj. C. vero Licinius Stolo, cuius beneficio plebei petendi consulatum potestas facta est, cum lege sanxisset ne quis amplius quàm quingenta agri iuger

iugera possideret, ipse mille comparauit: dissimulandique criminis gratia, dimidiam partem filio emancipauit. Quam ob caussam à M. Popillio Lænatæ accusatus, primus sua lege cecidit: ac docuit nihil aliud præcipi debere, nisi quod pius quisque sibi imperauit. A. V. cccxcvj. Plin. 18. cap.

Q. VARIVS HYBRIDA. Cic. Bruto. Appian. ciuil. 1.

A. V. dclxij. Q. autem Varius, propter obscurum ius ciuitatis Hybrida cognominatus, tribunus pleb. legem aduersus interceßionem collegarum perrogauit: qua iubebat quæri quorum dolo malo socij ad arma ire coacti essent. Magna cum clade reipublicæ: sociale enim prius deinde ciuile bellum excitauit. Sed dum antè pestiferum tribunum pleb. quàm certum ciuem agit, sua lex eum domesticis laqueis constrictum absumpsit.

DE STVDIO ET INDVSTRIA. CAP. VII.

QVid cesso vires industriæ commemorare? cuius alacri spiritu militiæ stipendia roborantur: forensis gloria accenditur, fido sinu cuncta studia recepta nutriuntur: quicquid animo, quicquid manu, quicquid lingua admirabile est, ad cumulum laudis perducitur. Quæ cũ perfectissima sit virtus, eam tamen duramento sui confirmat.

M. CATONIS MAIORIS.

A. V. dciiij. Plin.7.cap.27.Cic.Acad.quæstio.2.Plutarch. Catone.

Cato sextum & octogesimum annum agens, dum in rep. tuenda iuuenili animo perstat: ab inimicis capitali crimine accusatus, suam causam egit. Neque aut memoriam eius quisquam tardiorem, aut firmitatem lateris vlla ex parte quassatam, aut os hæsitatione impeditum animaduerit. Quia omnia ista in statu suo æquali
Cic. in Bruto. *ac perpetua industria continebat. Quinetiam in ipso diutissimè actæ vitæ fine disertissimi oratoris Galbæ accusationi, defensionẽ suam pro Hispania opposuit. Idem Græcis literis eruditi concupiuit: quàm sero, inde æstimemus, quod etiam Latinas penè iam senex dedicit. Cumq; eloquentia magnam iam gloriam partam haberet: id egit, vt iuris ciuilis quoque esset peritissimus.*

M. CATONIS VTICENSIS.

Cic de finib.3.

Cuius mirifica proles, propior ætati nostræ Cato, ita doctrinæ cupiditate flagrauit: vt ne in Curia quidem, dum senatus cogitur, temperaret sibi, quo minus libros Græcos lectitaret. Qua quidem industria ostendit, alijs tempora deesse, alios temporibus superesse.

M. TERENTII VARRONIS.

Gell.3.cap.10.

Terentius autem Varro humanæ vitæ exem-
2 *plum, ætatis q; spacium nominandus: non annis, quibus*

quibus seculi tempus æquauit, quàm stylo viuacior fuit. In eodem enim lectulo & spiritus eius & egregiorum operum cursus extinctus est.

C. LIVII DRVSI.

Cic Tusc.l.5 & in Bruto.

Consimilis perseuerantiæ Liuius Drusus, qui ætatis viribus & acie oculorum defectus, ius ciuile populo benignissimè interpretatus est: vtilissimaq; discere id cupientibus monimenta composuit. Nam vt senem illum natura, cæcum fortuna facere potuit: ita neutra interpellare valuit: ne non animo & videret & vigeret.

PAVLLI SENATORIS ET Pontij Lupi.

Paullus verò senator, & Pontius Lupus e- 3
ques Romanus, suis temporibus celebres causarum actores, lummibus capti, eadem industria forensia stipendia executi sunt. Itaque frequentius etiam audiebantur, cocurrentibus alijs, quia ingenio eorum delectabantur, alijs quia constantiam admirabantur. Nanque tali incommodo
4 *perculsi secessum petunt, duplicántque tenebras fortuitis voluntaria adijcientes.*

CRASSI MVCIANI.

Quint.2.cap.2. Cic.in Bruto.ingenium studium, ac industriam eius commendat.

Iam P. Crassus, cum in Asiam ad Aristoni- A. V.
cum regem debellandum consul venisset, tanta dcxxij.
cura Græcæ linguæ notitiam animo cõprehendit, vt eam in quinque diuisam genera per omnes

partes

partes ac numeros penitus cognosceret. Quæ res maximum ei sociorum amorem conciliauit, quâ quis eorum lingua apud tribunal illius postulauerat, eadem decreta reddenti.

Q. ROSCII COMOEDI.

Cic. pro eodem & Archia poëta. Macrob. Sat. 3.

Ne Roscius quidem subtrahatur scenicæ industriæ notissimum exemplum, qui nullum vnquam spectanti populo gestum, nisi quem domi meditatus fuerat, ponere ausus est. Quapropter non ludicra ars Roscium, sed Roscius ludicram artem commendauit: nec vulgi tantum fauorem, verumetiam principum familiaritates amplexus est. Hæc sunt attenti & anxij, & nunquam cessantis studij præmia: propter quæ tantorum virorum laudibus non impudenter se persona histrionis inseruit.

EXTERNA.

DEMOSTHENIS ATHENIENSIS.

Cic. de Orat. 1. Gell. in noct. Att. Plutarch in eius vita.

Græca quoque industria, quoniã nostræ multum profuit, quem meretur fructum Latinæ linguæ recipiat. Demosthenes, cuius commemorato nomine, maximæ eloquentiæ consummato audientis animo oboritur, cum inter initia inuentæ artis quam affectabat, primam literam dicere non posset, oris sui vitium tanto studio expugnauit,

cib. diu. 2

gnauit, vt ea à nullo expressius efferretur. Deinde propter nimiam exilitatem acerbam auditu vocem suam exercitatione continua ad maturum & gratũ auribus sonum perduxit. Lateris etiam firmitate defectus, quas corporis habitus vires negauerat, à labore mutuatus est. Multos enim versus vno impetu spiritus complectebatur, eosq; aduersa loca celeri gradu scandens, pronuntiabat. Ac vadosis littoribus insistens, declamationes fluctuum fragoribus oblucłantibus edebat, vt ad fremitus concitatarum concionum patientia duratis auribus vteretur. Fertur quoque ore insertis calculis multum ac diu loqui solitus, quò vacuum promptius esset & solutius. Præliatus est contra rerum naturam, & quidem victor abijt, malignitatem eius pertinacissimo animi robore superando. Itaque alterum Demosthenem mater: alterum industria enixa est.*

videPlut. in vita.

Qutn. 2. cap. 3. Cicer. de fin. 5.

al. duratis actionibus.

PYTHAGORAE SAMII.

Dioge. Laërt in vita.

Atque vt ad vetustiorem industriæ actum trangrediar, Pythagoras perfectissimum opus sapientiæ à inuenta pariter omnis honestatis percipiendæ cupiditatem ingressus (nihil enim quod ad vltimum sui finem peruenturum est, non & maturè & celeriter incipit) Aegyptum petijt, vbi literis gentis eius assuefactus, preteriti æui sacerdotum commentarios scrutatus, innumerabilium seculorum obseruatione cognouit. Inde ad Persas profectus, magorum exactissimæ prudentiæ

Cic. de finib. 5.

dentiæ se formandum tradidit: à quibus siderum
6 motus cursusq; stellarum, & vniuscuiusque vim
7 proprietatem & effectum benignissimè demon-
al. sorpūt stratum docili animo * hausit. Cretam deinde,
& Lacædemona nauigauit: quarum legibus ac
Cic. Tusc 5. moribus inspectis, ad Olympicum certamen de-
scendit. Cumq; multiplicis scientiæ maxima to-
8 tius Græciæ admiratione specimen exhibuisset:
9 quo cognomine censeretur interrogatus, non se
σόφον (iam enim illud septem excellentes viri
occupauerat) sed φιλόσοφον esse respondit. In Ita-
liæ etiam partem, quæ tunc maior Græcia ap-
Tusc. 1. & 5. pellabatur perrexit: in qua plurimis & opulen-
tissimis vrbibus effectus suorum studiorum ap-
10 probauit. Cuius ardentem rogum plenis venerá-
Cic. de fi. 5. tionis oculis Metapontus aspexit: oppidum Py-
thagoræ quàm suorum ciuerum nobilius clariúsve monumento.

PLATONIS ATHENIENSIS
Laërt. in vita.

Plato autem patriam Athenas, præceptorem Socratem sortitus, & locum & hominem doctrinæ fertilissimum: ingenij quoque diuina instructus abundantia: cum omnium iam mortalium
Cic. in Bruto. *sapientissimus haberetur. eo quidem vsque, vt si ipse Iupiter cœlo descendisset, nec elegantiore, nec beatiore facundia vsurus videretur: Aegyptum peragrauit, dum à sacerdotibus eius gentis Geo-*
Cic. de fi. 5. *metriæ multiplices numeros, atque cælestium obseruationum rationem percipit. Quoq; tempore à studi-*

à studiosis iuuenibus certatim Athenæ Platonem doctorem quærentibus petebantur: ipse Nili fluminis explicabiles ripas, vastissimosq; campos, effusam barbariem & flexuosos fossarum ambitus & Aegyptiorum senum discipulus lustrabat. Quo minus miror eum in Italiam transgressum, vt ab Archyta Tarenti, à Timæo, & Arione, & Cæto Locris Pythagoræ præcepta & institutta acciperet. Tanta enim vis, tanta copia literarum vndique colligenda erat, vt mercem per totum terrarum orbem dispergi & dilatari posset. Altero etiam & octogesimo anno decedens sub capite Sophronis mimos habuisse fertur, sic ne extrema quidem eius hora agitatione studij vacua fuit.

Cic. de Senect. de fi. 5. Quint. 2. c. 17. Laër in vita. Suid. 28. 11

DEMOCRITI ABDERITAE.
Cic. lib. 5. Tusc. A. Gell. li. 10. Laër. in eius vita.

At Democritus, cùm diuitijs censeri posset, quæ tantæ fuerunt, vt pater eius Xerxis exercitui epulum dare ex facili potuerit: quò magis vacuo animo studijs literarum esset operatus, parua admodum summa retenta, patrimonium suum patriæ donauit. Athenis autem compluribus annis moratus, omnia temporum monumẽta ad percipiendam & exercendam doctrinam conferens, ignotus illi vrbi vixit: quod ipse in quodam volumine testatur. Stupet mens admiratione tantæ industriæ, & iam transit aliò. 12

CARNEADIS CYRENAEI.
Cic. Acad. I.

Carneas

Carneades laborioſus & diuturnus ſapientiæ miles: ſiquidem nonaginta expletis annis, idem illi viuendi ac philoſophandi finis fuit: Ita ſe mirificum doctrinæ operibus addixerat, vt cum cibi capiendi cauſſa recubuiſſet, cogitationibus inhæreus: manum ad menſam porrigere obliuiſceretur. Sed cum Meliſſa, quam vxoris loco habebat, temperato inter ſtudia non interpellandi, ſed mediæ ſuccurrendi officio, dexteram ſuam neceſſarijs, vſibus aptabat. Ergo animo tantummodo vita fruebatur, corpore verò quaſi alieno & ſuperuacuo circundatus erat. Idem cum Chryſippo diſputaturus, helleboro ſe antè purgabat, ad exprimendum ingenium ſuum attentius, & illius refellendum acrius: quas potiones induſtria ſolidæ laudis cupidis efficit appetendas.

Gel. 17 c. 15. Plin. 25. cap. 5. Diogen. Laërtius.

ANAXAGORAE CLAZOMENII.

Plato in Hippia maiore Laërt. Plutarch. in Apophtheg.

Quali porrò ſtudio Anaxagoram flagraſſe credimus? qui cum è diuina peregrinatione patriam repetiſſet, poſſeſſiones q; deſertas vidiſſet, Non eſſem, inquit, ego ſaluus, niſi iſtæ perijſſent. Vocem petitæ ſapientiæ compotem. Nam ſi prædiorum potius, quàm ingenij culturæ vacaſſet: dominus rei familiaris intra penates manſiſſet, nec tantus Anaxagoras ad eos rediſſet.

ARCHIMEDIS SYRACVSII.

Liui. 25. Plut. Marcello. Cic. de fin 5. & Vert. 6. Polyb. lib. 8. Plin. li. 7. c. 7. Quint. li. 1. & Gel.

Archi

Archimedis quoque fructuoſam induſtriam fuiſſe dicerem, niſi eadem illi & dediſſet vitam & abſtuliſſet. Captis enim Syracuſis, Marcellus machinationibus eius multum ac diu victoriam ſuam inhibitam ſenſerat: eximia tamen hominis prudentia delectatus, vt capiti illius parceretur, edixit: pænè tantum gloriæ in Archimede ſeruato, quantum in oppreſſis Syracuſis reponens. At is dum animo & oculis in terram defixis formas deſcribit, militi qui prædandi gratia domum irruperat, ſtricto q; ſuper caput gladio, quiſnam, eſſet interrogabat: propter nimiam cupiditatem inueſtigandi quod requirebat, nomen ſuum indicare non potuit. Sed protracto manibus puluere, Noli, inquit, obſecro, iſtum diſturbare: Ac perinde quaſi negligens imperij victoris obtruncatus, ſanguine ſuo artis ſuæ lineamenta confudit. Quo accidit, vt propter idem ſtudium modò donaretur vita, modò ſpoliaretur.

A. V. dxlj.

14

15

SOCRATIS ATHENIENSIS.

Plato in Euthyd. Cic. de Senect. Gellius Laërt.

*Socratem etiam conſtat ætate prouectum fidibus tractandis operam dare cœpiſſe: ſatius indicantem, eius artis vſum ſerò, quàm nunquam percipere. Et quantula Socrati acceſſio iſta futura ſcientiæ erat? ſed pertinax hominis induſtria, tantis doctrinæ ſuæ diuitijs etiam Muſicæ rationis * vtiliſſimum elementum accedere voluit. Ergo dum ad diſcendum ſemper ſe paupe-*

* al. viliſſimum.

rem credidit, ad docendum fecit se locupletissimum.

ISOCRATIS ATHENIENSIS.

Cic. Catone. Quintil. & Macrob.

Atque vt longæ & felicis industriæ quasi in vnum acervum exempla redigamus, Isocrates nobilissimum librum, qui inscribitur παναθηναϊκὸς, quartum & nonagesimum annum agens, vt ipse significat, composuit, opus ardentis spiritus plenum. Ex quo apparet, senescentibus membris eruditorum, intus animos industriæ beneficio florem iuuentæ retinere. Neque hoc stylo terminos vitæ suæ clausit: namque admirationis eius fructum quinquennio percepit.

CHRYSIPPI TARSENSIS.

Laërt. Suidas. Lucian. Macrobius.

Citerioris ætatis metas, sed non parui tamen spatij Chrysippi viuacitas flexit: nam octogesimo anno cæptum, vndequadragesimum λογικῶν exactissimæ subtilitatis volumen reliquit. Cuius studium in tradendis ingenij sui monimentis tantum operis laborisq; sustinuit: vt ad ea quæ scripsit penitus cognoscenda, longa vita sit opus.

16

CLEANTHIS. ASSII.

Laërt. Suid. Lucian. Cic. Acad. 1.

Te quoque Cleanthe tam laboriosè haurientem, & tam pertinaciter tradentem sapientiam, numen ipsius industriæ suspexit: cum adolescentem quæstu extrahendæ aquæ nocturno tempore inopi

inopiam tuam sustentantem, diurno Chrysippi præceptis percipiendis vacantem, eundémque ad vndecentesimum annum attenta cura erudientem auditores tuos videret: Duplici enim labore vnius sæculi spatium occupasti, incertum reddendo discipulúsne an præceptor esses laudabilior.

SOPHOCLIS ATHENIENSIS.

Lucian. Macr. Cic. Catone. Ipse Val. 9. cap. 12.

Sophocles quoque glorioſum cum rerum natura certamen habuit: tam benignè mirifica opera illa sua exhibendo, quàm illa operibus eius tempora liberaliter subministrando: Prope enim centesimum annum attigit, sub ipsum transitum ad mortem Oedipode Coloneo scripto, quâ sola fabulæ omnium eiusdem studij poëtarum præripere gloriam potuit: Idq; ignotum esse posteris filius Sophoclis Iophon noluit, sepulchro patris, quæ retuli, insculpendo.

SIMONIDI CEII.

Simonides vero poëta octogesimo anno & docuisse se carmina, & in eorum certamen descendisse ipse gloriatur: nec fuit iniquum, illum voluptatem ex ingenio suo diu percipere, cum eam omni ævo fruendam traditurus esset. Vix. an. 89. Suid.

SOLONIS ATHENIENSIS.

Cicero Catone. Plato Lachete, & de rep. 7. Plut in eius vita.

Iam Solon quanta industria flagrauerit, &

versibus complexus est, quibus significat se quotidie aliquid addiscentem senescere, & supremo vitæ die confirmauit, cùm assidentibus amicis, & quadam de re sermonem inter se conferentibus, satis iam pressum caput erigeret. Interrogatusq; quapropter id fecisset, respondit, Vt cum istud, quicquid est, de quo iam disputatis, percepero, moriar. Migrasset profecto ex hominibus inertia, si eo animo vitam ingrederemur, quo eam Solon egressus est.

THEMISTOCLIS ATHENIENSIS.

Cic. Catone. Plut. & Probus in vita. Quintil. cap. de memoria.

Quàm porro industrius Themistocles, qui maximarum rerum cura districtus, omnium tamen ciuium suorum nomina memoria compre-
18 hendit: Per summamq; iniquitatem patria pulsus, & ad Xerxem, quem paulo ante deuicerat, confugere coactus, prius quàm in conspectum eius veniret, Persico sermoni se assuefecit, vt labore parta commendatione, regijs auribus familiarem & assuetum sonum vocis adhiberet.

Plin. 7. cap. 24. Solin. & Quintil. 11. cap. 24. Iustin. lib. 1. De Mithridate iidem auctores & Gell. lib. 17. cap. 27.

Cuius vtriusque industriæ laudem duo reges partiti sunt, Cyrus omnium militum suorum nomina, Mithridates duarum & viginti gentium, quæ sub regno eius erant, linguas ediscendo. Ille, vt

vt sine monitore exercitum salutaret: hic, vt eos quibus imperabat, sine interprete alloqui posset.

DE OTIO LAVDATO.

CAP. VIII.

OTium, quod industriæ, & maximè studio 1
contrarium videtur, subnecti breuiter debet, non quo euanescit virtus, sed quo recreatur. Alterum enim etiam inertibus vtendum: alterum strenuis quoque interdum appetendum est: Illis, ne vitam eneruem exigant, his vt tempestiua laboris intermissione ad laborandum fiant 2
vegetiores.

DE P. AEMILIANO ET C. Lælio.

Cic. de Orat. 2. Hor. 2. Satyr. 1.

Par veræ amicitiæ clarissimum Scipio & Lælius, cùm amoris vinculo, tum etiam omnium virtutum inter se iunctis societate, vt actuosæ vitæ iter æquali gradu exequebantur, ita animi quoq; remissioni communiter acquiescebant. Constat namque eos Caietæ & Laurenti vagas littoribus conchulas, & * vmbilicos lectitasse. Idq; se L. Crassus ex socero suo Q. Scæuola, qui gener Lælij fuit, audisse sæpenumero prædicauit. al. obe-liscos.

DE Q. MVCIO SCEVOLA AVGVRE.

Cic. de Orat. & 1. offic.

Scæuola autem quieta remissione eorum cer-

tissimus testis, optimè pila lusisse traditur, quia videlicet ad hoc diuerticulum animum suum forensibus ministeriis fatigatum, transferre solebat. Alueo quoque & calculis vacasse interdum
4 *dicitur: cum benè ac diu iura ciuium, &*
5 *ceremonias deorum ordinasset. Vt enim in rebus seriis Scæuolam: ita & in scurrilibus lusibus hominem agebat, quem rerum natura continui laboris patientem esse non sinit.*

EXTERNA.

DE SOCRATE ATHENIENSI.

Equitare in arũdine lõga. Hor. 2. Sat. 3.

Idq; vidit, cui nulla pars sapientiæ obscura fuit, Socrates: ideóque non erubuit tunc, cum interposita arundine cruribus suis, cum paruulis filiolis ludens ab Alcibiade risus est.

DE ACHILLE HOMERICO.

Iliad. 1. Ouid.

Homerus quoque ingenij cælestis vates non aliud sensit, vehementissimis Achillis manibus canoras fides aptando, vt earum militare robur lemi pacis studio relaxaret.

DE VI ELOQVENTIÆ.

CAP. IX.

POtentiam verò eloquentiæ etsi plurimum valere animaduertimus, tamen sub proprijs exemplis, quo scilicet vires eius testatiores fiant, recognosci conuenit.

DE

DE M. VALERIO MAX. DICT.

Liu 3. Dionys. 10. Plut. Pomp. Zonar. Flor. lib. 2. cap. 23. Auct. de vir. illust. cap. 18. Gell. lib. 17. cap. 21. App. 1. bell. ciu. Eutrop. 1. cap. 11. Oros. 2. 6. Aug. 2. 18. & 3. 17. Fenest. tit. 25. Ouid. 3. fasto.

Regibus exactis, plebs dissidens à patribus, iuxta ripam fluminis Anienis in colle, qui Sacer appellatur, armata consedit. Erátque non solum deformis, sed etiam miserrimus reipub. status: à capite eius cætera parte corporis pestifera seditione diuisa. Ac ni Valerij subuenissent eloquentia spes tanti imperij in ipso penè ortu suo corruisset. Is namque populum noua & insolita libertate temere gaudentem, oratione ad meliora & saniora consilia reuocatum, senatui subiecit, id est, vrbem vrbi iunxit. Verbis ergo facundis ira, consternatio, & arma cesserunt.

A. V. cclix.

Non Valer. sed Menenius Agrippa vocatur apud alios.

DE M. ANTONIO ORATORE.

Appian. ciuil Plutarch. Mario Velleius.

*Quæ etiam Marianos Cinnanosq; mucrones ciuilis profundendi sanguinis cupiditate furentes, inhibuerunt. Missi enim à sæuissimis ducibus milites ad M. Antonium obtruncandum, sermone eius obstupefacti, destrictos iam & vibrantes gladios cruore vacuos vaginis reddiderunt. Quibus digressis * P. Antronius (is enim solus in ambitu expers Antonianæ vocis steterat)*

A. V. dclxvj.

al. P. Annis.

crudele imperium truculento ministerio peregit. Quàm distortum igitur eum fuisse putemus, quem ne hostium quidem quisquam occidere sustinuit, qui modo vocem eius ad aures suas voluit admittere?

DE C. IVLIO CAESARE.

Suet. Cæsare. Plutarch. & alij.

Diuus quoque Iulius, quàm cælestis numinis, tum etiam humani ingenij perfectissimum columen, vim facundiæ propriè expressit: dicendo in accusatione Cn. Dolabellæ, quem reum egit, extorqueri sibi causſam optimam L. Cottæ patrocinio. Siquidem maxima tunc vis eloquentiæ quæsita est: cuius facta mentione, quoniam domesticum nullum maius adiecerim exemplum, peregrinandum est.

A. v. delxxvij.

EXTERNA.

DE PISISTRATO ATHENIENSI.

Iustin. 2. Plut. Solone. Herodot. 1. Cic. 3. de Orat. Macrob.

Pisistratus dicendo tantum valuisse traditur, vt ei Athenienses regium imperium, oratione capti permitterent: cum præsertim ex contraria parte amantissimus patriæ Solon niteretur. Sed alterius salubriores erant conciones, alterius disertiores: quo euenit, vt alioqui prudentissima ciuitas libertati seruitutem præferret.

DE

DE PERICLE ATHENIENSI.

Plut. in vita. Cic. in Bruto, & 3. de Orat.

Pericles autem felicissimis naturæ incrementis, sub Anaxagora præceptore summo studio perpolitus & instructus, liberis Athenarum cerui-cibus, iugum seruitutis imposuit: egit enim ille vrbem & versauit arbitrio suo. Cumq; aduersus voluntatem populi loqueretur, iucunda nihilominus, & popularis eius vox erat. Itaque veteris comœdiæ maledica lingua, quamuis potentiam viri perstringere cupiebat, tamen in labris eius homini mellè dulciorem leporem fatebatur habitare: inq; animis eorum, qui illum audierant, quasi aculeos quosdam relinqui prædicabat. Fertur quidam, cum admodum senex primæ concioni Periclis adolescentuli interesset, idémque iuuenis Pisistratum iam decrepitum concionantem audisset, non temperasse sibi quo minus exclamaret, Caueri illum ciuem oportere, quòd Pisistrati orationi simillima eius esset oratio: Nec hominem aut æstimatio eloquij, aut morum augurium fefellit. Quid enim inter Pisistratum & Periclem interfuit? nisi quòd ille armatus, hic sine armis tyrannidem gessit?

Eupolis ἐν δήμοις

DE HEGESIA CYRENAICO.

Laërt. in Aristip. Cic. Tusc.

Quantum eloquentia valuisse Hegesiam Cyrenaicum philosophum arbitramur? qui sic mala vitæ repræsentabat: vt eorum miserandæ imagine audientium pectoribus inserta, multis

voluntariæ mortis oppetendæ cupiditatem ingeneraret? Ideóque à rege Ptolomæo vlterius hac de re disserere prohibitus est.

DE PRONVNTIATIONE ET APTO MOTV CORPORIS.

CAP. X.

ELoquentiæ autem ornamenta in pronuntiatione apta, & conuenienti motu corporis consistunt: quibus cum se instruxit, tribus modis hominem aggreditur, animos eorum ipsa inuadendo, horum alteri aures, alteri oculos permulcendos tradendo.

DE C. GRACCHO.

Plutarch. in vita. Gell. 1. cap. 11. Quintil. 1. cap. 17. Cic. 3. de Orat. Plin. secund. in Epist.

A. V. dcxxx. *Sed vt propositi fides in personis illustribus exhibeatur, C. Gracchus eloquentiæ quàm propositi felicioris adolescens, quoniam flagrantissimo ingenio cùm optimè remp. tueri posset, perturbare impiè maluit: quoties apud populum concionatus est, seruum post se musicæ artis peritum habuit, qui occultè eburnea fistula pronuntiationis eius modos formabat, aut nimis remissos excitando, aut plus iusto concitatos reuocando: Quia ipsum calor atque impetus actionis attentum huiusce temperamenti æstimatorem ésse non patiebatur.*

DE

DE Q. HORTENSIO.

Gellius 1. cap. 5.

Q. autem Hortensius plurimum in corporis decoro motu repositum credens, penè plus studij in eodem elaborando, quàm in ipsa eloquentia affectanda impendit. Itaque nescires vtrum cupidius ad audiendum eum, an ad spectandum concurreretur: sic verbis oratoris aspectus, & rursus aspectus verba seruiebant. Itaque constat Æsopum & Roscium ludicræ artis peritissimos viros, illo causas agente, in corona frequenter astitisse, vt foro petitos gestus, in scænam referrent.

DE M. TVLLIO.

Cic. in Bruto. Pæd. pro Cornel. Quintil. 11. cap. 3. Plut in eius vita. Plin. lib. 1. cap. 30.

Iam M. Cicero quantum in vtraque re de qua loquimur, momenti sit, oratione quam pro Gallio habuit, significant, M. Callidio accusatori exprobrando, quòd præparatum sibi à reo venenum, testibus, chirographis, quæstionibus se probaturum affirmans, remisso vultu, & languida voce, & soluto genere orationis vsus esset: paritérque & oratoris vitium detexit, & causæ periclitantis argumentum adiecit, totum hunc locum ita claudendo: Tu istud M. Callidi nisi fingeres, sic ageres? I

A. V. dcxxcvij.

EX

EXTERNA.

DE DEMOSTHENE ATHENIENSI.

Cic. Bruto, & de Orat. 3. Quint. 11. cap. 3. Gellius 7. Plutarch. in vita Demosth. Plin. lib. 7. cap. 30.

2 *Consentaneum huic Demosthenis iudicium qui cum interrogaretur, quidnam esset in dicendo efficacissimum, respondit, ἡ ὑπόκρισις. Iterum deinde, & tertio interpellatus idem dixit, penè totum se illi debere confitendo. Rectè itaque Æschines, cum propter iudicialem ignominiam, relictis Athenis, Rhodum petisset, atque ibi rogatu ciuitatis suam prius in Ctesiphontem, deinde Demosthenis pro eodem orationem clarissima & suauissima voce recitasset, admirantibus cunctis vtriusque * columinis eloquentiam, sed aliquantò magis Demosthenis, Quid si, inquit, ipsum audissetis? tantus orator, & modo tam infestus aduersarius sic inimici vim ardoremque dicendi suspexit, vt se scriptorum eius parum idoneum lectorem esse diceret: expertus acerrimum oculorum vigorem, terribile vultus pondus, accommodatum singulis verbis sonum vocis, efficacissimos corporis motus. Ergo etsi operi illius adiici nihil potest, tamen in Demosthene magna pars Demosthenis abest, quod legitur potius quàm auditur.*

al. voluminis.

DE

DE EFFECTIBVS ARTIVM RARIS.

CAP. XI.

Effectus etiam artium recogniti, possint aliquid afferre voluptatis: protinusq; & quam vtiliter excogitatæ sunt, patebit: & memoratu dignæ res lucido in loco reponentur, & labor in ijs edendis suo fructu non carebit.

ASTROLOGIA C. SVLPICII GALLI.

Liui. 44. Plin. 2. cap. 12. Front. 1. cap. 12. Plut. in Paullo. Vitru. Quint. lib. 1.

Sulpitij Galli maximum in omni genere literarum recipiendo studium plurimum reipub. profuit. Nam cum L. Paulli bellum aduersum regem Persen gerentis, legatus esset, ac serena nocte subitò luna defecisset: eóque veluti diro quodam monstro perterritus exercitus noster, manus cum hoste conferendi fiduciam amisisset, de cæli ratione, & siderum natura peritissimè disputando alacrem eum in aciem misit. Itaque illi melytæ Paullianæ victoriæ liberales artes Galli aditum dederunt: quia nisi ille metum nostrorum militum vicisset, imperator Romanus vincere hostes non potuisset.

A. V. DXXC.

ARVSPICINA SPVRINAE.

Suet. Plutarch. in vita Cæs.

Spurinæ quoque in consectandis deorum monitis efficacior scientia apparuit, quàm vrbs Roma.

A. V. DCCIX.

mana voluisset. Prædixerat enim C. Cæsari, vt proximos XXX. dies quasi fatales caueret, quo-
1 *rum vltimus erat Idus Martiæ. Eo cum fortè mane vterque in domum Caluini Domitij ad officinam conuenissent, Cæsar Spurinæ, Ecquid scis inquit Idus Martias iam venisse? & is, Ecquid illas nondum præteriisse? Abiecerat alter timorem, tanquam exacto tempore suspecto, alter ne extremam quidem eius partem periculo vacuam esse arbitratus est. Vtinam aruspicem potius augurium, quàm patriæ parentem securitas fefellisset.*

EXTERNA.

ASTROLOGIA PERICLIS.

Plutarch. in vita Front. 1. cap. 11. Quint. lib. 1. cap. de Astrolog.

Sed vt alienigena scrutemur, cum obscurato repente sole musitatis perfusæ tenebris Athenæ solicitudine agerentur, interitum sibi cælesti denuntiatione portendi credentes, Pericles processit in medium, & quæ à præceptore suo Anaxagora
2 *pertimentia ad solis & lunæ cursum acceperat, disseruit: nec vlterius trepidare ciues suos vano metu passus est.*

PICTVRA APELLIS ET *Plastice Lysippi.*

Plutarch. de fort. Alexand. Plin. & Cic. fam. Horat. Ep. lib. vlt.

Quantum porrò dignitatis à rege Alexandro tribu

tributum arti existimamus, qui se & pingi ab vno Apelle, & fingi à Lysippo tantummodo voluit?

VVLCANVS ALCAMENIS.

Pausan. in Attic. Plin 36. cap. 5.

Tenet visentes Athenas Vulcanus Alcamenis manibus fabricatus. Præter cætera enim perfectissimæ artis in eo præcurrentia indicia, etiam illud mirantur, quod stat dissimulatæ claudicationis sub veste leuiter vestigium repræsentans,
3 *vt non tanquam exprobatum vitium, ita tamen certam propriamque dei notam decorè significans.*

VENVS PRAXITELIS.

Plin. 36. cap. 5. Lucian. in Amorib. Ælian. Var. hist 2.

Cuius coniugem Praxiteles in marmore quasi spirantem in templo Gnidiorum collocauit, propter pulchritudinem operis à libidinoso cuiusdam complexu parum tutam. Quo excusabilior est error equi, qui visa pictura equæ, hinnitum edere coactus est: & canum latratus aspectu picti canis incitatus: taurúsque ad amorem & concubitum æneæ vaccæ Syracusis niviæ similitudinis irritamento compulsus. Quid enim vacua rationis animalia arte decepta miremur cum hominis sacrilegam cupiditatem muti lapidis lineamentis excitatam videamus?

QVAE

QVÆDAM NVLLA ARTE EFFICI POSSE.

CAP. XII.

NEPTVNVS EVPHRANORIS.

Pausan. Attic. Plin. 35.

CEterum natura quemadmodum sæpenumero æmulam virium suarum artem esse patitur, ita aliquando irritam fesso labore dimittit: quod summi artificis Euphranoris manus senserunt. Nam cum Athenis XII. deos pingeret, Neptunum imaginem, quàm poterat excellentissimis maiestatis coloribus complexus est, perinde ac Iouis aliquantò augustiorem repræsentaturus. Sed omni impetu cogitationis in superiori opere absumpto, posteriores eius, conatus assurgere quò tendebant, nequiuerunt.

AGAMEMNON TIMANTIS.

Plin. 35. cap. 10.

Quid ille alter æquè nobilis pictor, luctuosum immolatæ Iphigeniæ sacrificium referens, cum Calchanta tristem, mœstum Vlyssem, clamantem Aiacem, lamentantem Menelaum circa aram statuisset, caput Agamemnonis inuoluendo, nónne summi mœroris acerbitatem arte exprimi non posse confessus est? Itaque pictura eius, aruspicis, amicorum, & fratris lachrymis madet, patris fletum spectantis affectui æstimandum reliquit.

EQVVS NEALCIS.

Plin. 35. cap. 10. Plut. de fortun. Alex.

Atque

Atque vt eiusdem studijs adijciam exemplum: præcipuæ artis pictor equum ab exercitatione venientem, modo non vnum: labore industriæ suæ comprehenderat. Cuius naribus spumas adijcere cupiens, tantus artifex in tam paruula materia multum ac diu frustra * tenebatur: Indignatione deinde accensus, spongiam omnibus imbutam coloribus fortè iuxta se positam apprehendit, & veluti corrupturus opus suum tabulæ illisit: Quam fortuna ad ipsius equi mares directam desiderium pictoris coëgit * explere. Itaque quod ars adumbrare non valuit, casus imitatus est.

al. terrebatur.

al. exemplare, vel ex planare.

SVAE QVEMQVE ARTIS ET AVCTOREM ET DISPVTATOREM OPTIMVM ESSE.

CAP. XIII.

SVæ autem artis vnumquenque & actorẽ & disputatorem optimum esse ne dubitemus, paucis exemplis admoneamus. 1

DE FVRIO ET CASELLIO in iure prædiatorio.

Cic. Balbiana.

Q. Scæuola legum clarissimus & certissimus vates, quotiescunque de iure prædiatorio consulebatur, ad Furium, & Cæsellium, quia huic scientiæ dediti erant, consultores reijciebat. Quo quidem facto moderationem magis suam com- 2

mendabat, quàm auctoritatem minuebat: ab his id negotium aptius explicari posse confitendo, qui quotidiano eius vsu callebant. Sapientissimi igitur artis suæ professores sunt, à quibus & propria studia verecundè, & aliena callidè æstimantur.

DE EVCLIDE GEOMETRA.

3 Platonis quoque eruditissimum pectus hæc cogitatio attigit: qui conductores sacræ Aræ de modo & forma eius secum sermonem conferre conatos, ad Mit. Eudoxum Geometrã ire iussit, scientiæ eius cedens, imò professioni.

DE PHILONE ARCHITECTO.

Plin. 7. cap. 37. Cic. de Orat. 1.

Gloriantur Athenæ armamentario suo, nec sine caussa: est enim illud opus & impensa & elegantia visendum: Cuius architectum Philonem, ita facundè rationem institutionis suæ in theatro reddidisse constat, vt disertissimus populus non minorem laudem eloquentiæ eius, quàm arti attribuerit.

DE APELLE PICTORE.

Plin. 35. cap. 10. de Appelle.

Mirifice & ille artifex, qui in opere suo monere se à sutore de crepida, & ansulã passus: de crure etiam disputare incipientem, supra plannam ascendere vetuit.

DE SENECTVTE.

CAP. XIIII.

SEnectus quoque ad vltimum sui finem prouecta, in hoc eodem opere, inter exempla industriæ, in aliquot claris viris conspecta est, separatum tamen & proprium titulum habeat ne, cui Deorum immortalium præcipua indulgentia adfuit, ei nostra ornata mentio defuisse existimetur. Et simul spe diuturnioris vitæ, quasi adminicula quædam dentur: quibus insistens, alacriorem se respectu vetustæ felicitatis facere quis possit: tranquillitatémque seculi nostri, quæ I nulla vnquam beatior fuit, subinde, fiducia confirmet: salutaris principis incolumitatem, ad longissimos humanæ conditionis terminos prorogando.

DE M. VALLERIO CORVO VI. Cos.

Plin. 7. cap. 48. Cic. Catone. Plut. in Mario.

M. Valerius Coruus centesimum annũ compleuit: cuius inter primum & sextũ consulatum quadraginta septem anni intercesserunt: sufficitque integris viribus corporis non solum speciosissimis reipublicæ ministeriis, sed etiam exactissimæ agrorum suorum culturæ, & cuius & patrisfamilias optabile exemplum.

DE L. METELLO PONT. MAX.

Cic. Catone. Plin. 7. cap. 48

Cuius vitæ spacium æquauit Metellus, quartóque anno post consularia imperia, senex admodum pont. max. creatus tutelam ceremoniarum per duos & viginti annos, neque ore in votis nuncupandis hæsitante, neque in sacrificiis facẽdis tremula manu gessit. A. V. dx.

DE Q. FABIO MAX. *Verrucoſſo.*

Liuius 30. Plin. 7. cap. 40.

Vſque ad A. V. dl. Q. autem Fabius Max. duobus & ſexaginta annis auguratus ſacerdotium ſuſtinuit, robuſta iam ætate id adeptus: quæ vtraque tempora ſi in vnum conferantur, facilè ſeculi modum expleuerint.

DE M. PERPERNA *Cenſorio.*

Plin. 7. cap. 48. Dio. 41.

A. V. dclxj. Iam de M. Perperna quid loquar? qui omnibus, quos in ſenatu conſul rogauerat, ſuperſtes fuit: ſeptem quoque tantummodo, quos cenſor collega L. Philippi legerat, è patribus conſcriptis reliquos vidit: toto ordine ampliſſimo diuturnior.

A. V. dclxvij.

DE AP. CLAVDIO CAECO.

Cic. de Senect. Liuius. 13 & alij.

Appij verò ævum clade metirer, quia infinitũ numerum annorum orbatus luminibus exegit: niſi quatuor filios, & quinque filias, plurimas clientelas, rem denique publicam hoc caſu grauatus fortiſſimà rexiſſet. Quinetiam feſſus iam A. V. dclxxiij. viuendo lectica ſe in Curiam deferri iuſſit, vt cum Pyrrho deformem pacem fieri prohiberet. Hunc cæcum aliquis nominet, à quo patria, quod honeſtum erat, per ſe parum cernens, coacta eſt perurdere?

DE

DE MVLIERIBVS LIVIA. *Terentia, & Clodia.*

Plin. 7. cap. 48.

Muliebris etiam vitæ ſpatium non minus longum in cõpluribus apparuit, quarũ aliquas ſtrictim retuliſſe me ſatis erit: Nam & Liuia Rutilij ſeptimum & nonageſimum, & Terentia Ciceronis, tertium & centeſimum, & Clodia Auſilij quindecim filijs antè amiſſis, quintumdecimum & centeſimum expleuit annum. 4 5

EXTERNA.

DE HIERONE SICILIAE, ET *Maſſaniſa Numidiæ regibus.*

Liuius 24. Lucian. Macro. Liuius. 50. Suid. Plin. 7. cap. 14. & 48. Cic. in Cat. ma.

Iungam his duos reges, quorum diuturnitas populo Rom. fuit vtiliſſima. Siciliæ rector Hiero A. V. dxxxviij. ad nonageſimum annum peruenit. Maſſaniſa Numidiæ rex hunc modum exceſſit, regni ſpatium ſexaginta annis emenſus, vel ante omnes A. V. dcv. homines robore ſenectæ admirabilis. Conſtat eum, quemadmodum Cicero refert libro quem de ſenectute ſcripſit, nullo vnquam imbre, nullo frigore, vt caput ſuum veſte tegeret, adduci potuiſſe. Eundem ferunt aliquot horis in eodem veſtigio perſtare ſolitum, non antè moto pede, quàm conſimili labore iuuenes fatigaſſet: Ac 6 ſi quid agere aſſidentem oporteret, toto die ſæpenumero nullam in partem conuerſo corpore

in folio duraſſe. Ille verò etiam exercitus equo
7 *inſidens, noctem diei plerumque iungendo duxit,*
nihilque omnino ex ijs operibus, quæ adoleſcens
ſuſtinere conſueuerat, quum illam ſenectutẽ age-
ret, omiſit. Veneris etiam vſu ita ſemper viguit,
vt poſt ſextum & octogeſimum annum filium
generarit, cui Methymnato nomen fuit. Terram
quoque, quam vaſtam & deſertam acceperat,
perpetuo culturæ ſtudio frugiferam reliquit.

DE GORGIA LEONTINO.

Cic. Catone Quint. 3. cap. 1. Lucian. in Macrobijs. Plin. 7. 43. Aelian. Var. hiſt.

Gorgias etiam Leontinus Iſocratis, & com-
plurium magni ingenij virorum præceptor, ſua
ſententia felicisſimus. Nam cùm centeſimum &
ſeptimum ageret annũ, interrogatus quapropter
tandiu vellet in vita remanere: Quia nihil, in-
quit, habeo, quod ſenectutem meam accuſem.
Quid iſto tractu ætatis aut lõgius, aut beatius?
Iam alterũ ſeculum ingreſſus, neque in hoc que-
relam vllam inuenit, neque in illo reliquit.

DE XENOPHILO CAL-
cidenſi.

Lucian. in Macrobijs. Plin. 7. cap. 50.

Biennio minor Xenophilus Chalcidenſis Py-
thagoricus, ſed felicitate non inferior. Siquidem
(vt ait Ariſtoxenus muſicus) omnis humani in-
commodi expers, in ſummo perfectiſsimæ ſplen-
dore doctrinæ extinctus eſt.

DE

DE ARGANTHONIO GADI-
tanorum rege.

Cic. Caton. Plin. 7. c. 48. Herod. 1. Luc. Macrob.

Arganthonius autem Gaditanus tandiu re-
gnauit, quandiu etiam ad ſatietatem vixiſſe
abundè foret. Octaginta enim annis patriam
ſuam rexit, cum ad imperium quadraginta an-
nos natus acceſsiſſet: Cuius rei certi ſunt auctо- 8
res. Aſinius etiam Pollio non minima pars Romæ
ſtyli, in tertio hiſtoriarum ſuarum libro centum
illum & viginti annos expleſſe commemorat: & 9
ipſe neruoſæ viuacitatis haud paruũ exemplum. 10

DE AETHIOPIBVS INDIS,
& Epimenide Cnoſio.

Herodot. 3 Plin. 7. cap. 48 Laert. in vita.

Huius Regis conſummationem annorum mi-
nus admirabilem faciunt Aethiopes: quos Hero-
dotus ſcribit centeſimum & vigeſimum annum
tranſgredi. Et Indi, de quibus Creſias quidem 11
tradit. Et Epimenides Cnoſius: quem Theopom-
pus dicit ſeptem & quinquaginta & centum
annos vixiſſe.

DE GENTE EPIORVM AETOLA.
Plin. 7. cap. 48.

Hellanicus verò ait, quoſdam ex gente Epio- 12
rum, quæ pars eſt Aetoliæ, ducenos explere an-
nos, eiq; ſubſcribit Demaſthes hoc amplius ad- 13
firmans, Litorium quendam ex his maximarum
virum, ſtaturæq; præcipuæ, trecenteſimum an-
num cumulaſſe.

DE DANTHONE QVODAM, ET Lachmiorum regibus duobus.

Plin.7. cap.48.

Alexander verò in eo volumine, quod de Illyrico tractu composuit, affirmat Danthona quendam ad quingentesimum vsque annum nulla ex parte senescentem processisse. Sed multò liberalius Xenophon, cuius περίπλους legitur: Insulæ
14 *enim Lachmiorum regem octingentis vitæ annis donauit. Ac ne pater eius parùm benignè acceptus videretur, ei quoque sexcentos assignauit annos.*

DE CVPIDITATE GLORIAE.

CAP. XV.

Gloria autem vnde oriatur, aut cuius sit habitus, aut qua ratione debeat comparari, & an melius à virtute, ac veluti non necessaria, negligatur: viderint ij, quorum in contemplandis huiusmodi rebus cura teritur: quibúsque illa quæ prudenter animaduerterunt, facundè contigit eloqui. Ego in hoc opere facilis auctores, & auctoribus facta sua reddere contentus, quanta cupiditas eius esse soleat, proprijs exemplis demonstrare conabor.

Tullium re spicere videtur, qui de gloria scripsit.

DE P. AFRICANO MAIORE.

Liui 38. Cic. pro Archia. Plin. 7. c. 30. Euseb. Chron. Solin. cap. 7. Polyb. & Plut.

Superior Africanus Ennij poetæ effigiem in monumentis Corneliæ gentis collocari voluit, quòd

quòd ingenio eius opera sua illustrata iudicaret: Non quidem ignarus quandiu Romanum imperium floreret, & Africa Italiæ pedibus esset subiecta, totiusque terrarum orbis summũ columen arx Capitolina posßideret, eorum extingui memoriam non posse. * *Si tamen literarum quoque lumen illis accessisset, magni æstimans. Vir Homerico, quàm rudi atque impolito præconio dignior.* 8 Sed.

DE D. BRVTO CALLAICO.

Cic. in Bruto & pro Archia.

Similiter honoratus animus erga poëtam Accium D. Bruti suis tẽporibus clari ducis extitit: cuius familiari cultu, & prompta laudatione delectatus, eius versibus templorum aditus, quæ ex manúbijs consecrauerat, adornauit. A. V. dcxxj.

DE CN. POMPEIO MAGNO.

Strab. 13. Cic. pro Archia.

Ne Pompeius quidem Magnus ab hoc affectu gloriæ auersus: qui Theophanem Mitylenæum scriptorem rerum suarum in concione militum ciuitate donauit: beneficium perse amplum, accurata etiam & testata oratione prosecutus. Quo effectum est, vt nequis dubitaret quin referret potius gratiam, quàm inchoaret. A. V. dcxij. circiter.

DE L. SVLLA FELICE.

Plut. in vita. Plin 37. ca. 1. Salluſt. in bel. Iugur.

L. autem Sulla, etsi ad neminem scriptorem animum direxit: tamen Iugurthæ à Boccho rege ad Marium perducti totam sibi laudem tam A. V. dcxlvij.

cupidè asseruit: vt annulo: quo signatorio vtebatur, insculptam illam traditionem haberet: Et quantus postea? ne minimum quidem gloriæ vestigium contempsit.

DE EQVITE QVODAM.

A. V. dccvij. bello ciuili in Africa.

Atque imperatoribus gloriosum militis spiritum subnectam: Scipionem dona militaria ijs qui strenuam operam ediderant, diuidentem, T. Labienus, vt forti equiti aureas armillas tribueret, admonuit. Eoq; negante se id facturum, ne castrensis honos in eo, qui paulò antè seruisset violaretur, ipse ex præda Gallica aureas equiti largitus est. Nec tacitè id Scipio tulit: nam equiti, Habebis, inquit, donū viri diuitis. Quod vbi ille accepit, proiecto ante pedes Labieni auro, vultum demisit. Idem vt audijt Scipionem dicentem, imperator te argenteis armillis donat: alacer gaudio abijt. Nulla est ergo tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur.

DE C. FABIO PICTORE.

Liui. 9. Plin 35. cap. 4.

A. V. cdli.

Illa verò & iam à claris viris interdum ex humillimis rebus petita est. Nam quid sibi voluit C. Fabius nobilissimus ciuis? qui cum in æde Salutis quam C. Iunius Bubulcus dedicauerat, parietes pinxisset, nomen his suum inscripsit. Id enim demum ornamenti familiæ consulatibus, & sacerdotijs, & triūphis celeberrimæ decerat: Cæterum sordido studio deditum ingenium, qualemcunque illum laborem suum silentio obliterari

rari noluit: Videlicet Phidiæ secutus exemplum, qui Clypeo Mineruæ effigiem suã inclusit: qua conuulsa, tota operis colligatio solueretur. Ci. Tusc. 1. & de orat. 2.

EXTERNA.

DE THEMISTOCLE ATHENIENSI.

Plutarch. in vita, & Apophth. Cic. 4. Tuscul.

Sed melius aliquantò, si imitatione altera capiebatur, Themistoclis ardorem esset æmulatus: quem ferunt stimulis virtutum agitatum, & ob id noctes inquietas exigentem, quærentibus, quia ita eo tempore in publico versaretur, respondisse, Quia me trophæa Miltiadis de somno excitãt. Marathon nimirum animum eius, & Arthemisium, & Salamis naualis gloriæ fertilia nomina illustranda tacitis facibus incitabant. Idem theatrum petens, cum interrogaretur, cuius vox auditu illi futura esset gratissima, dixit, Eius à quo artes meæ canentur optimè. Dulcedinem gloriæ penè adiecit gloriosam. Cic. pro Archia.

DE ALEXANDRO MAGNO.

Iuuenal. Sat. 10. Plutarch. de tranq. animi. Q. Curtius. Arrian.

Iam Alexandri pectus insatiabile laudis, qui Anaxarcha comiti suo ex auctoritate Democriti præceptoris innumerabiles mundos esse referenti, Heu me, inquit, miserum: quòd ne vno quidem adhuc potitus sum! Angusta homini possessio gloriæ fuit, quæ deorum omnium domicilio sufficit.

DE

DE ARISTOTELE STAGIRITE.

Regis & iuuenis flagrantissimæ cupiditatis similem Aristotelis in capessanda laude sitim subnectam. Is nanque Theodectis discipulo oratoriæ artis libros, quos ederet, donauerat: molestéq; posteà ferès titulum eorum sic alij cessisse: proprio volumine quibusdam rebus insistens, planius sibi de his in Theodectis libri dictum esse adiecit. Nisi me tantæ & tam latè patentis scientiæ verecundia teneret, dicerem dignum philosophum, cuius stabiliendi mores, altioris animi philosopho traderentur. Cæterum gloria ne ab his quidem qui contemptum eius introducere conantur, negligitur: quoniam quidem ipsis voluminibus nomina sua diligenter adiyciunt, vt quod pressione eleuant, vsurpatione memoriæ consequantur. Sed qualiscunque horum dissimulatio, proposito illorum longe tolerabilior est, qui dummodo æternam memoriam assequantur, etiam sceleribus innotescere non dubitarunt.

In principio Rhetorices ad Alexand.

3

Cic. pro Archia & Tusc. 1.

4

DE PAVSANIA MACEDONE.

Diodor. & Plut in Alexand. Iustin. 9.

Quorum è numero nescio an in primis Pausanias debeat referri: Nam cum Hermoclem percontatus esset, quonam modo subito clarus posset euadere: atque is respondisset, si illustrem vnum aliquē occidisset, futurū, vt gloria eius ad ipsum redundaret: continuo Philippum interemit. Et quidem quod petierat, assecutus est: tam enim se parri-

cidio, quàm Philippus virtute notum posteris reddidit.

DE HEROSTRATO.

Strabo 14. Cic. Gell. lib. 2. cap. 6. Plin. lib. 36. cap 14.

*Illa verò gloriæ cupiditas sacrilega: inuentus est enim qui Dianæ Ephesiæ templum incendere vellet, vt opere pulcherrimo consumpto, nomen eius per totum terrarum orbem * disiceretur: Quem quidem mentis furorem, eculeo impositus detexit. At bene consuluerant Ephesij, decreto memoriam teterrimi hominis abolēdo: misi Theopompi magnæ facundiæ ingenium, in historijs cum suis comprehendisset.*

* al. differetur. Herostrato fuit incēdiario nomen.

QVAE CVIQVE MAGNIFICA CONTIGERVNT.

CAPVT XVI.

CAndidis autem animis voluptatem præbuerint in cōspicuo posita, quæ cuique magnifica meritò contigerūt: Quia æquè præmiorum virtus, atque honorum contemplatio iudicanda est: ipsa natura nobis alacritatem subministrante, cū honorē industriè appeti, & exolui gratè videmus. Verum etsi mens hoc loco protinus ad Augustam domum beneficentissimum & honoratissimum templum omni impetu fertur, melius cohibetur, quoniam cui ascensus in cælum patet, quamuis maxima, debitò tamen minora sunt, quæ in terris tribuuntur.

DE

DE P. AFRICANO MAIORE.

Liuius 28.

1 *Superiori Africano consulatus citerior legitimo tempore datus est. Cui quæ in vita præcipua assignata sunt, & longum est referre quia multa: & non necessarium, quia maiore ex parte iam relata sunt. Itaque quod hodieq; eximium, capiti adiiciam. Imaginem in colla Iouis opt. max. positam habet: quæ quotiescunque funus aliquod Corneliæ genti celebrandum est, inde petitur, unique illi instar atrij Capitolium est.*

A. V. dxlviij.

2

A. V. dlij. Liui. 38. ipse Vale. 4. cap.

DE M. CATONE VTICENSI.

Auct. de vir. illust. in vita.

3 *Tam hercle, quàm Curia Superiori Catoni, unde effigies illius ad eiusdem generis officia exprimitur. Gratum ordinem, qui vtilissimum reipublicæ senatorem * tantum non semper secum habitare voluit omnibus numeris virtutum ditiorem, magisq; suo merito, quàm fortunæ beneficio magnum: cuius prius consilio, quàm minoris*

4

A. V. diij. al. tãquã. A. V. dciiij. Liui. 49. Ci. Cato.

5 *Scipionis imperio est deleta Carthago.*

DE P. SCIPIONE NASICA.

6 Liui 29. Ouid. Fast. 4. Auctor de viris illust. cap. 44. Solin. cap. 7. Plin. hist. 2. cap. 34.

A. V. dxlix. *Rarum specimen honoris à Scipione quoque Nasica oboritur: eius namque manibus, & penatibus nondum quæstorij, senatus Pythij Apollinis monitu, Fessinunte accersitam deam excipi voluit: quia eodem oraculo præceptum erat, vt hæc ministeria Matri Deum à sanctissimo viro*

præstarentur. Explica totos fastos, constitue omnes currus triumphales, nihil tamen morum principatus speciosius reperies. 8

DE P. SCIPIONE. Aemiliano.

Appi. Liui. 50. Auctor de viris illust. in vita.

Tradunt subinde nobis ornamenta sua Scipiones commemoranda. Aemilianum enim populus ex cãdidato ædilitatis, consulem fecit. Quod fieri oportere, exercitus senatum literis admonuit. Ita nescias vtrum illi plus decoris patrum conscriptorum auctoritas, an militum consilium adiecerit, toga enim Scipionem ducem aduersus Pœnos creauit, arma popposcerunt. Eundémque, cum quæstorijs comitijs suffragator Q. Fabij Maximi fratris filij, in campum descendisset, consulem iterum reduxit. Eidem senatus bis sine sorte prouinciam: prius Africam, deinde Hispaniam dedit. Atque hæc neque ciui, neque senatori ambitiose: quemadmodum non solum vitæ eius seueriss. cursus, sed etiam mors clandestinis illata insidijs declarauit. 9 A. V. dcvj. A. V. dcxix. Cic. in Lelio Liu. 66. 10 11 A. V. dcxxiv. Liui. 59. Velleius. Plut. Gra.

DE M. VALERIO CORVO.

Liuius. 7. Gell. 9. cap. 11. Auctor. de vir. illust. cap. 29. Flor. ep. lib. 1. cap. 13.

M. quoque Valerium duabus rebus insignibus dij pariter atque ciues speciosum reddiderunt: Illi cum quodam Gallo cominus pugnanti eorum propugnatorem subijcientes: hi tertium & vigesimum annum ingresso, consulatum largitus

A. V. cdiij. & cdv.

quorum

quorum alteram decus vetustæ originis ac opti-
al.gẽs no mi ominis, * gens Coruini amplexa cognomen
ſtra. vsurpat: alterum summo subiungitur ornamento, tam celeritate, quàm principio consulatus gloriando.

DE Q. MVCIO SCAEVOLA.

Cic.in Bruto.ad Attic.5.& 6.Verr.4.Pæd.in Diuin.

A. V. dclviij. At ne Q.quidem Scævolæ, quem L. Crassus in consulatu collegam habuit, gloria parum illustris: Quia Asiam tam sanctè, & tam fortiter obtinuit: vt senatu deinceps in eam prouinciam ituris magistratibus, exemplum atque formam officij Scævolam decreto suo proponeret.

DE C. MARIO.

Plutarch.in vita.

A. V. dcxix. Inhærent illi voci posterioris Africani, septem C.Marij cõsulatus, ac duo amplissimi triumphi. Qui,cum apud Numantiam sub eo duce stipendia equestria mereret,& fortè inter cænam quidam Scipionem interrogasset, si quid illi accidisset,quemnam respæque magnum habitura esset. Imperator ipsum respiciens supra se cubantem, Vel hunc,dixit: Quo augurio perfectissima virtus,maximam oriturem virtutem, videritne certius,an efficacius accenderit, perpendi vix potest. Illa nimirum cæna militaris, speciosissimas tota in Vrbe Mario futuras cænas ominata est. Postquàm enim Cimbros ab eo deletos initio noctis nuntius pernemit,nemo fuit, qui non illi tanquam dijs

dijs immortalibus, apud sacra mensæ suæ libauerit.

DE CN. POMPEIO MAGNO.

Plut.in vita. Plin.7.cap.26. Velleius. Dion. Cicero & alij.

Iam quæ in Cn. Pompeium & ampla & noua coniecta sunt, hinc assensione fauoris, illinc fremitu inuidiæ literarum monumentis obstrepuntur. Eques Romanus, Proconsule in Hispaniam aduersus Sertorium, pari imperio cum pio Metello principe ciuitatis missus est: nondum vllum honorem auspicatus bis triumphauit: initia magistratuum à summo imperio cæpit: tertium consulatum decreto senatus solus gessit: de Mithridate, & Tigrane, de multis præterea regibus, gentibus, plurimisq; ciuitatibus, & prædonibus vnum duxit triumphum. A. V. dclxxvj. &dclxxij &dcxxcij & dccij. & dcxcij.

DE Q. LVTATIO CATVLO.

Cic. pro leg.Man.

Q. etiam Catulum populus Romanus voce sua tantum non ad sidera vsque euexit. Nam cum ab eo pro Rostris interrogaretur, si in vno Pompeio Magno omnia reponere perseuerasset, absumpto illo subiti casus incursu, in quo spem esset habiturus, summo consensu acclamauit, In te Vim honorati iudicij admirabilem. Si quidem Magnum Pompeium cum omnibus ornamentis, quæ retuli, duarum syllabarum spatio inclusum Catulo æquauit. A. V. dcvxxcij.

DE M. CATONE VTICENSI.

Plut. in vita. Dio. 39. Flor. Ep. 3. cap. 9. Plin. lib. 33. cap. 3

16 *Potest & M. Catonis, ex Cypro cum regia pecunia reuertentis, appulsus ad vrbem videri memorabilis: cui naue egredienti consules, & cæteri magistratus, & vniuersus S. P. Q. R. officij gratia præsto fuit. Non quòd magnum pondus auri & argenti, sed quòd M. Catonem classis illa incolumem aduexerat, lætatus.*

A. V. dcxxcvij Luca li. 3. Quod Cato lõginqua vexit super æquora Cypro.

DE L. MARCIO EQ. RO.

Liui. 25. Appi. Iberica. Polyb. & alij.

Sed nescio an præcipuum sit L. Marcij inusitati decoris exemplum, quem equitem Romanum duo exercitus P. & Cn. Scipionum interitu, victoriaq; Asdrubalis lacerati, ducem legerunt: quo tempore salus eorum in vltimas angustias deducta, nullum ambitioni locum relinquebat.

A. V. dxlj.

DE SVLPITIA SER. F. Flacci.

Plin. 7. c. 35. Ouid. Fast. 5. Iul. Obseq. Soli. c. 7.

Merito virorum commemorationi Sulpitia, Ser. Paterculi filia. Q. Fuluij Flacci vxor, adijcitur. Quæ, cum senatus libris Sibyllinis per decemuiros inspectis censuisset, vt Veneris Verticordiæ simulachrum consecraretur: quo facilius virginum mulierúmque mentes à libidine ad pudici

A. V. dxxxix.

dicitiam conuerterentur: & ex omnibus matronis centum, ex centum autem decem sorte ductæ de sanctissima fœmina iudicium facerent, cunctis castitate prælata est.

EXTERNA.

DE PYTHAGORA SAMIO.

Aristoph. interpres in Nubib. Cic. de Nat. deor. Gell. lib. 1. cap. 9. Laër. in vita. Iustin. 20.

Cæterum quia sine vlla diminutione Romanæ maiestatis extera quoque insignia respici possunt, ad ea transgrediamur. Pythagoræ tanta veneratio ab auditoribus tributa est, vt quæ ab eo acceperant, in disputationem deducere nefas existimarent: Quinetiam interpellati ad reddendam caussam: hoc solum respondebant, Ipsum dixisse. Magnus honos, sed schola tenus. Illa vrbium suffragijs tributa est. Enixo Crotoniatæ studio ab eo petierunt vt senatum ipsorum, qui mille hominum numero constabat, consilijs suis vti pateretur, opulentissimáque ciuitas tam frequenter venerati post mortem domum, Cereris sacrarium fecit: quantumq; illa vrbs viguit, & dea in hominis memoria, & homo in deæ religione cultus est. 17 18

DE GORGIA LEONTINO.

Plato in Gorgia. Cic. de Orat. 3. & de Fini. 2. Plin 33. cap. 4.

Gorgiæ vero Leontini studijs literarum æta-

tis suæ cunctos præstantis, adeò vt primus in conuentu poscere, quæ de re quisque audire vellet, ausus sit, vniuersa Græcia in templo Delphici Apollinis statuam solido ex auro posuit, cum cæterorum ad id tempus auratas collocasset.

DE AMPHIARAO VATE.

Strab. 9. & 16. Pausan. in Attic. Cicer. de Diuin. 1. Philost. icon. Statius in Thebaide.

Eadem gens summo consensu ad Amphiaraum decorandum incubuit: locum in quo humatus est, in formam conditionemq; templi redigendo, atque inde oracula capi instituendo. Cuius cimeres idem honoris possident, quod Pythicæ Cortinæ quod aheno Dodonæ, quod Hammonis fonti datur.

DE PHERENICE MVLIERE Græca.

Plin. 7. cap. 41. Ælian. Var. hist. 10. Pausan.

Pherenices quoque non vulgaris honos, cui soli omnium fœminarum gymnico spectaculo interesse permissum est: cum ad Olympia filium Euclea certamen ingressurum adduxisset, Olympionice patre genita, fratribus eandem palmam assecutis latera eius cingentibus.

VALE

VALERII MAXIMI LIBER IX.

DE LVXVRIA ET LIBIDINE.

CAP. I.

Bendum etiam malum luxuriæ, quam accusare aliquantò facilius est, quàm vitare, operi nostro inseratur: Non quidem vt vllum honorem recipiat: sed vt seipsam recognoscens ad pœnitentiam impelli possit. Iungatur illi libido: quoniam ex ijsdem vitiorum principijs oritur: neque aut à reprehensione, aut ab emendatione separentur gemino mentis errore connexæ.

C. SERGIVS ORATA.

Plin. 9. cap. 54. Macrob. 3. cap. 15.

C. Sergius Orata pensilia balnea primus fa- A. V. dclvj. circiter.
cere instituit: quæ impensa leuibus initijs cæpta, ad suspensa calidæ aquæ tantum non æquora penetrauit. Idem videlicet, nebulam Neptuni arbitrio subiectam haberet, peculiaria sibi maria excogitauit, æstuarijs intercipiendo fluctus, pisciumq; diuersos greges separatos molibus includendo, vt nulla tam sæua tempestas incideret, qua 1
non Oratæ mensæ varietate ferculorum abundarent, Ædificijs etiam spatiosis, & excelsis deserta ad id tempus ora Lucrini lacus presit: quo recentiore vsu conchyliorum frueretur: Vbi dum

se publicæ aquæ cupidius immergit, cum Considio publicano iudicium nactus est: in quo L. Crassus aduersus illum caussam agens, errare amicum
2 *suum Considium dixit, quòd putaret Oratam remotum à lacu, carituru ostreis, namque ea, si inde petere non licuisset, in tegulis reperturum.*

CLODIVS AESOPI TRAGOEDI F.

Plin. 10. cap. 51. & lib. 9. c. 35. Horat. Sat. 3. lib 2.

3 *Huic nimirum magis Æsopus Tragicus in*
A. V. *adoptionem dare filium suum, quàm bonorum*
dcxc. *suorum hæredem relinquere debuit: non solum*
circiter. *perditæ, sed etiã furiosæ luxuriæ iuuenem: Quem constat cantu commendabiles auiculas immanibus emptas pretijs, in cœna pro ficedulis ponere, acetoq; liquatos magnæ summæ vnione potionibus aspergere solitum, amplissimum patrimonium, tanquam amaram aliquam sarcinam, quàm celerrime abijcere cupientem: Quorum alterius senis, alterius adolescentis sectam secuti*
4 *plurimi, longius manus porrexerunt. Neque enim vllum finitur vitium ibi, vbi oritur. Inde ab Oceani littoribus attracti pisces, infusæ culinis*
5 *ostreæ. Arte censibúsque edendi atque bibendi voluptas reperta est.*

MVLIERES LEGIS OPPIAE oppugnatrices.

Liuius 34. Zonaras & alij.

A. V. *Vrbi autem nostræ secundi belli Punici finis,*
dlviij. *& Philippus rex Macedoniæ deuictus, licentioris vitæ*

vitæ fiduciam dedit. Quo tempore matronæ Brutorum domum ausæ sunt obsidere, qui abrogationi legis Oppiæ intercedere parati erãt quam fœminæ tolli cupiebant: quia his nec veste varij coloris vti, nec auri plus semuncia habere, nec iuncto vehiculo propius vrbem mille passus, nisi sacrificij gratia vehi permittebat. Et quidem obtinuerunt vt ius per continuos viginti annos seruatum aboleretur. Non enim prouiderunt seculi illius viri, ad quem cultum tenderet insoleti cœtus pertinax studium: aut quo se vsque effusura esset legum victrix audacia. Quod si animi muliebris apparatus intueri potuissent, quibus quotidie aliquid nouitatis sumptuosius adiectum est, in ipso introitu ruenti luxuriæ obstitissent.

CN. DOMITIVS ET L. Crassus Conss.

Plin. 17. cap 1. & lib. 36. cap 1.

Sed quid ego de fœminis vlterius loquor? quas & imbecillitas mentis, & grauiorum operum negata affectatio, omne studium ad curiosiorem sui cultum hortatur conferre? cum temporum superiorum & nominis & animi excellentes viros, in hoc priscæ continentiæ ignotum A. V. *diuerticulum prolapsos videam. Idq; iurgio ipso-* dclx. *rum pateat. Cn. Domitius L. Crasso collegæ suo, altercatione orta obiecit quòd columnas Hymettias in porticu domus haberet. Quem con-*

tinuò Crassus, quanti ipse domum suam æstimaret, interrogauit. Atque vt respondit sexagies
6 sestertio: Quanto ergo eam, inquit, minoris fore existimas, si decem arbusculas inde succidero? Ipso tricies sestertio, ait Domitius. Tunc Crassus: Vter igitur luxuriosior est? Egóne, qui decem columnas centum millibus numum emi, an tu qui decem arbuscularum vmbram tricies sestertium summa compensas? Sermonem oblitum Pyrrhi, immemorem Annibalis, iamq; transmarinorum stipendiorum abundantia oscitantem:
7 aliquanto tamen insequentium sæculorum ædificijs & nemoribus angustiorem. Quoniam inchoatam à se lautitiam posteris relinquere, quàm à maioribus acceptam continentiam retinere maluerunt.

Q. METELLVS PIVS.

Macrob. Sat. 3. cap. 13.

A. V. dclxxiij. Quid enim sibi voluit princeps suorum temporum Metellus Pius, tunc cum in Hispania aduentus suos ab hospitibus aris & thure excipi patiebatur? cum Attalicis aulæis contectos parietes læto animo intuebatur? cum immanibus epulis apparatissimos interponi ludos sinebat? cum palmata veste conuiuia celebrabat, demissásque lacunaribus aureas coronas velut cælesti capite recipiebat? Et vbi ista? non in Græcia, neque in Asia, quarum luxuria seueritas ipsa corrumpi poterat: sed in horrida & bellicosa pro-

uincia, cùm præsertim acerrimus hostis Sertorius, Romanorum exercituum oculos Lusitanis telis perstringeret: Adeo illi patris sui Numidica castra exciderant. Patet igitur, quàm celeri transitu luxuria affluxerit: Nam cuius adolescentia priscos mores vidit, senectus nouos orsa est.

C. SCRIBONIVS CVRIO FILIVS.

Cic. in Bruto, Vatin. fam. 2. & alibi sæpe. Plutar. Cæsare. App. ciuil. 2. Dion. 40. Velleius & alij.

Consimilis mutatio in domo Curionum extitit. Siquidem forum nostrum & patris grauissimum supercilium, & filij sexcenties sestertium æris alieni aspexit, contractum famosa iniuria nobilium iuuenum. Itaque eodem tempore, & in ijsdem penatibus diuersa secula habitarunt, frugalissimum alterum, alterum nequissimum. A. V. dcc. circiter.

P. CLODII IVDICIVM.

Dio. 37. Senec. ad Lucil. ep. 98. Cic. Attic. 1.

P. autem Clodij iudicium quanta luxuria & libidine abundauit? in quo vt euidenter incesti crimine nocens reus absolueretur, noctes matronarum, & adolescentium nobilium magna summa emptæ mercedis loco iudicibus erogatæ sunt. Quo in flagitio tam tetro, támque multiplici nescias primum quem detestère, an qui istud corruptelæ genus excogitauit, an qui suam pudicitiam se-

A. V. dcxcij.

questrem periurij fieri passi sunt, an qui religionem stupro permutarunt.

GEMELLVS VIATOR *Tribunitius.*

A. V. dccj. *Æquè flagitiosum illud conuiuium, quod Gemellus Tribunitius viator ingenui sanguinis, sed officij intra seruilem habitum deformis, Metello Scipioni consuli, ac tribunis plebis magno cum rubore ciuitatis comparauit. Lupanari enim domi*

al. Mummiam & Flauiam. *suæ instituto, * Muciam, & Fuluiam tum à patre, tum à viro vtramque abductam, & nobilem puerum Saturninum in eo prostituit. Probrosa*

al. patiētiæ. ** prosapiæ corpora, ludibrio temulentæ libidini futura: epulas consulibus & tribunis non celebrandas, sed vindicandas.*

L. CATILINA.

Sallust. Catilin. & alij.

Præcipuè vero Catilinæ libido scelesta. Nam vesano amore Aureliæ Orestillæ correptus, cum vnum impedimentum videret, quo minus nuptijs inter se iungerentur, filium suum, quem & solum, & ætate iam puberem habebat, veneno sustulit: protinusq; ex rogo eius maritalem facem accendit, ac nouæ maritæ orbitatem suam loco

A. V. dcxc. *muneris erogauit. Eodem deinde animo ciuem se gerens, quo patrem egerat: filij pariter manibus, & nefariè attentatæ patriæ pœnas dedit.*

EX

EXTERNA.

ANNIBAL POENVS AMILcaris F.

Liuius 23. Cic. Rullana. 1. Zonaras. Appian. Seneca in Epist. ad Lucill.

A. V. dxxxvij. *At Campana luxuria, perquam vtilis ciuitati nostræ fuit. Inuictum enim armis Annibalem illecebris suis complexa, vincendum Romano militi tribuit. Illa vigilantissimum ducem, illa exercitum acerrimum dapibus largis, abundanti vino, vnguentorum fragrantia, Veneris vsu lasciuiore, ad somnum & delicias euocauit. Ac tum demum fracta & * contusa Punica feritas est,*

al. concussa. *cum Seplasia ei & Albana, castra esse cœperunt. Quid ergo his vitijs fœdius, quid etiam damnosius, quibus virtus atteritur, victoriæ languescunt, sopita gloria in infamiam conuertitur, animique pariter & corporis vires expugnantur? Adeo vt nescias, ab hostibúsne, an ab illis capi perniciosius habendum sit.*

Vide Pædia. in Pisonianã & Non. Marcell.

VVLSINIENSES.

Oros. 4. cap. 5. Zonaras. Flor. 1. cap. 21. Auct. de viris ill. cap. 16.

A. V. cdxxcviij *Quæ etiam Volsinienſium vrbem grauibus & erubescendis cladibus implicarunt. Erat opulenta, erat moribus & legibus ornata. Etruriæ caput habebatur: sed postquam luxuria prolapsa est, in profundum iniuriarum, & turpitudinis decidit, vt seruorum se insolentissimæ dominationi subiiceret. Qui primum admodum pauci senatorium*

ordi

ordine intrare ausi, mox vniuersam rempublicam occupauerunt. Testamenta ad arbitrium suum scribi iubebant: conuinia, cœtúsque ingenuorum fieri vetabant: filias dominorum in matrimonium ducebant. Postremò lege sanxerunt, vt stupra sua in viduis pariter ac nuptis impunita essent, ac nequa virgo ingenuo nuberet, cuius castitatem non ante ex numero ipsorum aliquis delibasset.

Cic. Tusc. 5.

Age, Xerxes opum regiarum ostentatione eximia, eo vsque luxuria gaudebat, vt edicto præmium ei proponeret, qui nouum voluptatis genus reperisset. Quanta, cum delicijs nimijs capitur amplissimi imperij ruina euasit?

ANTIOCHVS SYRIAE REX.

Iustin. 38. Liuius 59. App. in Syriaco. Plutar. in vita Scipionis. Auct. de vir. illust. 34. Flor. Ep. lib. 2. cap. 8. Front. lib. 4. cap. 7. Eut. in 4. cap. 1. Oros. cap. 29.

10 *Antiochus quoque Syriæ rex nihilo continentioris exempli: Cuius cæcam & amentem luxuriam exercitus imitatus, magna ex parte aureos clauos crepidis subiectos habuit: argenteaq; vasa ad vsum culinæ comparauit: & tabernacula textilibus sigillis adornata statuit. Auaro potius hosti præda optabilis, quàm vlla ad vincendum strenuo mora.*

A. v. dcxxv. circiter.

PTO

PTOLOMAEVS AEGYPTI Rex.

Iustin. 38. Strab. 17. Liuius 59. Ioseph. antiq. 8.

Iam Ptolomæus rex accessione vitiorum suorum vixit: ideóque Physcon appellatus est. Cuius nequitia quid nequius? sororem natu maiorem communi fratri nuptam sibi nubere coëgit. Postea deinde filia eius per vim stuprata, ipsam dimisit, vt vacuum locum nuptijs puellæ faceret.

A. v. dcxxv.

AEGYPTII.

Dio. 39. Liuius 105.

Consentaneus igitur regibus suis gentis Ægyptiæ populus: qui ductu Archelai aduersus A. Gabinium mœnibus vrbis egressus, cum castra vallo atque fossa cingere iuberetur, vniuersus acclamauit, vt id opus publica pecunia faciendum locaretur. Quapropter delitijs tam enerues animi, spiritum exercitus nostri sustinere non potuerunt.

A. v. dcxciix.

CYPRII.

Sed tamen effœminatior multitudo Cypriarum, qui reginas suas mulierum corporibus velut gradibus constructis, quo mollius vestigia pedum ponerent, currus conscendere quo animo sustinebant. Viris enim si modo viri erant, vita carere, quàm tam delicato imperio obtemperare satius fuit.

DE

DE CRVDELITATE. CAP. II.

HAec societas vitiorum lasciui vultus, & nouae cupiditati mhaerentium oculorum: ac
1 delicato cultu affluente, per varios illecebrarum motus volitantis animi: crudelitatis verò horri-
2 dus habitus, truculenta facies, violenti spiritus, vox terribilis, ora minis & cruentis imperijs referta: cui silentium donare, incrementum est adijcere, Etenim quem modum sibi ipsa statuet, si ne sugillationis quidem frænis fuerit reuocata? Ad summam, cum penes illam sit timeri, penes nos sit odisse.

L. CORNELII SVLLAE DICT.

Liuius 88. Plutar. in vita. App. ciuil. 1. Vell. Oros. Plin. lib. 7 cap. 43. & lib. 22. cap. 6. Flor. lib. 3. c. 21. Luc. 2. Pharsal. Cic. 2. Off. August. Auct. de vir. illust. cap. 25.

L. Sulla, quem neque laudare, neque vitupe-
3 rare quisquam satis digne potest: quia dum quaerit victorias, Scipionem se populo Romano: dum
A. V. dclxxj. saeuitiam exercet, Annibalem repraesentauit: Egregie namque auctoritate nobilitatis defensa crudeliter totam Vrbem, atque omnes Italiae partes ciuilis sanguinis flumnibus inundauit. Quatuor legiones contrariae partis fidem suam secutas, in Publica Villa (quae in Martio campo erat) nequicquam fallacis dextrae misericordiam implorantes, obtruncari iussit: Quarum lamentabi-

tabiles quiritatus trepidae ciuitatis aures receperunt: lacerata ferro corpora Tiberis impatiens tanti oneris cruentatis aquis vehere coactus est. Quinque millia Praenestinorum spe salutis per P. Cethegum data, extra moenia municipij euocata, cum abiectis armis humi corpora prostrauissent, interficienda, protinúsque per agros dispergenda curauit. Quatuor millia & septingentos diras proscriptionis edicto iugulatos in tabulas publicas retulit, videlicet ne memoria tam praeclarae rei diluereture. Nec contentus in eos saeuire, qui armis à se dissenserant, etiam quieti animi ciues, propter pecuniae magnitudinem per nomenclatorem conquisitos, proscriptorum numero adiecit. Aduersus mulieres quoque gladios distrinxit, quasi parum caedibus virorum satiatus. Id quoque inexplebilis feritatis indicium est. Abscissa miserorum capita, modo non vultum ac spiritum retinentia, in conspectum suum afferri voluit, vt oculis illa, quia ore nefas erat, manderet. Quàm porrò crudeliter se in M. Mario praetore gessit? quem per ora vulgi ad sepulchrum Lutatiae gentis pertractum, non prius vita priuauit: quàm oculos infelicis erueret, & singulas corporis partes confringeret. Vix mihi verisimilia narrare videor. At ille etiam M. 4
Plaetorium, quòd ad Marij supplicium exanimis ceciderat, continuo ibi mactauit: nouus punitor misericordiae, apud quem iniquo animo scelus intueri, scelus admittere fuit. Sed mortuorum

vmbris

vmbris saltem pepercit? Minime nam C. Marij, cuius, etsi postea hostis, quæstor tamen aliquando fuerat, erutos cineres in Anienis alueum sparsit: En quibus actis Felicis cognomen assequendum putauit.

Cic. de Ie. 2.

C. MARII COS. VII.

App. ciuil. Cic. de Orat. 3. Liuius 80.

6 Cuius tamen crudelitatis C. Marius inuidiam leuat: nam & ille nimia cupiditate persequendi inimicos, iram suam nefariè distrinxit, L. Cæsaris consularis & censorij nobilissimum corpus ignobilis sæuitia trucidando: Et quidem apud seditiosissimi & abiectissimi hominis bustum: id enim malorum miserrimæ tunc reipublicæ deerat, vt Vario Cæsar piaculum caderet. Penè tanti victoriæ eius non fuerunt: quarum oblitus plus criminis domi, quàm laudis militiæ meruit. Idem caput M. Antonij abscisum latis manibus inter epulas per summam animi ac verborum insolentiam aliquandiu tenuit: clarissimiq; & ciuis & oratoris sanguine contaminare mensæ sacra passus. Atque etiam * P. Annium, qui id attulerat, in sinum suum, recentis cædis vestigijs aspersum, recepit.

A. V. dclxvj.

7

8

9

L. Flor. 3. c. 21. Plut. Mario.

P. Antronium.

L. IVNII DAMASIPPI.

Oros. 5. cap. 19. Liuius 86. App. 1. Velleius.

Damasippus nihil laudis habuit quod corrumperet: itaque memoria eius licentiore accusatione perstringitur: cuius iussu principum ciuitatis capita hostiarum capitibus permista, sunt, Carboniq; Aruinæ truncum corpus patibulo affixum gestatum est: Adeo aut flagitiosissimi hominis prætura multum, aut reipublicæ maiestas nihil potuit.

A. V. dclxxj.

8

L. MVNATII FLACCI.

A. Hirtius de bello Hisp.

Munatius etiam Flaccus Pompeiani nominis acrior, quàm probabilior defensor, cum ab imperatore Cæsare in Hispania inclusus mœnibus Attinguensium obsideretur, efferatam crudelitatem suam truculentissimo genere vesaniæ exercuit: Omnes enim eius oppidi ciues, quos studiosiores Cæsaris senserat, iugulatos, muris præcipitauit: fœminas quoque, citatis nominibus virorum, qui in contrariis castris erant, vt cædes coniugum suarum cernerent: maternis gremiis superpositos liberos trucidauit, infantésque alios in conspectu parentum humo infigi, alios superiectatos pilis excipi iussit: Quæ auditu etiam intolerabilia, Romano iussu, Lusitanis manibus administrata sunt: cuius gentis præsidio Flaccus vallatus diuinis operibus vecordi pertinacia resistebat.

A. V. dccvj.

EXTERNA.

CARTHAGINIENSIVM.

Cic. Offic. 3. Gell. 6. cap. 4 Auct. de viris ill. & alij. Non. Marc. ex Varr. de vita pop. Rom. 4.

Transgrediamur nunc ad illa, quibus, vt par

dolor, ita, nullus nostræ ciuitatis rubor inest. Carthaginienses Attilium Regulum palpebris resectis, machinæ, in qua vndique præacuti stimuli eminebant, inclusum, vigilantia pariter & continuo tractatu doloris necauerunt. Tormenti genus haud dignũ passo, æuctoribus dignissimum. Eadem vsi sunt crudelitate in milites nostros quos maritimo certamine in suam potestatem redactos, nauibus substrauerunt, vt earum carinis ac pondere elisi, inusitata ratione mortis barbaram feritatem satiarent: tetro facinore pollutis classibus ipsum mare violaturi.

ANNIBALIS POENI.

L. Flor. 2. cap. 6. Plin 8. cap. 7 Zonar.

A. V. dxxvij.

Eorum dux Annibal, cuius maiore ex parte virtus sæuitia constabat, in flumine Vergello corporibus Romanis ponte facto, exercitum traduxit: vt terrestrium Carthaginiensium copiarum æque sceleſtum egressum terra, quàm maritimarum Neptunus experiretur. Idem captiuos nostros oneribus & itinere fessos infima pedum parte succisa relinquebat. Quos verò in castra perduxerat, paria ferè fratrum & propinquorum iungens, ferro decernere cogebat: neque antè sanguine explebatur, quàm ad vnum victorem, omnes redegisset. Iusto ergo illum odio, verumtamen tardo supplicio senatus Prusiæ regi factum supplicem ad voluntariam mortem compulit.

12 Gello. vc Gello alij Gell. & Sigill. Pig. Vergello mit. Cerbalo.

13

14

MITH

MITHRIDATIS REGIS.

Liuius. 78. App. Mithrid. Plut. Pompeio. & alij.

A. V. dclxv.

Tam Herclè, quàm Mithridatem regem, qui vna epistola octoginta millia ciuium Romanorum in Asia per vrbes negotiandi gratia dispersa, interemit: tantæq; prouinciæ hospitales deos, iniusto, sed non inulto cruore respersit. Quoniã cum maximo cruciatu, veneno repugnantem spiritum suum tandem succumbere coegit. Simulq; piacula crucibus illis dedit, quibus amicos suos auctore Gauro spadone libidinosius obsequio, scelestus imperio affecerat.

A. V. dcxc. App. Plut Auct. de viris illust. & alij.

NVMVLIZINTHIS THRACIÆ REGIS.

Numuli Zinthis Diogiridis filiæ Thraciæ regis etsi minus admirabilem crudelitatem gentis ipsius feritas, narrandam tamen rabies sæuitiæ facit: cui neque viuos homines medios secare, neque parentes liberorum vesci corporibus nefas fuit.

f. affixerat.

PTOLEMAEI PHISCONIS REG.

Liuius 59. Ioseph. antiq. 2. Iustin. 38.

Iterum Ptolemæus Phiſcon emergit, paulò ante libidinosæ amentiæ teterrimum exemplum idem etiam inter præcipua crudelitatis indicia referendus. Quid enim hoc facto truculentius? filium suum nomine Menephitem, quem ex Cleopatra eadem sorore & vxore sustulerat, liberalis formæ, optimæq; spei puerum in conspe-

A. V. dcxx. circiter.

ctu suo occidi iussit: protinusq; caput eius & pedes præcisos, & manus in cista chlamyde operto pro munere natalitio matri misit. Perinde quasi ipse cladis quàm inferebat, expers: ac non infelicior, quod in communi orbitate Cleopatram miserabilem, cunctis se inuisum redderet. 16 Adeò cæco furore summa quæque efferuescit crudelitas, cum monumentum ex seipsa capit. Nam cùm animaduerteret, quanto sui odio patria temeretur, timori remedium scelere petiuit: quoq; tutius plebe trucidata regnaret, frequens iuuentute gymnasium armis & igni circundedit, omnesq; qui in eo erant, partim ferro, partim flamma necauit.

DARII OCHI PERSARVM Regis.

Ouid. in Ibim.

Ochus autem, qui postea Darius appellatus est, sanctissimo Persis iureiurando obstrictus, ne quem ex coniuratione quæ septem Magos cum eo oppresserat, aut veneno, aut ferro, aut vlla vi, aut inopia alimentorum necaret: crudeliorem 17 mortis rationem excogitauit, qua onerosos sibi, non perrupto religionis vinculo tolleret. Septum enim aliis parietibus locum cinere compleuit, suppositoq; tigno prominente, benignè cibo, & potione excepto in eo collocabat: è quo somno sopiti, in illam insidiosam congeriem decidebant.

al. super posito?

ART

ARTAXERXIS OCHI REGIS.

Euseb. in Chron. XII. Persarum regem dicit.

Apertior & tetrior alterius Ochi cognomine Artaxerxis crudelitas, qui Ocham sororem, atque eandem socrum, viuam capite defodit: & patruum cum centum amplius filijs ac nepotibus vacua area destitutum, iaculis confixit, nulla iniuria lacessitus, sed quòd in his maximam apud Persas probitatis & fortitudinis laudem consistere videbat.

ATHENIENSIVM.

Cic. Offic. 3. Aelian. Var. hist. 2.

Consimili genere æmulationis instincta ciuitas Athemensium, indigno gloriæ suæ decreto Aeginensium iuuentuti pollices abscidit: vt classe potens populus, in certamen maritimarum virium secum descendere nequiret. Non agnosco Athenas timori remedium à crudelitate mutuantes.

PERILLI SICVLI.

Cic. in Pisonē. Phalaris in ep. Ouid. in Ibin. Plin lib. 34 cap. 8.

Sæuus etiam ille ænei tauri inuentor, quo inclusi subditis ignibus, longo & abdito cruciatu, mugitus resonante spiritu edere cogebantur: ne eiulatus eorū humanæ sona vocis expressi, Phalaridis tyranni misericordiam implorare possent. Quam, quia calamitosis deesse voluit, terrimum artis suæ opus primus artifex inclusis

merito auſpicatus eſt.

HETRVSCORVM.

Virg Æneid.8.de Mezentio.

18 *At ne Hetruſci quidem parum feroces in pœ-*
De hoc genere tormenti ſcribit & Clemens Alexãdrinus in protrep-tico.
na excogitanda: qui virorum corpora cadaueri-bus aduerſa aduerſis alligata atque conſtricta, ita vt ſingulæ membrorum partes, ſingulis eſſent accommodatæ, tabeſcere ſimul patiebantur: Amari vitæ pariter ac mortis tortores.

QVORVNDAM BARBARORVM.

Sicut illi Barbari, quos ferunt mactatarum pecudum inteſtinis, & viſceribus egeſtis, homines inſerere, ita vt capitibus tantummodo emineant, atque vt diutius pœnæ vt ſufficiant, cibo & potione infelicem ſpiritum prorogare: donec
19 *intus putrefacti, laniati ſint animalibus, quæ tabidis corporibus innaſci ſolent. Queramur nunc cum natura rerum, quod nos multis & aſperis aduerſæ valetudinis incommodis obnoxios eſſe voluerit: habitumq; cæleſtis roboris humanæ cõditioni denegatum moleſtè feramus: cum tot cruciatus ſibimetipſa mortalitas impulſu crudelitatis excogitauerit.*

DE IRA ET ODIO.

CAP. III.

IRa quoque & odium in pectoribus humanis magnos fluctus excitãt: procurſu celerior illa, nocendi cupidine hoc pertinacius. Vterque conſternationis plenus affectus, ac nunquã ſine tormento ſui violentus: quia dolorem cum inferre vult, patitur, amara ſolicitudine, ne non contingat vltio, anxius: Sed proprietatis eorum certiſſimæ ſunt imagines, quas dij ipſi in claris perſonis aut dicto aliquo, aut facto vehementiore conſpici voluerunt.

M. LIVII SALINATORIS COS.

Liuius 26 Flor.Ep.lib.2.cap.6.

Cum aduerſus Aſdrubalem Liuius Salinator bellum geſturus vrbe egrederetur, monente Fa- A. v.
bio Maximo ne ante deſcenderet in aciem, quàm x.
hoſtium vires animumq; cognoſſet: primam occaſionem pugnandi non omiſſurum ſe reſpondit. Interrogatusq; ab eodem, quid ita tam feſtinanter manum conſerere vellet: Vt quàm celerrimè (inquit) aut gloriam ex hoſtibus victis, aut ex ciuibus proſtratis gaudium capiam. Ira tunc atque virtus ſermonem eius inter ſe diuiſerunt: illa iniuſtæ damnationis memor, hæc triumphi gloriæ intenta. Sed neſcio an eiuſdem fuerit hoc dicere & ſic vincere.

C. MARTII FIGVLI IVRIS COS.

Ardentis ſpiritus virum, & bellicis operibus aſſuetum, huc iracundiæ ſtimuli egerunt: C. au- A. v.
tem Figulum manſuetiſſimum, placato iuris ciui- dcxx.
lis iudicio celeberrimum, prudentiæ moderatio- circiter.
nisq; immemorem reddiderunt. Conſulatus enim repulſæ dolore accenſus, eò quidem magis, quod illum bis patri ſuo datum meminerat, cum ad

1 eum postero comitiorum die multi consulend. caussa venissent omne, dimisit: præfatus, An vos consulere scitis, consulem facere nescitis. Dictum grauiter, & merito: sed tamen aliquantò melius non dictum. Nam quis populo Rom, irasci sapienter potest.

PATRICIORVM.

Liui. 9. Gell 6. cap. 9. Plin. 33. cap. 1.

A. V. dxlix. Itaque ne illi quidem probandi, quamuis factum eorum nobilitatis splendore protectum sit: qui quòd Cn. Flauius humillimæ quondã sortis præturam adeptus erat, offensi, annulos aureos sibimetipsis, & phaleras equis detractas abiecerunt, doloris impotentiam tantum non luctum profecto testati.

IVVENTVTIS ROMANAE.

Liuius 8.

A. V. dxiij. Talis iræ motus aut singulorum, aut paucorum aduersus populum vniuersum, multitudinis autem erga principes ac duces, eiusmodi Manlio Torquato amplissimam & glorioſissimam ex Latinis & Campanis victoriam in vrbem referenti, cum seniores omnes lætitia ouantes occurrerent: iuniorum nemo obuiam processit: quòd filium adolescentem fortissimè aduersus imperium suum prælıatum, securi percussisset. Miserti sunt æqualis nimis asperè punitinec factum eorum defendo, sed iræ vim indico, quæ vnius ciuitatis & ætates & affectus diuidere valuit.

EXER-

EXERCITVS ROM.

Liui. 2. Dionys. 9 Zonar. 1 Flor. Epit. 1. cap. 22.

Eadem tantum potuit, vt vniuersum populi Rom. pœditatum à Fabio consule ad hostium copias persequendas missum, cum & tutò & facile eas liceret delere: legis Agrariæ ab eo impeditæ memoria immobilem retineret. Illa verò etiam Appio duci (cuius pater, dum pro senatus amplitudine nititur, commoda plebis acerrime impugnauerat) infensum exercitum faciendo, voluntaria fuga terga hosti, ne triumphum imperatori quæreret, dare coëgit. Quoties ergo Victoriæ victrix? congratulationem eius in Torquato 3 spernendam, in Fabio pulcherrimam partem 4 omittendam, in Appio totam fugæ postponendam credidit. 2 A. V. cclxij. A. V. cclxxxij. Liu. Dio. Zonar.

PLEB. ROM.

Liuius 2.

Age quàm violenter se in pectore vniuersi pop. Rom. gesit eodem tempore, quo suffragijs eius dedicatio ædis Mercurij M. Plætorio primipili centurioni data est: præteritis consulibus, Claudio quòd obstitisset, quo minus æri alieno suo succurreretur? & Seruilio, quòd susceptam causſam suam languido patrocinio protexisset: Negas efficacem esse iram, cuius hortatu miles summo imperio prælatus est? A. V. cclvij.

Q. METELLI MACEDONICI PROCOS.

Liui. 51. Flor. 2. cap. 17. Auctor. de vir. illust. 61.

5 *Non quidem proculcauit tantum imperia, sed*
A. V. DCXJ. *etiam gessit impotenter. Nam Q. Metellus cum prouinciam Hispaniam consul prius, deinde proconsule, pene totam subegisset, postquam cognouit Q. Pompeium consulem inimicum suum successorem sibi mitti, omnes qui modo militiam suam voluerunt finiri, dimisit: commeatus petentibus, neque caussis excussis, neque constituto tempore, dedit: Horrea custodibus remotis opportuna rapinæ præbuit: arcus, sagittasq; Cretensium frangi, atq; in amnem abijci iussit: elephantis cibaria dari vetuit: Quib. factis vt cupiditati suæ indulsit, ita magnifice gestarum rerum gloriam corrupit: meritumq; honorem triumphi, hostium, quàm iræ, fortior victor, amisit.*

I. CORNELII SVLLAE.

Plutarch. in vita.

A. V. DCLXXV. *Quid Sulla, dũ huic vitio obtemperat, nónne multo alieno sanguine profuso, ad vltimum & suum erogauit? Futeolis enim ardens indignatione, quòd Granius princeps eius coloniæ pecuniam à decurionibus ad refectionem Capitolij promissam, cunctantius daret: animi concitatione nimia, atque immoderato vocis impetu conuulso pectore, spiritum cruore ac minis mistum euomuit. Nec senio iam prolapsus, vt pote sexagesimum ingrediens annum: sed alita miserijs reip.* 6 *impotentia furens. Igitur in dubio est. Sullane prior, an iracundia Sullæ sit extincta.*

EXTER

EXTERNA.

Nunc ab ignotis exempla petere iuuat, sed 7
maximis viris exprobrare vitia sua verecundiæ est: ceterum cum propositi fides excellentissima quæque complecti moueat, voluntas operi cedat: dum præclara libenter probando, necessaria narrandi conscientia non desit.

ALEXANDRI MAGNI.

Q. Curtius Atrian. 4. Plut. in vita. Iust. Cic. Tuscul. 4. Senec. ad Lucil. Ep. 83. Plin. lib. 8. ca. 16. & lib. 14. cap. 5.

Alexandrum iracundia sua propemodum calo deripuit. Nam quid obstitit, quo minus illuc assurgeret, nisi Lysimachus leoni obiectus, & Clytus hasta traiectus, & Callisthenes mori iussus? quia tres maximas victorias totidem amicorum iniustis cædibus victor perdidit.

AMILCARIS BARCHAE Pœni.

Probus in vita. Plut. in vita Annib. Appia. in Annibal.

Quàm vehemens deinde aduersus populum Romanum Amilcaris odium? Quatuor enim puerilis ætatis filios intuens, eiusdem numeri catulos leoninos, in perniciem imperij nostri alere se prædicabat. Digna nutrimenta, quæ in exitium patriæ suæ, vt euenit, conuerterentur.

ANNIBALIS BARCHAE POENI.

Liui. 21. & 35. Polyb. 2. Plutarch. Solin. Flor. Ep. 2. cap. 6.

E quibus

Universidad de Deusto Biblioteca

A. V. dxvj. circiter.

E quibus Annibal maturè adeò patris vestigia subsecutus est, vt eo exercitum in Hispaniam traecturo, & ob id sacrificante, nouem annorum natus, altaria tenens iuraret: se, cum primum per ætatem potuisset, acerrimum hostem popul. Roman. futurum, vt pertinacissimis precibus instantis belli commilitium exprimeret. Idem significare cupiens quanto inter se odio Carthago & Roma dissiderent: inflicto in terram pede, suscitatóque puluere, tunc inter eas fore finem belli dixit, cum alterutra Vrbs in habitum puluris esset redacta.

SEMIRAMIDIS ASSYRIORVM reginæ.

Diod. Sicul. lib. 3. & Vitru.

In puerili pectore non tantum vis odij potuit, sed in muliebri quoque æque multum valuit. Nanque Semiramis Assyriorum regina, cum ei circa cultum capitis sui occupatæ nutiatum esset Babylonem defecisse: altera parte crinium adhuc soluta, protinus ad eam expugnandam cucurrit: Nec prius decorem capillorum in ordinem, quàm tantam vrbem in potestatem suam redegit. Quocirca statua eius Babylone posita est illo habitu, quoad vltionem exigendam celeritate præcipiti tetendit.

DE AVARITIA.

CAP. IV.

1 PRotrahatur etiam Auaritia: latentium inda gatrix lucrorũ, manifestæ prædæ auidissima

sima vorago nec habendi fructu felix, & cupiditate quærendi miserrima.

M. CRASSI ET Q. Hortensij.

Cic. Offic. 3.

Cum admodum locupleti L. Minucio Basilio falsum testamentum quidam in Græcia subiecissent, eius denique confirmandi gratia, potentissimos ciuitatis nostræ viros M. Crassum & Q. Hortensium, quibus Minucius ignotus fuerat, tabulis hæredes inseruerunt. Quanquam euidens fraus erat, tamen vterque pecuniæ cupidus, facinoris alieni munus non repudiauit. Quantam culpam quàm leuiter retuli? Lumina Curiæ, ornamenta fori, quod scelus vindicare debebant, inhonesti lucri captura inuitati, auctoritatibus suis texerunt.

Q. CASSII LONGINI PROPR.

Hirtius de bello Alexand.

Verum aliquanto maiores vires in Q. Cassio exhibuit: qui in Hispania M. Silium & A. Calpurnium occidendi sui gratia cum pugionibus deprehensos, quinquagies sestertium ab illo, ab hoc sexagies pactus dimisit. Atqui ne dubites, si alterum tantum daretur, iugulũ quoque suum æquo animo illis fuisse præbiturum. 2 3

A. V. dccx.

L. SEPTIMVLEII.

Plut. in vita. Cic de Orat. 2. Plin. lib. 33. cap. 3.

Cæterum auaritia ante omnes L. Septimuleij præcordia possedit: Qui, cũ C. Gracchi familia-

A. V. dcxxxij.

ris

ris fuisset, caput eius abscindere, & per Vrbem pilo fixum ferre sustinuit: quia Opimius consul auro id se repensurum edixerat. Sunt qui tradunt, liquato plumbo eum cauatam partem capitis quo ponderosius esset, explesse. Fuerit ille seditiosus, bono perierit exemplo: clientis tamen scelesta fames in has vsque iacentis iniurias esurire non debuit.

EXTERNVM.

PTOLEMAEI CYPRIORVM regis.

Plutarch. Catone

Odium merita est Septimuleij auaritia: Ptolemæi autem regis Cypriorum, risu prosequenda: Nam cum auxijs sordibus magnas opes corripuisset: propterq; eas periturum se videret: & ideo omni pecunia imposita nauibus in altum processisset, vt classe perforata suo arbitrio periret, & hostes præda carerent: non sustinuit mergere aurum, & argentum: sed futurum suæ necis præmium domum reuexit. Proculdubio hic non possedit diuitias: sed à diuitijs possessus est: titulo rex insulæ, animo pecuniæ miserabile mancipium.

DE SVPERBIA ET IMPOTENTIA.

CAP. IIII.

M. FVLVII FLACCI COS.
Appian. ciuil. 1.

Atque

ATque vt superbia quoque & impotentia in conspicuo ponantur, M. Fuluius Flaccus consul, M. Plautij Hypsæi collega, cum perniciosissimas reipublicæ leges introduceret, de ciuitate danda, & de prouocatione ad populum, eorum qui ciuitatem mutare voluissent: ægrè compulsus est vt in Curiâ veniret. Deinde partim monenti, partim oranti senatui vt incepto desisteret, respõsum non dedit. Tyrannici consul spiritus haberetur, si aduersus vnum senatorem hoc modo se gessisset, quo Flaccus in totius amplissimi ordinis contemnenda maiestate versatus est. A. V. CXXVIIJ.

M. LIVII DRVSI TRIB. pleb.

Liuius 71. L. Flor. 3. cap. 17. Vell. Aucl. de vir. illust. cap. 66. Oros. cap. 8 lib. 5. Appian. lib. 1. bell. ciu.

Quæ à M. quoque Druso trib. plebis per summam contumeliam vexata est. Parui enim habuit L. Philippum Consulem, quia inter fari cõcionantem ausus fuerat, obtorta gula, & quidem non per viatorem, sed per clientem suum, adeo violenter in carcerem præcipitem egisse, vt multus è naribus eius cruor profunderetur. Verumetiam cùm senatus ad eum misisset, vt in Curiã veniret: Quare non potius inquit, ipse in Hostiliam propinquam Rostris ad me venit? Piget adijcere quod sequitur. Tribunus senatus imperium despexit: senatus tribuni verbis paruit. A. V. DCLX. I

CN.

Universidad de Deusto Biblioteca

CN. POMPEII MAGNI COS. III.

Plut. in vita. Dio. 40. Pæd. in Milon. Cic. pro Flacco.

A. V. dccj. *Cn. autem Pompeius quàm insolenter? qui balneo egressus, ante pedes suos prostratum Hypsæum ambitus reum, & nobilem virum, & sibi amicum iacentem reliquit, contumeliosa voce proculcatum. Nihil enim eum aliud agere, quàm vt conuiuium suum moraretur, respondit. Et huius dicti conscius, securus animo cænare potuit.*

al. Immo ** Ille verò etiam in foro non erubuit P. Scipionem socerum suum legibus noxium, quas ipse tulerat, in maxima quidem reorum & illustrium* a. statutũ. *ruina, muneris loco à iudicibus deposcere, maritalis lecti blanditijs * statum reipublicæ temperando.*

M. ANTONII III. VIRI.

App. ciuil. 4. Plut in Antonio Dio. 47.

A. V. dccx. *Tetrum facto pariter ac dicto M. Antonij conuiuium. Nam cum ad eum triumuirum Cæsetij Rufi senatoris caput allatum esset: auersantibus id ceteris, propius admoueri iussit ac diu diligenterq; contemplatus est. Cunctis deinde expectantibus quid nam esset dicturus: Hunc ego, inquit notum non habui Superba de senatore, impotens de occiso confessio.*

EXTERNA.

ALEXANDRI MAGNI.

Curtius. Arrian. Plut. in vita. Diodorus.

Satis multa de nostris, aliena nunc adijciantur.

tur. Alexandri regis virtus & felicitas, tribus insolentiæ gradibus exultauit euidẽtissimis. Fastidio enim Philippi, Iouem Hammonem patrem al. aucupatus. *asciuit: tædio morum, & cultus Macedonici, vestem & instituta Persica assumpsit: spreto mortali habitu, diuinum * æmulatus est. Nec fuit ei pudori, filium, ciuem hominem dissimulare.*

XERXIS PERSARVM REGIS.

Herodot. 7. Iustin. 2.

Iam Xerxes, cuius in nomine superbia & impotentia habitat, suo iure quàm insolenter abusus est, quum Græciæ indicturus bellum, adhibitis Asiæ principibus, Ne viderer, inquit, meo tantummodo vsus consilio, vos contraxi. Cæterum mementote parendum magis vobis esse, quàm suadendum. Arroganter, etiam si victori repetere ei regiam contigisset, tam deformiter victi, nescias vtrum insolentius dictum, an impudentius.

ANNIBALIS POENI.

Liuius 22. Polyb. 3. Plut. in Annib.

A. V. dxxxvij. *Annibal autem Cannensis pugnæ successu elatus, nec admisit quemquam ciuium suorum in castris, nec responsum vlli, nisi per interpretem dedit. Maharbalem etiam ante tabernaculum suum clara voce affirmantem, prospexisse se quonam modo paucis diebus Romæ in Capitolio cænaret, aspernatus est. Adeo felicitatis & moderationis diuidnum contubernium est.*

CARTHAGINIENSIS ET CAMpani senatus.

Insolentiæ vero inter Carthaginiensem & Campanum senatum quasi æmulatio fuit. Ille enim separato à plebe balneo lauabatur, hic diuerso foro vtebatur: Quem morem Capuæ aliquandiu retentum, C. quoque Gracchi oratione in Plautium scripta patet.

DE PERFIDIA.

CAP. VI.

OCcultum iam & insidiosum malum perfidia, latebris suis extrahatur. Cuius efficacissimæ vires sunt mentiri, ac fallere: fructus in aliquo admisso scelere consistit: Tum certus, cum crudelitate nefarijs vinculis circumdedit tantum incommodi humano generi afferens, quantum salutis bona fides præstat. Habeat igitur non minus reprehensionis, quàm illa laudis consequitur.

T. TATII SABINORVM REGIS.

Liui. 2. Dionys. 2. Plut. Romulo. Idem Plut. cap. 27. parall. Flor. Epit. lib. 1. cap. 1. Propert. Ouid. 1. fast. & 14. Metam.

A. V. c. circiter.

Romulo regnante Sp. Tarpeius arci præerat, cuius filiam virginem aquam sacris petitum extra mœnia egressam, Tatius, vt armatos Sabinos in arcem secum reciperet, corrupit, mercedis nomine pactam quæ in sinistris manibus gerebant. Erant autem his armillæ & annuli magno expondere auri. Loco potitum agmen Sabinorum, puel-

puellam præmium flagitantem, armis obrutam necauit: perinde quasi promissum (quod ea quoque læuis gestauerant) soluens. Absit reprehensio: quia impia proditio celeri pœna vindicata est.

SER. SVLPITII GALBAE PR.

Suet. in Galba. Oros. 4. cap. 21.

Ser. quoque Galba summæ perfidiæ: trium enim Lusitaniæ ciuitatum conuocato populo, tanquam de commodis eius acturus, septem millia in quibus flos iuuentutis consistebat, electa, & armis exuta, partim trucidauit, partim vendidit: Quo facinore maximam cladem barbarorum, magnitudine criminis antecessit. A. V. dcij.

CN. DOMITII AENOBARBI.

Eutrop. Oros. 5. cap. 13 aliter.

Cn. autem Domitium summi generis, & magni animi virum, nimiæ gloriæ cupiditas persidum existere coëgit. Iratus nanque Bituito regi Aruernorum, quod cum suam, tum etiam Allobrogum gentem, se etiam tum in prouincia morante, ad Q. Fabij successoris sui dexteram confugere hortatus esset: per colloquij simulationem accersitum, hospitioq; exceptum vinxit, ac Romam naue deportandum curauit. Cuius factum senatus neque probare potuit, neque rescindere voluit: ne remissus in patriam Bituitus bellum renouaret. Igitur eum Albam custodiæ caussa relegauit. A. V. dcxxxij.

Q. SERVILII CAEPIONIS
Coss.

Appian. Iberic. Liui. 54. Flor. 2. cap. 17. Cic. 2. Off. Auct. de vir. ill. 71. Sil. Ital. lib. 3. Oros. lib. 5. cap. 3. Eutrop. lib. 4. cap. 3.

A. V. dcxiij. *Viriati etiam cædes duplicem perfidiæ accusationem recepit: in amicis, quòd eorum manibus interemptus est: in Q. Seruilio Cæpione consule, quia is, sceleris huius auctor, impunitate promissa fuit: victoriámque non meruit, sed emit.*

EXTERNA.

CARTHAGINENSIVM.

Zonaras pulchrè. Flor. Ep. lib. 2. cap. 2.

A. V. cdxcvij. *Verum vt ipsum fontem perfidiæ contemplemur: Carthaginienses Xantippum Lacedæmonium, cuius optima opera primo Punico bello vsi fuerant & quo iuuante Atilium Regulum ceperant, simulantes sese domum reuehere, in altomerserunt. Quid tanto facinore petentes? an ne victoriæ eorum socius superesset? Extat nihilominus, & quidem cum illorum opprobrio: quem sine vlla gloriæ iactura inuiolatum reliquissent.*

ANNIBALIS POENI.

Zonar. Liuius 23. paulò aliter.

A. V. dxxxvij. *Annibal porrò Nucerinos hortatu suo cum binis vestimentis vrbem inexpugnabilibus muris cinctam egressos, vapore & fumo balnearum strangulando, & Acerranorum senatum eadem ratione extra mœnia euocatum, in profundum puteorum abiyciendo nónne bellum aduersus populum Romanum & Italiam professus aduersus ipsam fidem acrius gessit, mendacijs, & fallacia quasi præclaris artibus gaudentes? Quo euenit, vt alioqui insignem nominis sui memoriam relicturus, in dubio, maiórne, an peior vir haberi deberet, poneret.*

DE SEDITIONIBVS.

CAP. VII.

SEd vt violentiæ seditionis tam togatæ, quàm etiam armatæ facta referantur. 1

IN C. MARIVM COS. VI.

A. V. dcliiij. *L. Equitium qui se Ti. Gracchi filium simulabat, tribunatúmque aduersus leges cum L. Saturnino petebat, à C. Mario sextum consulatum gerente in publicam custodiam ductum, populus* 2 *clausiris carceris conuulsis. raptum humeris suis per summam animorum alacritatem portauit.*

IN Q. METELLVM CENSOREM.

A. V. dvlj. *Idémque Q. Metellum censorem, quòd ab eo, tanquam Gracchi filio, censum recipere nolebat, lapidibus prosternere conatus est, affirmantem tres tantummodo filios Graccho fuisse. Equibus vnum in Sardinia stipendia merentem, alterum infantem Prænestæ, tertium post patris mortem natum Romæ decessisse: neque oportere ela-*

Universidad de Deusto Biblioteca

rissimæ familiæ ignotas sordes inseri: Cum interim improuida concitatæ multitudinis temeritas, pro impudentia, & audacia aduersus consulatum & censuram tetendit, principesq; suos omni petulantiæ genere vexauit.

IN A. NVMIVM CANdidatum.

Cic. in Catil. Inuect. 4. Flor. lib. 3.

A. V. dciiij. Vesana hæc tantummodo: illa etiam cruenta seditio. Populus enim A. Numium competitorem Saturnini, nouem iam creatis tribunis, vnóque loco duobus candidatis restante, vi prius in ædes priuatas compulit. Extractum deinde interemit, vt cæde integerrimi ciuis, facultas adipiscendæ potestatis teterrimo ciui daretur.

IN A. SEMPRONIVM Asellionem.

Appian. ciuil. 1. Liuius 74.

A. V. dcixiv. Creditorum quoque consternatio aduersum Sempronij Asellionis prætoris vrbani caput intolerabili modo exarsit. Quem quia causam debitorum susceperat, concitati à L. Cassio trib. plebis pro æde Concordiæ sacrificium facientem, ab ipsis altaribus fugere extrà forum coactum, inq; tabernula latitantem: prætextatum discerpserunt.

MILITVM ROMANORVM.

IN GRATIDIVM LEGATVM.

Liui. 77. Plut. in Sulla. Oros. 5. cap. 19.

Detestanda fori Rom. conditio: sed si castra respicias, æque magna oritur indignatio. Cum C. Mario lege Sulpicia, prouincia Asia, vt aduersus Mithridatem bellum gereret priuato decreta esset: missum ab eo Gratidiū legatum ad L. Sullam consulem accipiendarum legionum caussa milites trucidarunt: Proculdubio indignati, quòd à summo imperio, ad eum qui nullo in honore versaretur, transire cogerentur. Sed quis ferat militem scita plebis exitio legati corrigentem? A. V. dclxv.

IN Q. POMPEIVM COS.

Liuius 77. App. 1. ciuil.

Pro consule istud tam violenter exercitus, illud aduersus consulem. Q. enim Pompeium Sullæ collegam, senatus iussu ad exercitum Cn. Pompeij, quem aliquandiu inuita ciuitate obtinebat, contendere ausum: ambitiosi ducis illecebris corrupti milites, sacrificare incipientem adorti, in modum hostiæ macta uerunt: tantumque scelus Curia castris cedere se confessa, multum habuit. A. V. dclxv.

IN C. CARBONEM LEGATVM.

Illo quoque exercitus nefarie violentus, qui C. Carbonem fratrem Carbonis ter consulis propter bella ciuilia dissolutam disciplinam milita- A. V. dclxxj.

rem præfractius & rigidius astringere conatum priuauit, vita: satiúsque duxit maximo scelere coinquinari, quàm prauos ac tetros mores mutare.

DE TEMERITATE.

CAP. VIII.

1 TEmeritatis etiam subiti, & vehementes sunt impulsus: quorum ictibus hominum
2 mentes concussæ, nec sua pericula despicere, nec aliena facta iusta æstimatione prosequi valent.

P. AFRICANI MAIORIS.

Liui.28. Appi.Lybica.Zona.Plut.in Scipione.

A. V. dxlvij. Quàm enim temere se Africanus superior ex Hispania duabus quinqueremibus ad Syphacem traiecit, in vnius Numidæ insidis præcordijs suam pariter & patriæ salutem depositurus? Itaque
3 exiguo momento, maximè repulsus fluctuauit, vtrum captiuus, an victor Scipio Syphacis fieret.

C. CAESARIS COS. II.

Plut. in vita. Dio. 41. Suet. Appi. Flor. lib. 4. cap. 2. Lucanus in quinto.

4 Iam C. Cæsaris anceps conatus etiamsi cæ-
A. V. dccv. lestium cura protectus est. attamen vix sine animi horrore referri potest. Siquidem impatiens legionum tardiori à Brundusio Apolloniam traiectus: per simulationem aduersæ valetudinis conuiuio egressus, maiestate sua seruili veste occul-

occultata, nauiculam conscendit, & è flumine 5
maris Adriatici sæua tempestate fauces petijt. Protinúsque in altum dirigi iusso nauigio multum ac diu contrarijs iactatus fluctibus, tandem necessitati cessit.

EXERCITVS ROM.

Liui.75. Oros.5.cap.18.

Age, illa quàm execrabilis militum temeri- A. V.
tas? fecit enim vt A. Albinus nobilitate, mori- dclxiv.
bus, honorum omnium consummatione ciuis eximius, propter falsas & inanes suspiciones in castris ab exercitu lapidibus obrueretur: Quódque accessionem indignationis non recipit, oranti atque obsecranti duci ac militibus caussæ dicendæ potestas negata est.

EXTERNA.

ANNIBALIS POENI.

Seruius in 5. Æneid. Pompon. Mela. 2. cap. 7. aliter, & Sallust.

Itaque minus miror apud trucem, & sæuum A. V.
Annibalis animum defensionis locum innoxio dl.
gubernatori nõ fuisse: quem à Petilia classe Africam repetens freto appulsus dum tam paruo spatio Italiam, Siciliamq; inter se diuisas non credit, velut insidiosum cursus rectorem interemit: Posteaq; diligentius inspecta veritate, tunc absolut, eum eius innocentiæ nihil vltra sepulchri honorem dari potuit. Igitur anguſti atque æstuosi maris alto è tumulo speculatrix statua, tam memoriæ Pelori quàm Punicæ temeritati vltra ci-

7 traq; nauigantium oculis expositum indicium est.

ATHENIENSIS POP.

Ipse Valer. 3. cap. 8. Aelia. Var. hist. 3.

Iam Athenensium ciuitas ad vesaniam vsque
temeraria, quæ decem vniuersos imperatores
8 *suos, & quidem à pulcherrima victoria venientes capitalis iudicio exceptos necauit: quod militum corpora, sæuitia maris interpellante, sepulturæ mandare non potuissent: necessitatem putans, cum honorare virtutem debuisset.*

DE ERRORE.

CAPVT IX.

TEmeritati proximus est error: quemadmodum ad lædendum par, ita cui facilius quis ignouerit: quia non sua sponte, sed vanis concitatus imaginibus, culpæ se implicat. Qui quàm late in pectoribus hominum vagetur, si complecti coner: vitio, de quo loquor, sim obnoxius. Paucos igitur eius lapsus referemus.

PLEBIS ROMANAE.

Plutarch. Cæsare. Dio. 44. Appian. ciuil. 2.

A. V. dcclx. *C. Heluius Cinna trib. plebis ex funere C. Cæsaris domum suam petens, populi manibus discerptus est pro Cornelio Cinna, in quem sæuire se existimabat: Iratus ei, quòd cum amicissimus esset Cæsaris, aduersus eum nefariè raptum, impiam pro Rostris orationem habuisset: Eoq; errore propulsus est: vt caput Heluij perinde, atque Cornelij*

Cornelij circa rogum Cæsaris, fixum iaculo ferret: officij sui, & alieni erroris piaculum miserabile.

C. CASSII LONGINI
Procos.

Plutarch. Bruto. Appian. 4. Dio. 47. Flor. ep. libr. 4. cap. 6. Eutrop. cap. 1. libr. 7. Oros. 6. cap. 16. Front. cap. 2. lib. 4. Luc. 2. Sueton. tit. 13 secund.

Nam C. Cassium error à semetipso pœnas exigere coegit. Inter illũ enim pugnæ quatuor exercituum apud Philippos varium, ipsisq; ducibus ignotum euentum: missus ab eo Titinius centurio nocturno tempore vt specularetur quonam in statures M. Bruti essent: dum crebros excessus viæ petit, quia tenebrarum obscuritas, hostésne an commilitones occurerent, dignoscere non sinebat, tardius ad Cassium redit. Quem is exceptum ab hostibus, omniáque in eorum potestatem recidisse existimans, finire vitam properauit: cum & castra hostium murcem capta, & Bruti copiæ magna ex parte incolumes essent. Titinij verò non obliteranda silentio virtus, qui oculis paulisper hæsit inopinato iacentis ducis spectaculo attonitus: deinde profusus, in lacrymas, Etsi imprudens, inquit, imperator caussa tibi mortis fui: tamen ne idipsum impunitum sit, accipe me fati tui comitem. Superque exanime corpus, eius iugulo suo gladium capulo tenus demisit: ac permisto vtriusque sanguine, duplex victima iacuit. Pietatis hæc, Erroris illa. A. V. dccxj.

SATEL

Universidad de Deusto
Biblioteca

SATELLITVM LARTIS
Tolumnij regis.

Liuius 4. Cic. Philip. 9.

A. V. cccxv. *Cæterum falsa opinatio, nescio an præcipuam*
iniuriam Lartis Tolumnij Veientium regis pena-
1 *tibus intulerit: Nam cum in tesserarum prospero*
iactu per iocum collusori dixisset, Occide: & fortè
Romanorum legati interuenissent: satellites eius
errore vocis impulsi, interficiendo legatos, lusum
ad imperium transtulerunt.

DE VLTIONE.

CAP. X.

VLtionis autem quemadmodum acres, ita
iusti aculei sunt: qui lacessiti concitantur,
acceptum dolorem pensare cupientes. Quos latius
complecti non attinet.

PAPIRIAE TRIBVS TVSCVlanorum in Poliam.

Liuius 8.

1 *M. Flauius trib. pleb. ad populum de Tuscu-*
A. V. cdxxx. *lanis retulit, quòd eorum consilio Veliternos, Pri-*
uernatésque rebellaturos diceret: Qui cum con-
iugibus, ac liberis squalore obsiti, cum supplices
Romam venissent, accidit, vt reliquis tribubus
salutarem sententiam secutis, sola Polia indica-
ret, oportere publicè eos verberatos securi per-
2 *cuti: imbellem multitudinem sub coronæ venire.*
3 *Quam ob caussam Papiria tribus, in qua pluri-*
mum Tusculani in ciuitatem recepti potuerunt
nemi-

neminem postea candidatum Poliæ tribus fecit
magistratum: ne ad eam vllus honos suis suffra-
giis perueniret, quæ illis vitam ac libertatem,
quantum in ipsa fuit, ademerat.

POPVLI VTICENSIS IN C.
Fabium Hadrianum.

Liui. 8. Oros. 5. cap. 19. Cic. ad. 3. in Ver.

Illam vero vltionem & senatus, & consensus
A. V. dclxix. *omnium approbauit. Cum Hadrianus ciues Ro-*
manos, qui Vticæ consistebant, sordido imperio
vexasset, idcircóque ab his vius esset exustus: nec
quæstio vlla in vrbe hac de re habita, nec que-
rela versata est.

EXTERNA.

THAMYRIS ET BERONICES reginarum.

Iustin. 1. Herodot. 1.

Claræ vltionis vtraque regina, & Tamyris,
quæ caput Cyri abscisum in vtrem humano san-
guine repletum dimitti iussit, exprobrans illi in-
satiabilem cruoris sitim, simúlque pœnas occisi
ab eo filij sui exigens: & Beronice, quæ Laodices
insidijs interceptum sibi filium grauiter ferens,
armata currum conscendit, persecutáque satelli-
*tem regium crudelis * operis ministrum, nomine* al. impe-
Caneum, quem hasta nequicquam petierat, saxo rij.
ictum prostrauit, ac super eius corpus actis equis 4
inter infesta contrariæ patris agmina ad domum
in-

in qua interfecti pueri corpus occultari arbitrabatur, perrexit.

IVVENVM QVORVNDAM Græcorum.

Iasonem Thessalum Persarum regi bellum inferre parantem, an satis iusta vltio absumpserit, ambiguæ æstimationis est. Taxillo enim gymnasiarchæ à quibusdam iuuenibus pulsatum se conquesto, permisit: vt aut tricenas ab his drachmas exigeret, aut denas plagas singulis imponeret. Quo posteriore vindicta vso: qui vapulauerant, Iasonem interfecerunt, animi, non corporis dolore pœnæ modum æstimantes. Cæterum paruo irritamento ingenui pudoris maximæ rei expectatio subruta est. Quoniam opinione Græciæ tantum in spe Iasonis, quantum in effectu Alexandri reponebatur.

DE IMPROBE DICTIS ET SCELERATE FACTIS.

CAP. XI.

1 NVnc quatenus vitæ humanæ, tum bona, tum etiam mala substitutis exemplorum imaginibus persequamur, dicta improbe, & facta scelerate referantur.

TVLLIAE SER. F. L. SVperbi regis.

Liui. 1. Dion. 4. L. Flor. 1. cap. 6. Ouid. 2. Fastorũ.

Vnde autẽ potius, quàm à Tullia ordiar? quia tempore vetustissimum, conscientia nefarium, voce

voce improbum ac monstri simile exemplum est. 2
Quæ cum carpento veheretur, & is qui tumenta agebat, succussis frænis constitisset: repentinæ moræ causſam requisiit. Et vt cõperit corpus patris Ser. Tullij occisi ibi iacere: supra idem vehiculum duci iussit, quò celerius in complexum interfectoris eius Tarquinij veniret. Quæ tam impia, támque probrosa festinatione, non solum se æterna infamia: sed ipsum etiam vicum cognomine sceleris commaculauit. A. V. CCXIIX. 3

C. FIMBRIAE TRIB. PLEB. Cic. pro Sex Rosc.

Non tam atrox est C. Fimbriæ factum & dictum: sed si per se æstimetur, virumque audacissimum. Is egerat, vt Scæuola in funere C. Marij iugularetur: quem postquam ex vulnere recreatum comperit, accusare ad populum instituit. Interrogatus deinde quid de eo secus dicturus esset, cui pro sanctitate morum satis digna laudatio reddi non posset: respondit se obiecturum illi, quòd parcius corpore telum recepisset. O dicentiã furoris ægræ reipublicæ gemitu prosequendam! A. V. DCLXVIJ. 4

L. CATILINAE. Sallust. Catilin.

L. vero Catilina in senatu M. Cicerone incendium ab ipso excitatum dicente, Sentio, inquit: & quidem illud si aqua non potuero, ruina extinguam. Quem quid aliud existimemus, quàm conscientiæ stimulis actum, simulacrum à se inchoati parricidij peregisse? A. V. DCXC. 5

MAGII CHILONIS.

Cic. ad Attic. 13. Sulpicius Cic. lib. 4. fam. Liuius 115.

A. V. ccvij. *Consternatum etiam Magij Chilonis, amentiæ pectus: qui M. Marcello datũ à Cæsare spiritum sua manu eripuit. Vetus etiam Pompeianæ militiæ comes, indignatus aliquem amicorum ab eo sibi præferri. Vrbem enim à Mitylenis quo se contulerat, repetentem in Atheniensium portu pugione confodit, protinúsque ad irritamenta vesaniæ suæ trucidanda tetendit amicitiæ hostis, diuini beneficij interceptor, publicæ religionis, quod ad salutem clarissimi ciuis recuperandam attinuit, acerba labes.*

C. TORANICII C. F.

Appian. ciuil. 4. Oros. 6. cap. 18.

A. V. dccx. *Hanc crudelitatem, cui nihil adijci posse videtur, C. Toranius atrocitate parricidij superauit. Namque triumuirum partes secutus, proscripti patris sui prætorij & ornati viri latebras, ætatem, notásque corporis, quibus agnosci posset, centurionibus edidit, qui eum persecuti sunt. Senex de filij magis vita, & incrementis, quàm de reliquo spiritu suo solicitus, an incolumis esset, & an imperatoribus satisfaceret, interrogare eos cœpit. Equibus vnus: Ab illo inquit, quem tantopere diligis, demonstratus, nostro ministerio, filij indicio occideris: protinúsque pectus eius gladio traiecit. Collapsus itaque est infelix, auctore cædis, quàm ipsa cæde miserior.*

VII.

VILLII ANNALIS.

Appian. ciuil. 4.

Cuius fati acerbitatem L. Villius Annalis sortitus: Qui cum in Campum ad quæstoria comitia filij descendens, proscriptum se cognosset, ad clientem suum confugit: sed ne fide eius tutus esse posset, scelere nefarij iuuenis effectũ est. Siquidem per ipsa vestigia patris militibus ductis occidendum eum in conspectu suo obiecit: his parricida, consilio prius, iterum spectaculo. 7 A. V. dccx.

VXORIS VETTII SALLASSI.

Appian. ciuil. 4.

A. V. dccx. *Ne Vettius quidem Sallassus proscriptus parum amari exitus, quem latentem vxor interficiendum, quid dicam, tradidit, an ipsa iugulauit? Quantò enim leuius est scelus, cui tantummodo manus abest?*

EXTERNA.

DVORVM FRATRVM HISpanorum.

Liuius 8.

A. V. dxlvij. *Illud autem facinus, quia externum, trãquilliore affectu narrabitur. Scipione Africano patris & patrui memoriam gladiatorio munere Carthagine Noua celebrante, duo regũ filij nuper patre mortuo, in arenam processerunt: pollicitique sunt ibi se de regno præliaturos, quo spectaculum illud illustrius pugna sua facerent. Eos cum Scipio monuisset, vt verbis, quàm ferro*

S dijudicare mallent, vter regnare deberet: ac iam maior natu consilio eius obtemperaret, minor corporis viribus fretus, in amentia perstitit. Initoque certamine, pertinacior impietas fortunæ iudicio morte multata est.

MITHRIDATIS REGIS.

Dio. 37. Oros. Eutropius de Pharnace Mithridatis filio.

Mithridates autem multò sceleratius, qui non cum fratre de paterno regno, sed cum ipso patre bellum de dominatione gessit: in quo qui aut homines vllos adiutores inuenerit, aut deos inuocare ausus sit, præ admiratione hæreo.

SARIASTRIS TIGRANIS regis F.

Plut. in vita Pomp.

Quanquam quid hoc, quasi inusitatum illis gentibus miremur? cum Sariaster aduersus patrem suum Tigranem Armeniæ regem, ita cum amicis consenserit, vt omnes dextris manibus al. soluerent. *sanguinem mitterent, atque eum inuicem * sorberent. Vix ferrent illi pro salute parentis tam cruenta conspiratione fœdus facientem.*

L. AELII SEIANI.

Dio. 57. Tacit. 5. Sueton. Tiberio. Vell. & alij.

Sed quid ego ista consector, aut quid iis im-
A. V. DCCXXCIIJ *morer: cum vnius parricidij cogitatione cuncta scelera superata cernam? Omni igitur impetu mentis, omnibus indignationis viribus, ad id la-*

cerandum pio magis, quàm valido affectu rapior. Quis enim amicitiæ fide extincta genus humanum cruentis in tenebris sepelire conatum, 9
profundo debitæ execrationis, satis efficacibus verbis adegerit? Tu videlicet efferatæ barbariæ immanitate truculentior habenas Romani imperij, quas princeps, parensque noster salutari dextera continet, capere potuisti? Aut te compote furoris, in suo statu mundus mansisset: Vrbem 10
à Gallis captam, & trecentorũ inclytæ gentis virorum stragem fœdam, Allienſem diem, & oppressos in Hispania Scipiones, Thrasimenum 11
lacum, & Cannas, bellorumque ciuilium domestico sanguine madentem Aemathiam, amentibus propositis furoris tui repræsentare, & vincere voluisti. Sed vigilarunt oculi deorum, sydera 12
simul vigorem suum obtinuerunt: Aræ, pulvinaria, templa præsenti numine vallata sunt: Nihilque quod pro capite Augusti, ac patria excu- 13
bare debuit, torpere sibi permisit. Et in primis 14
auctor, ac tutela nostræ incolumitatis, nec excellentissima merita sua totius orbis ruina collaberentur, diuino consilio prouidit. Itaque stat pax, 15
*valent leges, syncerus priuati ac publici officij tenor seruatur. Qui autem hac violatis amicitiæ fœderibus * tentauit subuertere, omni cum* 16
stirpe sua populi Rom. pedibus obtritus, etiam apud inferos, si tamen illuc receptus est, quæ meretur supplicio pendit. al. subruere voluit.

DE MORTIBVS NON VVLGARIBVS.

CAPVT XII.

HVmanæ autem vitæ conditionem præcipuè primus & vltimus dies continent: quia plurimum interest quibus auspiciis inchoetur, & quo fine claudatur: Ideóque eum demum felicem fuisse iudicamus, cui & accipere lucem prosperè & reddere placidè contigit. Medij temporis cursus, prout fortuna gubernaculum rexit, modò aspero, modò tranquillo motu peragitur, spe semper minor, dum & cupidè votis extenditur, & fere sine ratione consumitur. Nam & si eo bene vti velis, etiam paruum amplissimum efficies, numerum annorum multitudine operum superãdo. Alioqui quid attinet inerti mora gaudere, si magis vitam exigis, quàm approbas? Sed ne longius euager, libet eorum mentionem facere, qui non vulgari genere mortis absumpti sunt.

TVLLI HOSTILII REGIS.

Liuius 1. Dionys. 3. Plin. hist. cap. 55 2. cap. 2. 28 Auct. de vir. illust. cap. 4. Eutrop. 1. Orosi. 2.

A. V. cxiij. *Tullus Hostilius rex fulmine ictus, cum tota domo conflagrauit. Singularem fati sortem, qua accidit, vt columen vrbis, in ipsa vrbe raptum ne supremo quidem funeris honore à ciuibus decorari posset, cælesti flamma in eam conditionem redactum, vt eosdem penates, & regiam, & rogum, & sepulchrum haberet.*

DVARVM MATRVM.

Liuius 22. Plin. cap. 53. discrepat.

A. V. dxxxvj. *Vix verisimile est in eripiendo spiritu idem gaudium potuisse, quod fulmen: & tamen potuit. Nuntiata enim clade, quæ ad lacum Trasimenum inciderat: altera mater sospiti filio ad ipsam portam facta obuiam, in complexu eius expirauit: Altera cum falso mortis filij nuntio domi mœsta sederet: ad primum conspectum redeuntis exanimata est. Genus casus inusitatum: quas dolor non extinxerat, lætitia consumpsit.*

M. IVVENTII THALNAE COS.

Plin. 7. cap. 53. & Solin.

A. V. dxc. *Sed minus miror, quòd mulieres. M. Iuuentius Thalna, collega Ti. Gracchi COSS. iterum cum in Corsica, quam nuper subegerat, sacrificaret: receptis literis decretas ei à senatu supplicationes nuntiantibus: intento illas animo legens, caligine orta, ante foculũ collapsus mortuus humi iacuit. Quem quid aliud quàm nimio gaudio enectum putemus? En cui Numantia, aut Carthago excidenda traderetur.*

Q. LVTATII CATVLI.

Cic. Tusc. ul. 1. Iuuen. Sat. 8 Flor. lib. 3. cap. 21. Plutarch. in Mario. Aug. de ciuitate lib. 3. App. ciuil. 1. & alij.

A. V. dclij. *Maioris aliquantò spiritus dux Q. Catulus Cimbrij triumphi C. Mario particeps à senatu datus: sed exitus violentioris: Namque ab hoc*

A. V. dclxvj. eodem Mario postea propter ciuiles dissensiones mori iussus, recenti calce illito, multoq; igni percalefacto cubiculo, se inclusum peremit: cuius tam dira necessitas maximus Marianæ gloriæ rubor extitit.

L. CORNELII MERVLAE.

Appian. 1. Plut. Vellei. & Flor. 3. cap. 21. Aug. de ciuit. lib 4. cap. 17.

A. V. dclxvj. Qua tempestate reip. L. quoque Cornelius Merula consularis, & flamen Dialis, ne ludibrio insolentissimis victoribus esset, in Iouis sacrario vents incisis contumeliosæ mortis denuntiationem effugit: sacerdotisq; sui sanguine vetustissimi foci maduerunt.

HERENNII SICVLI.

A. V. dcxxxij. Acer etiam & animosus vitæ exitus Herennij Siculi, quo C. Gracchus, & aruspice, & amico vsus fuerat. Nam cum eo nomine in carcerem duceretur, in eius postem illiso capite in ipso ignominiæ aditu concidit, ac spiritum posuit: vno gradu à publico supplicio, manuq; carnificis citerior.

C. LICINII MACRI.

Plutarch. Cicerone, & Cicero ad Attic. 1.

A. V. dcxcvij. Consimili impetu mortis C. Licinius Macer vir prætorius Calui pater, repetundarum reus, dum sententiæ diriperentur, in Mamertinum conscendit: siquidem cum M. Ciceronem, qui id iudi

id iudicium cogebat, prætextam ponentem vidisset, misit ad eum qui diceret, se non damnatum, sed reum perijsse: nec sua bona hastæ posse subijci. Ac protinus sudario, quod forte in manu habebat, ore & faucibus coartatis, incluso spiritu pœnam morte præcurrit. Qua cognita re Cicero de eo nihil pronuntiauit. Igitur illustris ingenij orator & ab inopia rei familiaris, & à crimine domesticæ damnationis inusitate paterni fati genere vindicatus est.

CORNELII GALLI ET T. Haterij.

Plin. 7 cap. 53.

Fortis huius mors, illorum perridicula. Cornelius enim Gallus Prætorius, & T. Haterius eques Rom. inter vsum Veneris absumpti sunt. Quanquam quorsum attinet eorum cauillari fata, quos non libido sua, sed fragilitatis humanæ ratio abstulit? Eme namque vitæ nostræ variis & occultis caussis expositio, interdum quædam immerentia supremi fati titulum occupant: cum magis in tempus mortis incidant, quàm ipsam mortem accersant.

EXTERNA.

COMAE CLEONIS FVGITIuorum ducis frater.

Sunt & externæ mortes dignæ * annotatu: qualis in primis Comæ, quem ferunt maximi latronum ducis Cleonis fratrem fuisse. Is enim ad

* al. admiratione.

A. V. dcxxj.

Rupilium consulem post Ennam, quam prædones tenuerant, in potestatem nostram redactam, perductus, cùm de viribus & conatibus fugitiuorum interrogaretur: sumpto tempore ad se colligendum, caput operuit, Inmixusq; genibus compresso spiritu, inter ipsas custodum manus, inq; conspectu summi imperij exoptata securitate quieuit. Torqueant se miseri, quibus extingui quàm superesse vtilius est, trepido & anxio consilio, quanam ratione vita exeant quærentes: Ferrum acuant, venena temperent, laqueos apprehendant, vt vastas altitudines circunspiant tanquam magno apparatu, aut exquisita molitione opus sit: vt corporis atque animi infirmo vinculo cohærens societas dirimatur. Nihil ho-
8 *rum Coma, sed intra pectus inclusa anima, finem sui reperit. Enimuero minimo studio retinendum bonum, cuius caduca possessio tam læui afflatu violentiæ concussa dilabi potuit.*

AESCHYLI POETAE.

Suidas Plinius 10. cap 3. Aristoph. in Ranis. Quintil. & Gellius. Horat. in arte.

Aeschyli verò poetæ excessus quemadmodum non voluntarius, sic propter nouitatem casus referendus est: In Sicilia mœnibus vrbis, in qua morabatur, egressus aprico in loco resedit: Super quem aquila testudinem ferens, elusa splendore capitis (erat enim capillis vacuum) perinde, atque lapidi eam illisit, vt fracta carne vesceretur: Eoq; ictu origo, & principium fortioris

tragœdiæ extinctum est.

HOMERI.

Plutarch. in vita, sed Herodotus aliter. Cic. Tuscul. 5.

Non vulgaris etiam Homeri mortis caussa fertur: qui insula, quia quæstionem à piscatoribus propositam soluere non potuisset, dolore absumptus creditur.

EVRIPIDIS.

Suid. Gell. 15. cap. 20.

Sed atrocius aliquantò Euripides finitus est. Ab Archelai enim regis cœna in Macedonia domum hospitalem repetens, canum morsibus laniatus obyt. Crudelitas fati tanto ingenio non debita.

SOPHOCLIS.

Lucian. in Macrobiis aliter. & Simonides epigramm. 3. Plin. 7 cap. 53. & lib. 29.

Sicut illi excessus illustrium poëtarum & moribus & operibus indignissimi. Sophocles vltimæ iam senectutis, cum in certamine tragœdiam dixisset, ancipiti sententiarum euentu diu solicitus, aliquande tamen vna sententia victor, caussam mortis gaudium habuit.

PHILEMONIS.

Lucian. in Macrobiis. Plutarch. in Opusc. & Suidas.

Philemonem autem vis risus immoderati abstulit: Paratas ei ficus, atque in conspectu positas
11 *asellos consumente: puerum vt illum abigeret, inclamauit: Qui cùm iam comessis omnibus su-*

peruenisset, Quoniã, inquit, tam tardus fuisti, da nunc merum asello. Ac protinus vrbanitatem dicti crebro anhelitu cachinnorum prosecutus, senile guttur salubris spiritus prægrauauit.

PINDARI.

Suidas.

At Pindarus, cum in gymnasio super gremiũ pueri, quo vnicè delectabatur, capite posito quieti se dedisset: non prius decessisse cognitus est, quàm gymnasiarcha claudere iam eum locum volente, ne quicquam exercitaretur. Cui quidem crediderim eadem benignitate deorum, & tantum poëticæ facundiæ, & tam placidum vitæ finem attributum.

ANACREONTIS.

Plin. 7. cap. 7.

12 Sicut Anacreonti quoque, quamuis statum
13 humanæ vitæ modum supergresso, quem vuæ passæ succo tenues & exiles virium reliquias fouentem vnius grani pertinacior in aridis faucibus humor absumpsit.

MILONIS CROTONIATAE.

Gell. 15. cap. 16. Ouid. in Ibin. Strab. lib. 6.

Iungam illos, quos & propositum, & exitus pares fecit. Milo Crotoniates, cum iter faciens quercum in agro cuneis adactis fissam vidisset, fretus viribus, accessit ad eam, insertisq; manibus diuellere conatus est: quas arbor excussis cuneis, in suam naturam reuocata cõpressit, eumq; cum tot gymnicis palmis laceranda feris præbuit.

POLYDAMANTIS SCOTVSAEI.

Pausan. Suidas.

Item Polydamas athleta tempestate spelunca subire coactus, nimio & subito incursu aquæ labefactata ea, ac ruente: ceteris comitibus fuga periculum egressis, solus restitit, tanquam humeris suis totius ruinæ molem sustentaturus. Sed pondere omni corpore humano potentiore pressus: imbris caussa petitam latebram, dementis fati sepulchrum habuit. Possent hi præbere documentum, nimio robore membrorum, vigorem mentis hebescere: quasi abnuente natura vtriusque boni largitionem: Ne supra mortalem sit felicitatem, eundem & valentissimum esse, & sapientissimum.

DE CVPIDITATE VITAE.

CAP. XIII.

VErum quia excessus è vita & fortuitos, & viriles, quosdam etiam temerarios oratione attigimus: subijciamus nunc æstimationi enerues, & effœminatos: vt ipsa comparatione pateat, quanto non solum fortior, sed etiam sapientior mortis interdum, quam vitæ sit cupiditas.

M. AQVILLII LEGATI consularis.

Liui. 78. Appi. Mithridatica. Vellei. Plut. Sulla.

I *M. Aquillius, cum sibi gloriosè posset extingui, Mithridati malnit turpiter seruire. Quem ne ali*

A. V. dcixv.

ne aliquis merito dixerit Pŏtico supplicio, quàm
2 Romano imperio dignorem? quoniam commisit
vt priuatŭ opprobrium publicus rubor exiſtieret.

CN. CARBONIS COS. III.

Liuius.89.App.ciuil.1.Plut.Pompeio. Sen. Ep.82.

A. V. dclxxj. Cn.quoque Carbo magnæ verecundiæ eſt Latinis annalibus, qui tertio in conſulatu ſuo iuſſu Pompeij in Sicilia ad ſupplicium ductus: petijt à militibus demiſſè & flebiliter vt ſibi alium leuare, priuſquam expiraret, liceret: quò miſerrimæ lucis vſu diutius frueretur. Eoq; moram traxit, donec caput eius ſordidè in loco ſedentis abſcinderetur. Ipſa verba tale flagitium narrantis ſecum luctantur, nec ſilentio amica, quia occultari non merentur: nec relatione familiaria, quia dictu faſtidienda ſunt.

D. IVNII BRVTI PROCOS.

Dio.lib.46.Liui.120.Vell.Appian.3.

A. V. dccx. Quid? Brutus exiguum & infelix momentum vitæ, quanto dedecore emit? Nam à Furio, quem ad eum occidendum Antonius miſerat, comprehenſus, non ſolùm ceruicem gladio ſubtraxit: verum etiam conſtantius eam præbere admonitus, ipſis his verbis iurauit: Ita vt viuam,
4 dabo. O fati cunctatione ærumnoſum! O iurandi ſtolidam fidem! Sed hos tu furores immoderata vetinendi ſpiritus dulcedo ſubijcis, ſanæ rationis modum expugnando: quæ vitam diligere, mortem non timere præcepit.

EXTER

EXTERNA.

XERXIS PERSARVM REGIS.

Herodot.lib. 7.Plut.

Eadem Xerxem regem pro totius Aſiæ armata iuuentute, quod intra centum annos eſſet obitura, profundere lacrymas coëgiſti. Qui mihi 5
ſpecie alienam, re vera ſuam conditionem deploraſſe videtur: opum magnitudine, quam altiore animi ſenſu felicior. Quis enim mediocriter prudens mortalem ſenatum fleuerit?

MASSANISAE NVMIDIAE REGIS.

Referam nunc eos, quibus aliquos ſuſpectos habentibus exquiſitior ſui cuſtodia quæſita eſt. Nec à miſerrimo, ſed ab eo, qui inter paucos felicißimus fuiſſe creditur, incipiam. Maſſaniſa rex parum fidei in pectoribus hominum reponens, ſalutem ſuam cuſtodia canum vallauit. Quò tam latè patens imperium? quò tantum liberorum numerum? quò denique tam arcta beneuolentia conſtrictam Romanam amicitiam? ſi ad hæc tuenda nihil canino latratu, ac morſu valentius duxit?

ALEXANDRI PHERAEORVM regis.

Cic.Offic.2.de Inuent.2.Herod.

Hoc Rege infelicior Alexander, cuius præcordia hinc amor, hinc metus torſerunt: Nam cum infinito ardore coniugis Thebes teneretur, ad eandem ex epulis in cubiculum veniens: barbarum

Thracijs aliàs.

rum compunctum notis *Threcijs, stricto gladio iubebat anteire: Nec prius se ibidem lecto committebat, quàm à stipatoribus diligenter esset scrutatus. Supplicium irato deorũ numine compositum, neque libidini, neque timori posse imperare. Cuius timori eadem & caussa & finis fuit. Alexandum enim Thebe pellicatus ira mota interemit.

DIONYSII SICILIAE TYRANNI.

Cic. Tusc. 5. Offic. 2. Diodo. 20.

*Age, Dionysius Syracusanorum tyrannus huiusce tormẽti quam longa fabula: qui duodequadraginta annorũ dominationem in hunc modum peregit. Sommotis amicis in eorum locum ferocissimarum gentium homines, & à familijs locupletum electos præualidos seruos, quibus latera sua cõmitteret, substituit: tonsorumq; metu, tondere filias suas docuit. Quarum postquam adultæ ætati appropinquabant, manibus ferrum non
4 ausus committere, instituit, vt candentium iuglandium putaminibus barbam sibi & capillum adurerent: Nec securiorem se maritũ egit, quàm patrem. Duarum enim eodem tempore Aristomaces Syracusanæ, & Locrensis Gloridis matrimonijs illigatus, neutrius vnquam, nisi excussæ complexum petijt. Atque etiam cubicularem lectum, perinde quasi castra, lata fossa cinxit: in quem se ligneo ponte recipiebat: cum forem cubiculi extrinsecus à custodibus opertam, interiorem claustro ipse diligenter obseraſſet.*

DE

DE SIMILITVDINE FORMAE.

CAP. XIIII.

Plutarch. de philosoph. placitis 5. cap. 11. & 12. Plin 7. cap.

DE similitudine autem oris, & totius corporis, altiore doctrina præditi subtilius disputant, eorumq; alij in ea sunt opinione, vt existiment illam originis, & contextui sanguinis respondere. Nec paruum argumentum ex ceteris animalibus trahunt, quæ fere gignentibus similia nascuntur. Alij negant certam hanc esse naturæ legem, sed species mortalium prout fortuita fors conceptionis obtulit, attribui. Atque ideo plerunque ex speciosis deformes, & ex robustis inualidos partus edi. Verum quoniam ista quæstio in ambiguo versatur, pauca inter alienos conspectæ similitudinis exempla referemus.

CN. POMPEII MAGNI CVM *Vibio & Publicio.*

Solin. cap. 5. Plin. 7. cap. 12.

Magno Pompeio Vibius ingenuæ stirpis, & Publicius libertinus ita similes fuerunt: vt permutato statu, & Põpeius in illis, & illi in Pompeio salutari possent. Certe quocunque aut Vibius aut Publicius accesserant, ora hominum in se obuertebant, vnoquoque speciem amplissimi ciuis in personis mediocribus annotante. Quod quidem fortuitum ludibrium, quasi hæreditarium ad eum penetrauit.

CN.

CN. POMPEII STRABONIS.
cum Menogene coquo.
Plin.7.cap.12.

A. V. dclviv. *Nam pater quoque eius eo vsque Menogenis coci sui similis esse visus est: vt vir, & ferax animo & præpotens armis sordidum eius nomen repellere à se non valuerit.*

P. SCIPIONIS NASICAE CVM
Serapione victimario.
Plini7.cap.12 & 21.cap.3.Liui.55.

Eius cõsulatus. A. V. dcxv. laudatissimus fuit. *Eximiæ verò nobilitatis adolescens Cornelius Scipio, cum plurimis & clarissimis familiæ suæ cognominibus abundaret: in seruilem Serapionis appellationem vulgi sermone impactus est, quòd huiusce nominis victimario quàm similis erat: Nec illi aut morum probitas, aut respectus tot imaginum, quò minus hac contumelia aspergeretur, optulata est.*

P. LENTVLI ET Q. METELLI.
Coss. cum Spinthere & Pamphilo
histriombus.
Plin.7.cap.12.

Generosissimum consulatus collegium Lentuli & Metelli fuit: qui ambo in scæna propter similitudinem histrionum propemodum spectati sunt. Sed alter ex quodam secundarum cognomen Spintheris traxit: alter, nisi nepotis à moribus accepisset, Pamphili tertiarum, cui similimus esse ferebatur, habuisset.

M. MES

M. MESSALLAE ET C. CVRIONIS cum Menogene & Burbuleio scenicis.
Plin.7.cap.12.Solin.5.

cens. Messalla. A. V. dcxviij. cos. Curi. A. V. dclxxvij. *At M. Messala consularis & censorius Menogenis: Curióque omnibus honoribus abundans, Burbuleij: ille propter oris aspectum, hic propter parem corporis motum, vterque scenici nomen coactius est recipere.*

EXTERNA.

ANTIOCHI REGIS SYRIAE
cum Artemone quodam.
Plinius & Solinus.

Abunde sint hæc de domesticis, quoniam & personis sunt excellentia, & non obscura notitiæ celebrantur. Regi Antiocho vnus ex æqualibus, & ipse regiæ stirpis, nomine Artemon, perquam similis fuisse traditur. Quem Laodice vxor Antiochi, interfecto viro, dissimulandi sceleris gratia, in lectulo perinde quasi ipsum regem ægrum collocauit. Admissúmque vniuersum populum & sermone eius & vultu consimili fefellit, crediderúntque homines ab Antiocho moriente Laodicen & natos eius sibi commendari.

HYMBREAE ORATORIS CVM
Cymæorum seruo publico.
Vide Strab. 14.

Hymbream autem Mylasenum copiosæ atque

M

concitatæ facundiæ oratorem, Cymæorum seruo
3 strigmenta gymnasij colligenti, tam similem, vt
4 germanum fratrem totius Asiæ oculi asßignarunt: Ita lineamentis oris, & omnium membrorum compares erant.

SICVLI PISCATORIS CVM prætore Romano.

Plin. 7. cap. 12. Solin. 5.

Ille vero, quem in Sicilia prætoris admodum similem fuisse constat, petulantis fuit animi. Proconsule enim dicente, mirari se quapropter sui tam similis esset, cùm pater suus in eam prouinciam nunquam accessisset. At meus, inquit, Romam frequenter accessit. Ioco nanque lacessitam matris suæ pudicitiam, inuicem suspicione
al. regesta. *in matrem eius * reiecta, audacius quàm virgis*
5 *& securibus subiecto conueniebat, vltus est.*

DE HIS QVI PER MENDACIVM SE IN ALIENAS familias inseruerunt.

CAP. XVI.

SEd tolerabilis hæc, & vni tantummodo anceps temeritas. Quod sequitur impudentiæ genus, nec ferendum vllo modo: periculique tum priuatim, tum etiam publicè latè patentis.

L. EQVITIS FIRMANVS.

aliàs v. delvij. Appian. ciuil. 1. Cic. pro Rabirio.

Nam ne Equitium Firmo Piceno monstrum veniens

veniens relatum iam in huiusce libri superiore parte præteream eius in amplectendo Ti. Graccho patre, eudens mendacium, turbulento vulgi errore, amplissima tribunatus potestate vallatum est.

HEROPHILVS MEDICVS Equarius.

Cice. ad Attic. 14. & Philip. 1. Apian. ciuil. 3. Liuius 116.

Herophilus Equarius medicus C. Marium septies consulem auum sibi vendicando ita se extulit: vt coloniæ veteranorum complures, & municipia splendida, collegiáque fere omnia patronum adoptarent. Quinetiam cùm C. Cæsar. Cn. Pompeio adolescente in Hispania oppresso, populum in hortis suis admisisset, proximo intercolumnio pene pari studio frequentiæ salutatus est. Quod nisi diuinæ Cæsaris vires huic erubescendæ procellæ obstitissent, simile vulnus resp. excepisset, atque in Equitio acceperat. Ceterum decreto eius extra Italiam relegatus, postquam ille cœlo receptus est, in vrbem redyt, & consilium interficiendi senatus capere sustinuit. Quo nomine iussu patrum necatus in carcere, seras prompti animi ad omne moliendum scelus pœnas pependit.

OCTAVIAE SORORIS AVG. falsus filius.

Nec diui quidem Augusti etiamnum terras

Universidad de Deusto Biblioteca

regentis excellentissimum numen intentatum ab hoc iniuriæ genere extitit: cùm quidã clarissimæ sororis eius Octauiæ vtero se genitum fingere auderet: proptérque summam imbecillitatem corporis, ab eo, cui datus erat, perinde atque ipsius filium retentum, subiecto in locum suum proprio filio diceret: Videlicet, vt eodem tempore sanctissimi penates, & veri sanguinis memoria spoliarentur, & falsi sordida contagione inquinarentur. Sed dum plenis impudentiæ velis ad summum audaciæ gradum fertur, imperio Augusti remo publicæ triremis affixus est.

Q. SERTORII FALSVS FILIVS.

al. Sestorij. Repertus est etiam qui se diceret esse* Q. Sertorij filium, quem vt agnosceret vxor eius, nulla vi compelli potuit.

TREBELLIVS CALCA.

Quid Trebellius Calca, quàm asseueranter se Clodium tulit? & quidem dum de bonis eius contendit, in centumuirale iudicium adeo fauorabilis descendit, vt vix iustis & æquis sententijs consternatio populi, vllum relinqueret locum. In illa tamen quæstione neque calumniæ petitoris, neque violentiæ plebis iudicantium religio cessit.

CN. ASINIVS DIO FALSVS.

2 Multo fortius ille, qui Cornelio Sulla rerum potiente, in domum Cn. Asinij Dionis irrupit, filium

antiqui bonum dicebant. Cnæus, ob insigne naui appellatus, quod vnum prænomen variæ scripturæ notatur: alij enim Næum, alij Gnæum, alij Cnæum scribunt. Qui G, litera in hoc prænomine vtuntur, antiquitatem sequi videntur, quæ multum ea litera vsa est: olim enim dicebat frugmentum, nunc frumentum refertur: & gnatura, modo natura. Igitur etiam qui in corporibus gigni solet Gnæus appellatur. Qui C, corruptione syllabæ delectari videntur. Qui Neus leuitate. Caij, à gaudio parentum dicti. Auli, qui Dijs alentibus nascuntur. Marcij, qui Martio mense geniti. Publij, qui prius pupilli facti erant, quàm prænomina haberent: alij ominis causa ex pube. Tyberij vocitari cæperunt, qui ad flumẽ Tyberim nascebantur. Titus, à Sabino nomine Tito fluxit. Appius, ab Arcleo eiusdem regionis prænomine. Cæsones appellati sunt, qui mortuis matribus excti erant. Seruius qui mortua matre in vtero seruatus est. Spurij, patre incerto geniti, quasi ἀσόριοι. Numerij sola patricia familia vsa est Fabia, idcirco quod CCCVI. apud Cremeram flumen cæsis, qui vnus ex ea stirpe extiterat ducta in matrimonium vxore filia Numerij Octacilij Maleuentani, sub eo pacto vt quem primum filium substituisset, ei Numerij prænomen imponeret, obtemperauit. Antiquarum mulierum frequenti in vsu prænomina fuerunt Rutilia, Cæsellia, Rodocilla, Mutrulla, Burra, à colore dicta. Ista prænomina, à viris tracta sunt,

Caia, Lucia, Publia, Mænia. Cæterum Caia vsu super omnes celebrata est: fertur enim Caiam Cæciliam, Tarquinij Prisci regis vxorem, optimam lanificam fuisse, & ideo institutum fuit, vt nouæ nuptæ, ante ianuam mariti interrogata quænam vocarentur, Caiam esse se dicerent.

Perplexum, vsum prænominum & cognominum fuisse dictum) desunt nonnulla.

Gentilia nomina Varro fuisse putat numero) Hic quoq; numerum illum deesse manifestum est.

Quo vsus est P. Philo.) Publius ex coniectura emendaui. Nec enim consentaneum videbatur duo quemquam prænomina habere. Gens autem Romæ plebeia quidem sed illustris & consularis fuit Publilia quæ Philonis cognomen vsurpauit, à qua & tribus Publilia dicta. Voleronis huius meminit Liuius lib. 11.

Appius ab actæo) etsi non ignoro quædam in omnibus largius vocabula adeo à prima origine degenerasse, vt nullum penè in eis antiquitatis vestigium remanserit, tamen quod nullo neque similitudinis neque proprietatis argumento hæc notatio constare videbatur: licet eã procliuiùs refellere esset, quàm veram comminisci, tamen ne inultus huius loci deprauator abiret, quædam ex nostris de originibus commentationibus huc adscribere placuit. Appij ego vocabulum ab eadē quę Græci origine ἀππὺν (Sabinorũ enim linguam multa ex Græca potissimum vsurpasse studiosis notum est) hoc est tum auum dixerunt deriuari existimo. Est autem infantilis vox ἀππύς. Theocrit.

Θάρσει ζωπυρέων γλυκερὸν τέκος· οὐ λέγω ἀππύν.
Διὸς ἄνακτος τὸ βρέφος καὶ παῖν πόλιας καλὸς ἀππύς.

Non

Non tanquã ἀφ' ἕππου πεπτωκυῖαν. vt glossographi arbitrantur, sed à Chananæis Syriacisq; vocibus אב & אבא quæ patrem significant: vnde ἀππίας, & abba, & ἄππα, & ἀππάριον media in tenuem eiusdem instrumẽti mutata πάππα & παππίας sicut ab אם & אמא μάμμη, & μάμμα, repetito à capite vtriusque dictionis vltimo elemento. Primam enim infantes vocalium alpha expediũt, consonantium verò labiales: à quo fari & vagire (vt Varro putat) eidémque bua & Aristophani βρῖν. βᾶ & μᾶ. Æschylo per Phrygum linguam, itidémq; latina panis, bibere, & πίνειν Græcis & id genus alia quæ suo loco à nobis diligentius tractabuntur. Huic simile est apud Græcos ἀππίων.

Quasi epopta) manifestum est αὐδεῖον legendum esse. nam & alioqui vero mihi propior videtur hæc, quàm Plutarchi illa à primoribus ducta literis coniectura. Cum & Sabinia semente humana αὐδεῖον muliebre pudendum appellauerint.

FINIS.

STEPHANI PIGHII ANNOTATIONES IN VALERIVM MAXIMVM.

IN PRIMVM LIBRVM.

PROLOGO.

VRBIS *Romæ exterarumq; gentium*) Libet manuscriptus, quem nobis præstitit D. Iacobus Susius vir omnifaria eruditione, ac virtute conspicuus, ita exorditur præfationem: *Populi Romani exterarumq; gentium facta.* Quæ quidem lectio placet. Propriè namque magis dicimus, facta populi Rom. quàm vrbis Romæ. Sic Liuius historiæ suæ exordio ait, *Si res populi Romani perscripsero, non,* Si res vrbis Romę perscripsero. Et Sallustius in proœmio de coniur. Catilinæ, *Statui res gestas populi Rom. perscribere,* non, vrbis Romæ.

2 *Mea paruitas*) Vtitur vocabulo Tullius de vniuersitate, sed in significatione quantitatis. Quæ cerni non possent propter paruitatem. Valerius autē pro vilitate seu humilitate ponit: Qua in significatione eius primitiuo paruus, sæpè veteres sunt vsi.

3 *Paterno auitoq; sydere*) Iulium & Augustum intelligit, nam ambo consecrati: post mortem, vt auctores sunt Suetonius, Plutarchus, Dio, Plinius, & alij, qui item stellæ crinitæ in consecratione Iulij Cæsaris visæ meminerunt.

Esce Dionei processit Cæsaris astrum. Virg.

Micat inter omnes
Iulium sidus, velut inter ignes
Luna minores. Horat.

4 *Multum cæremoniis nostris inclytæ claritatis accessit*) Quemadmodum fastos correxerint Iulius, & Augustus pontifices maximi. Et quæ sacra cæremoniasve, vel nouas introduxerint vel vetustate abolitas in vsum reuocarint. Quæque item ædes sacras, ac templa restauraverint, vel nouas fecerint, latius intelliges ex Dione, Suetonio, Plutarcho, Ouidij fastis, & aliis.

CAPITE PRIMO.

1 *Maiores nostri statas solemnesq; cæremonias*) Exorditur à primis cæremoniarum Romanarum fundamentis: quem locum haud dubiè Valerius ex Ciceronis oratione de Aruspicum responsis est mutuatus. Itaque cum vana & obscura eius lectio reperiatur in exemplaribus, vulgari illa reiecta, quæ statas solemnesque cæremonias pontificum scientia, bene gerendarum rerum auctoritate, augurum obseruatione, Apollinis prædictione vatum libris, portentorum depulsis Etrusca disciplina explicari dicit, probare hanc malim, quæ Ciceronis sententiæ & verbis quàm maximè conuenit, & quemadmodum ipse Cicero quaternis sententiam clausulis finit. Age nunc vtriusque auctoris verba per dictas clausulas singulatim conferamus, vt vero sensu in lucem producto ex altero (quàtum fieri poterit) alter corrigatur, Valerius quidem sic habet, *Maiores nostri statas solemnesque cæremonias, pontificum scientia, bene gerendarum rerum auctoritate, augurum obseruatione*, supple, (vt postremo adiicit) *explicari voluerunt*. Sebastianus Corradus, *auctoritatem* legit, sed placet pluralis ille numerus in aliis item clausulis ab vtroque auctore obseruatus. Eodem fere modo has primas exprimit Cicero, vbi se primum habere dicit auctores ac magistros religionum colendarum maiores suos. *Quæ statas* (inquit) *solemnesque cæremonias, pontificatus rerum bene gerendarum auctoritates*, augurio, supple (vt postea addit) *contineri putarunt*. Sed hæc de prioribus clausulis: iam sequentes duas conferamus. Ciceronis verba sic continuantur: *fatorum veteres prædictiones, Apollinis, vatum libri, portentorum explanationes, Etruscorum disciplina contineri putarunt*. Quæ eadem breuius hoc modo refert Valerius: *Apollinis prædictiones, vatum libri portentorum depulsa, Etrusca disciplina explicari voluerunt*. Depulsa, procurationes appellat; mala enim, quæ portentis designabantur, sacrificiis, precibus, ac suppliciis per aruspicinam (quæ Etruscorum disciplina est) ordinatis procurabantur, depellebanturque. Quod vocabulum me sollicitat vti sentiam, in Ciceronis potius (expirationes) quàm (explanationes) legendum esse: licet de Diuinatione libro primo vtrunque aruspicum disciplina doceri velit, monstrorum quippe interpretationes, & procurationes.

2 *Cum inquirendum vel extis vel sortibus, impertito*) Adrianus Turnebus *impetrito* corrigit: quod sanè vetustum ac augurale est vocabulum. Festus dici vult quasi impetratum, hoc est, firmum ac securum, immo stabile, ceu in petra fixum, sicut alij interpretantur. Hinc sacra impetrita in inquirendis rerum euentibus, ante oracula auspicia, vel sortilegia fiebant conciliandorum numinum causa, vt certa, firma ac secura petentibus denuntiarent. Itaque & auguri Ciceroni hoc ipsum suum verbum reddi debet de Diuinatione II. cum dicit: Qui euenit, vt is qui impetrire velit, conuenientem hostiam rebus suis immolet? Vbi æquè perperam impertire, in vulgatis habetur exemplaribus. Sic & Plinius restituendus XXVIII. cap. II. Præterea alia sunt verba impetritis, alia depulsoris, alia commendationibus. Non rectè

enim, vulgo legitur, impetrantis, depulsoris, commentationis: Ita valdè impurus est ille Plinij locus, vt ex ipso Valerio colligere est, qui hæc tria etiam sacrorum genera recenset. Apud solum (ni fallor) Plautum hoc ipsum genuinum vocabulum, quod ex aliis bonis auctoribus sciolorum imperitia omnino exterminatum est, remansit. Qui sic in Asinaria,

Impetritũ, inauguratu est: quouis admittũt aues.

3 *Gracchano interitu pollutum*) Sic plerique, immo omnes vulgati codices legunt: vt non temerè dubitet Glareanus, quomodo Cereris templum Gracchano interitu pollutum fuerit, cum Tib. Gracchus in Capitolio, Caius autem in luco Furinæ trans Tiberim occisi sint, vt auctores sunt Liuius, Plutarchus, Appianus & alij. Porro Cereris templum fuisse ad Circum Maximum ex Taciti lib. 2. & P. Victore cognoscimus. Hunc igitur scrupulum à sciolo nescio quo, qui auctoris mentem non intellexit, inductum, nobis eximunt manuscripta exemplaria: in quibus verba illa *interitu pollutum* minimè habentur. Campense enim exemplar ita legit. *Gracchano tumultu moniti ex Sibyllinis libris.* Aliud Theodori Pulmanni eadem hoc modo prodit, *Gracchano motu moniti Sybillinis libris.* Tertium collegij Vvincheliani, *Gracchano nutu* habet. Auctoris autem intentio est, hoc toto paragrapho exemplis probare, veteres Romanos externorum etiam religiones non spreuisse. Etruscam didicisse, Cereri sacerdotem Græcam à Velia accepisse & ciuitate (vt addit Cicero) donasse. Cuius deæ licet in vrbe pulcherrimum haberent templum, Gracchani tamen tumultus tempore moniti inter alia ex Sybillinis libris, vetustissimam Cererem placandam esse: Ennam potius (vnde sacra eius orta credebant) decemuiros ad deam ritè propitiandam mittere voluisse. Idem Lactantius diuinarum institutionum libro secundo tradit. *Denique Gracchanis* (in

(inquit) *temporibus turbata rep. seditionibus & ostentis, cum repertum esset in carminibus Sybillinis antiquissimam Cererem debere placari: legati sunt Ennam missi.* Multo etiam luculentius Cicero de signis Verrina sexta hæc refert. *Itaque apud patres nostros atreci ac difficili reip. tempore, cum Ti. Gracchо occiso magnorum periculorum metus ex ostentis portenderetur, P. Mucio, L. Calpurnio* COSS. *aditum est ad libros Sybillinos, in quibus inuentum est, Cererem antiquissimam placari oportere. Tum ex amplissimo collegio decemuirali sacerdotes populi Rom. cum esset in vrbe nostra pulcherrimum, & magnificentissimum templum, tamen vsque Ennam profecti sunt. Tanta enim erat auctoritas & vetustas illius religionis, vt cum illuc irent, non ad ædem Cereris, sed ad ipsam Cererem proficisci viderentur.* Hæc Cicero, ex cuius item verbis colligere est, pro XV. viris, X viros in Valerio reponi debere. Nondum enim aucto collegio, ex X. viris sacrorum, XV. viri eo tempore facti erant, quando adhuc Mariano bello ac Cinnanis temporibus X. viri fuerint, idque anno vrbis DLXX. L. Scipione, C. Norbano COSS. quibus conflagratum est Capitolium, vt ex Dionysij Halicarnass. lib. 4. manifestum est.

4 *Consimili ratione post P. Cœlius, M. Cornelius M. Cethegus*) Manuscripti codices omisso vocabulo (post) hæc ita legunt, *Consimili ratione P. Cloelius Siculus, M. Cornelius Cethegus.* Et rectè: nam antea hæc contigere, quàm quæ de Ti. Graccho retulit. De P. Cloelio Siculo nihil me legisse memini, modò non is sit, qui anno vrbis CCCLXXVI. inter trib. militum nominatur à Liuio lib. 6. M. Cethego, & Q. Sulpicio flaminium ablatum, circa vrbis DXXXII. annum, ex Plutarchi Marcello colligere est. Idem quoque Cethegus non multo post ædilis curulis est factus: deinde prætor, censor, & consul. De C. Claudio Diali flamine abdicare iusso refert idem Liuius lib. 26. quod quidem anno vrbis DXLIII. factum

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuisse constat. Cæterum hæc exempla Campense exemplar sub vno titulo non ineptè connectit.

5 *Maximè verò virginis Æmiliæ disciplina*) Mendosè reperitur enim in manuscripto Campensi, atq; etiam Gemblacensis monasterij vetusto codice, quem vir optimus atque doctissimus Augustinus Hunæus nobis procurauit, *Maximâ verò virginis Æmiliæ disciplam.* Correctè quidē: Dicebatur enim virgo maxima quæ vel senior natu collegio Vestaliū præsidebat, vel diutissimè in eo sacerdotio fuerat: cuius erat instruere ac docere reliquos. Maximarum verò virginum statuæ plures ad ædem Vestæ honoris causa Romę fuerunt positæ: quantum bases marmoreæ in sculptis titulis adhuc reperiuntur, è quibus hoc loco adduxisse vnam sufficiat,

COELIÆ. CLAVDIANÆ
V. V MAXIMÆ.

A. DIIS. ELECTAM. MERITO. SIBI. TALEM. ANTISTITEM. NVMEN. VESTAE. RESERVARE.
VOLVIT.
COELIA. NERVIANA. SOROR. VNA. CVM. PIERIO. CONIVGE. AC. LIBERIS. SVIS. ORANTES. VT. PER. SECVLA. FACERE. DII. PERMITTANT.

Sic Suetonius in Domitiano, Mox Corneliam virginem maximam, absolutam olim, dehinc longo interuallo repetitam, atque conuictam defodi imperauit. Tacitus in fine lib. xi. pro maxima vetustissimam appellat. *Et Vlpiam* (inquit) *virginem V. statium vetustissimam orauit pontificis maximi aures ad re, clementiam expetere.* Hæc Tacitus de Messalina à Claudio iam damnata. Dionysius Halicarnass. libro 2. de Æmilia eandem quam Valerius refert historiam eamque tunc ignis custodiam vni ex nouitiis adhuc cæremonias discenti commisse dicit. Hinc Valerius Æmiliæ discipulam vocat.

6 *Carbasum, quam opinionem habebat*) Pulmanni codex atque Gemblacensis. Quem optimum habebat. Idem est, æquè enim masculino singulariter reperiri Carbasus ac fœminino, pluraliter in neutro Phoras, Probus & Caper tradunt. Nonius docet carbasum esse pallium è serico, vel tenui lino, quo fœminæ diuites amiciuntur.

7 *Ita se humanarum rerum futura regimen*) Magis placet Pulmanniani exemplaris lectio. *Ita se humanarum rerum velut curam gerere existimantia* Quæ quidem sententia pulchrior & nitidior videtur.

8 *Cerete oppidum peruexit.* Correctè magis in antiquo. *Care in oppidum prouexit.*

9 *C. Fabius Dorsuo*) *Dorsō* videtur scribendum, vt Mento, Pedo, Gulo Fronto, Capito, quæ item eius generis cognomina sunt. Quædam manuscripta exemplaria, perperam *Dorso suo* habent. An verò hinc Fabio cognomen, quod sacra dorso ac humeris per hostium castra tulerit?

10 *Ne statutum Fabiæ gentis sacrificium interrumperetur*) Attrebatensis collegij manuscriptus codex *statum Fabiæ gentis sacrificium* Quæ antiqua lectio videtur esse remanens: item in Gemblacensi Stata sacrificia vocat Festus, quæ certis diebus fieri debent, citatq; M. Catonis, verba in L. Veturium, cum ei equum censor adimeret. Quod tu, quod in te fuit sacra stata solemnia, capite sancta deteruisti. Quod vocabulum & Liuio restitui poterit, vbi de hac eadem re scribit lib. 5. legendumque ita sacrificium erat statutum in Quirinali colle Fabiæ genti.

11 *Numæ Pomponij filij*) Lege, *Numæ Popilij Pomponis filij.* Sic enim Liuius lib. xi. cuius eadem ferè verba refert Valerius. Quæ formulam quasi nobis repre-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sentant epitaphij vetusti.

12 *Idque supplicij genus non multo post*) Eradenda vox negatiua, *non*, quæ in nullo manuscriptorum habetur. Quadringenti enim amplius anni fuere post regum tempora, quando primus ea pœna perit Romæ matricida Malleolus.

13 *Verum quia his iurauerat*) *Quia* in Campensi non habetur, & superfluum est, hiulcámque reddit clausulam.

14 *Romanarum virium parte*) In manuscriptis melius *Romanorum virorum*. Mulieres enim licet occisis viris afflictæ, festiua Cereris sacra obire coactæ sunt.

15 *Creditum est Varronem eos*) Necdum discedit à Cannensi clade, sed eius occasione post laudatam religionis obseruantiam transit ad exempla negletæ religionis à Romanis. Quo loco vulgati codices perperam nouum caput constituunt.

16 *Brennus Gallorum dux*) In Campensi: *Brennus quoque Gallorum dux*. At in manuscriptis plerisque libris omnino omissum hoc exemplum est. Et sanè inter externa potius referri debet.

17 *A Turulio præfecto Antonij*) Turullium vocant manuscripti codices, & Dion Cassius historiarum lib. xv. P. Turullium, referens eadem, & quæ ad illustrandum hoc exemplum pertinent: nempe inter Cæsaris dictatoris percussores proscriptum, postea bello Actiaco partibus Antonij adhæsisse, & ab eodem iam victo, & gratiam sibimet ambiente proditum ac traditum Augusto fuisse, eiúsque iussu in insula Coo (vbi lucum Æsculapij classis parandæ causa succiderat) velut in vindictam numinis occisum fuisse. Scribe igitur in Valerio, *eum in lucum*, pro *eum in locum*. Atque mox, *effecitq; Deus vt: effectq; vt*. Ita enim volunt veteres libri.

18 *Tegulas Locros reportandas curauit*) Pulmanni codex habet *loco reportandas*: fortassis legendum, *illico reportandas*. Neque enim nomē loci Liuius ipse exprimit, ex quo videtur Valerius desumpsisse hāc historiam. Et sanè constat Laciniæ Iunonis celeberrimum illud templum, non Locris fuisse, sed ad Crotonem vix passuū millibus sex ab vrbe distans, quod ipsum pulcherrimè describit idem Liuius lib. 34 Meminere Strab. lib. 6. Virg. Æneidos 3. ac commentator Seruius: item Steph. de vrbibus & alij.

19 *Decretiq; circumspectissima sanctitate*) Campēse exemplar, *sanctissima circumspectione*, nec quidem satis aptè. Hoc tamen variatione colligitur, priorem illam lectionem puriorem fore: si pro *sanctitate*, *sanctione*, legas. Decreta enim ac leges sanctionibus quibusdā firmari ac muniri solent: scilicet, vel pœnæ alicuius adiectione, vel aduersarum aliarum legum expressa derogatione. Cuius pulcherrimum exemplum extat Romæ in ænea Lateranensis ecclesiæ tabula.

20 *Teterrimo genere morbi consumptus est*) Alias, *genere mortis*. Liuius lib. 34 in Tullianum seu inferiorem postea carcerem demissum atque necatum scribit: cum de vrbe per sceleratos homines incendenda habuisse concilia compertus esset. Sed hæc Liuius ex Clodij Licini rerum Rom. lib. 3. refert, alij mortuum prius in vinculis, quàm de eo populi iudicium perficeretur, volunt.

21 *Quæ quod ad Pleminij facinus*) Lege ex v.c. *Quod quidem ad Pleminij facinus pertinuit bene à patribus conscriptis vindicatum est*. Externa hoc paragrapho incipiunt exempla cultæ vel negletæ religionis, vt in Pulmanni codice annotatum quoque inuenio, igitur eo loco interserendus est titulus.

22 *Masinissa rex Numidarum*) *Numidarum* non habetur in manuscriptis, nec item in Cicer. Quapropter è scholis irrepsisse in contextum Valerij suspicor.

23 *Fallum Masinissæ animo, magis quàm Punico sanguini conueniens*) Campense exemplar *Massanissa plus animo*,

quàm Punico sanguini conueniens. Rectè trunca suppletur oratio.

24 *Quod affirmaret, non conuenire patrem Apollinem imberbem, ipsum verò barbatum conspici*) Pulmanni codex: *Quos affirmaret Apollinem patrem imberbem, & ipsum barbatum conspici non oportere.* Sed sensus est idem.

25 *Idem mensas argenteas*) Vide an ita ne legendum quoque sit in Cicerone, vbi habetur, Iam mensas argenteas. De natura deorum III.

26 *Consilio sibi aliter*) *Partier*, melius in manuscriptis. In fine eiusdem exempli verba hæc, *manibus venundantium ereptam*, in vulgatis libris desiderentur, quæ suo loco restituimus, ex Pulmanniano libro & aliis.

27 *Persæ mille nauium numero*) In quibusdam exemplaribus hæc duo exempla de Persis atque Athenien sibus non reperiuntur, in nonnullis quoque tertium de Diomedonte non habetur.

28 *Qui eadem pugna*) Campensis codex: *Qui Arginusa eadem pugna.*

29 *Cum tam ad meritum supplicium duceretur*) Idem codex, *Cum ad immeritum*; Rectè: nam indigne ac iniuste cum collegis prætoribus damnatus & occisus fuit Diomedon.

CAPITE SECVNDO.

1 *Eiusque monitu sc. quæ accepta diis, &c.*) Duo sunt exemplaria, quæ hæc ita succinctius habent: *Eiusque monitu accepta diis immortalibus sacra instituere.*

CAPITE TERTIO.

1 *Bacchanalium sacrorum mos*) Quidam codices hæc exempla superiori capiti simulatæ religionis annectunt, alij proximè sequenti de auspiciis. Ad neutrum tamen pertinere vel cæco clarum est. Scholiæ marginales exemplaris Campensis, quæ pro titu

titulis sæpe seruiunt, in suspicionem me deducunt, ad titulum peregrinæ religionis reiectæ à Romanis hæc exempla spectare. Vnde colligo caput istud cum proximis consarcinatum esse, atque hæc exempla eius esse quoddam fragmentum. Quapropter titulū his suū restituere visum fuit, quamuis integrū caput constituere nequeant, cum ex his quædam videantur, cum externis omnibus omissa, quædam etiam mutilata atque in epitomen contracta.

2 *Idem qui Sabazij Iouis cultu sublato mores Rom.*) *Sublato.* In Io. Cauchij codice *Batauo* non habetur, & abesse salua sententia potest. In Campens: autem adscriptum (alias simulato) quod satis placet, modò non omnino vocabulum hoc auferre visum fuerit. Atqui apud Romanos sacra Iouis Sabazij, licet priore sæculo damnata, ac prohibita, à posteris tamen recepta fuisse, docent eius Dei puluinaria, Domitiani tempore facta: quæ adhuc Romæ visuntur cum his titulis:

IOVI. SABAZ.	Q. NVNNIVS
Q. NVNNIVS	ALEXANDER
ALEXANDER	DONVM. DEDIT
V. S. L. M.	IOVI. SABAZIO.

Literæ singulares sonant, votum soluit lubens merito, vt hoc obiter imperitiorum causa adiiciam.

CAPITE QVARTO.

1 *L. Tarquinius rex*) Hoc loco incipit caput de auspiciis, præcedentia enim exempla (vt dixit) spectant alio, docentque alienigena sacra in bene institutis ciuitatibus admittenda non esse.

2 *Cum ab Decio Accio Nauio*) Campense exemplar *Decius* omittit, & omnino superfluum est. Alioquin variatur mirum in modum huius auguris, licet celeberrimi nomen apud auctores, de quo nō displicebit vidisse, quæ Sigonius adfert in primum Liuij. Nos autē hoc ex vetustis exemplaribus restituimus.

In

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Valerio vulgato mox ita, *Possétne fieri, quod ipse mente conceperat*, vbi discrepat Campense exemplar, in eodem tamen sensu permanet. Habet enim sic, *An id fieri posset, quod animo cogitarat.*

3 *Posse fieri dicente*) Idem exemplar hæc copiosius. *Eo, Augurio capto, posse fieri dicente.* Sic enim & Cicero de Diuinatione primo de eadem re scribens: Ille augurio capto posse respondit. Mendosè tamen in vulgatis Ciceronianis, *augurio acto* legitur. Dein rursus in Valerio, *Qua de eius allata* corrige *qua Atius allata*, quemadmodum est in Campensi.

4 *Partem regula decussam ante ipsum protulerunt*) Campensis codex, *propulerunt.* Rectius, nam Plutarchus coruos in stillicidio pugnantes tegulam dimoram ante pedes eius proiecisse refert.

5 *Classem tempestate amisit, damnationisq; igneminiam*) Truncus hoc loco Valerius, vt ex Campensi colligitur exemplari quamuis etiam incorrecto, in quo sic: *Populiq; iudicio damnatus hic ignominiam voluntaria morte præuenit.* Hæc diligentius cõsideranti, quædam deesse haud dubio videbantur, non enim Iunius iam damnatus ignominiam præuenire potuit. Quare locum Ciceroni dum confero (ex cuius libris de deorum natura secundo, ac Diuinatione secundo Valerius hæc hausisse videtur) venit in mentem, de vtriusque consulis exitu auctorem nostrum cum Cicerone loqui, supplendamq; hoc modo sententiam illam esse: *Quorum ille populi iudicio concidit, damnationeq; hic ignominiam voluntaria morte præuenit.* Accedit & illud argumenti, quod idem codex hæc duo de Claudio & Iunio consulibus exempla voce copulatiua cõnectat, quæ perperam in impressis libris separantur, quum tamen causa, tempore & casu sint eadem.

6 *Architectus Democrates*) *Dinocratem* vocant alij. Et paulo post, *Lineamenta deduxisset*) in manuscriptis, *duxisset.* Item. *Primo lacu*) *proximo lacu.*

CAPI

CAPITE QVINTO.

1 *Vrbe à Gallis deleta*) Manuscripti codices, *desiecta* legunt. Quod sanè non displicet: non enim prorsus deleta, sed incendiis erat vrbs passim vastata, ac ruinis disturbata. *Disiectique rates* Virgilius.

2 *Credo indignum dijs existimantibus*) Libri Campensis alia lectio est, nec adeo contemnenda. *Credo indignum dijs visum existimantibus Romanum nomen prosperis auspicijs ortum Veientana.* &c.

3 *At Cæcilia Metelli*) Antiquo more loquendi, vt Cornelia Gracchi: Et vt in Mausolæo non procul ab vrbe ad viam Appiam.

CAECILIAE.
Q. CLETICI. F.
METELLAE. CRASSI.

Intellige, vxor. At in nonnullis manuscriptis codicibus hoc adiungitur, quod tamen ex interlinearibus scholiis irrepsisse in contextum videtur: nam ille loquendi modus receptissimus apud antiquos fuit. Cui nam Metello Cæcilia hæc fuerit nupta, non indicat Cicero de Diuinatione libro primo, ex quo Valerij hoc exemplum desumptum omnino videtur. Ex relatione L. Flacci flaminis Martialis se hoc scribere testatur, quem consulem scimus fuisse anno vrbis DCXXII. vt hinc facile colligi possit, eius tempore hoc contigisse, quo Metelli quatuor Macedonici filij aliique plures fuerunt. Ipsam verò Cæciliam. Q. Numidici sororem fuisse ex auctore de viris illustribus est colligere, qui capite LXII. scribit Numidicum sororis suæ virum Metellum laudare noluisse, quòd is olim suum iudicium & leges detrectarat.

4 *Solem reuera relinquere coëgit*) Corrige *cogeret*, ex exemplarium manuscriptorum consensu. Cæterum de C. Cassio scribit Dion historiæ Rom. XLVII. ipsum Rhodios nauali prœlio superatos nõ solum armis,

naui

nauibus, ac pecunia spoliasse: verumetiam statuis, sacrisque donatiis omnibus, nihilque ex his præter Solis currum reliquisse.

5 *Arroganti instinctu*) Pulmanni codex, *Arroganti instinctu* Atque illud etiam recte. Sic enim Cicero, quæ instinctu diuino funduntur de Diuin. primo, & alibi sæpe. Mox eodem loco *Sybillam ex deorsus gratia miserunt.* Manuscripta exemplaria *cymbulam* non *Sybillam* legunt. Nec profecto inepte Nimirum, pro classe cymbulam irrisus gratia missam licet intelligere: ἄλογον namque videtur atque absurdum, fœminam vnam in auxilium mittere. Duo alij codices quos contuli, lembuncu um posuere pro cymbula: quæ vox librariorum culpa proculdubio ex interlinearibus annotatiunculis in locum alterius irrepsit. Omen autem accepisse Phienenses videntur ex ipso nauigij nomine est enim κυμβη Græcis non solum lembus vel nauicula: sed etiã caput, vertex, fiducia, ac summa rerum, κορυφὴ καὶ κεφάλαιον. Atq; ita cymbulam illam interpretati Phienenses libenter receperunt, atque etiam victoriæ ducem habuerunt. Erant autem Samiis in vsu cymbæ biremes, à Polycrate tyranno primum inuentæ, forma fere rotunda, & concauæ in alui prope effigiem fabricatæ, Duridis opus ac figmentum. Samænas appellabant, ex quo genere missam vnam fuisse verisimile videtur: Meminere Samænarum Suidas Plutarchus, & Athenæus, qui Samias item vocari dicit.

6 *Æsantem*) De hoc flumine Steph. de vrbibus, Plinius lib. 3. cap. 23. Strabo lib. 6. & 7. E Lacmo Pindi promontorio erumpere, ac præter Apolloniam fluere in mare Adriaticum Aoum quoque vocari ab Hecatæo aliisque antiquioribus. Ex quo quidem nomine suspicor Apolloniatas omen accepisse. ἄωος enim salus, vel medela est.

7 *Successum suum omni acceptum referẽtes*) Manuscriptorũ codi

codicum lectio magis placet, *Successum suum in omen acceptum referentes ex tunc Æanti vt Deo immolauerunt, & deinceps in omnibus præsidijs eum ducem constituerunt.*

CAPITE SEXTO.

1 *Quæ aut aduersa, aut secunda acciderunt*) Rectius meliorèque ordine manuscripti libri hæc produnt. *Quæ aut secunda, aut aduersa.* Atque eodem ordine depromit prodigiorum exempla Valerius.

2 *eruium serua natum*) Plerique codices habent, *Seruum serua natum*, omisso Tullij regis prænomine: ad quod ipsum alludo tamen non est inepta, si retineas. Idcirco enim Seruium appellatum esse tradit Dionysius, quòd è serua matre natus erat.

3 *Ab una parte ara*) Pulmanni liber, & Gemblacensis, *Ab ima parte.* Quod placet, Cicero enim de Diuinatione primo, ex quo forsan hoc exemplum Valerius desumpsit, sic ait: *Ab infima ara cum subito anguis emergeret.*

4 *Carnes quoque in modum nimbi dissipatæ partes ceciderunt, quarum maiorem numerum præpetes diripuere aues*) Campense exemplar hæc ita prodit. *Carnes quoque in modum nimbi dissipatæ ceciderunt, quarum maiorem partem præpetes*, &c. Alij codices ita habent, *Carnes quoque in modum nimbi dissipatæ ceciderunt in partes, quarum maiorem numerum*, &c. Eum in modum pro cuiusque libidine exemplaria diuersimodè transcripta sunt.

5 *Infantem semestrem in foro Boario triumphum proclamasse*) Liuius lib. 21. in foro Olitorio contigisse scribit. Atque hic variant exemplaria. Pulmanni sic habet: *Puerum infantem semestrem in foro Boario locutum triumphum protulisse.* Vvinchelianum vero sic, *In foro Boario triumphum locutum.* Liuius infantem semestrem dicit: tertia igitur vox illa *puerum*, cum sit superflua, è scholiis in contextum Valerianum irrepsit. Atqui hic

hic mihi videtur Valerius ab indocto aliquo in epitomen redactus. Nam plura prodigia quæ diuersis cuenere temporibus, tanquam eiusdem temporis sub vno exemplo concise ac temere congesta animaduertimus: quæ Valerium vt alia eius capitis prodigia sanè existimo meliore ordine copiosius enarrasse. Nos autem ea quæ extant tempore diuersa annotatis singulatim annis, vt dignosci possent suis interuallis distinximus.

6 *Etiam metentibus cruentas*) Antij cruentas metentibus spicas in corbem decidisse, Liuius & Plutarchus in Fabio tradunt, non in Sicilia, velut ex vulgatis Valerij verbis colligere est. Quapropter loco *etiam*, quod in exemplari Campensi non habetur, *Antij* reponerem, vel potius verba duo prætermissa dicerem, quorum vestigia habemus in Pulmanni codice, vbi sic legitur. *Etiam apud Aritium metentibus*, &c. sed scribendum erit non secus ac habet Orosius, apud Antium metentibus cruentas spicas in corbem decidisse, lib. 4. cap. 15.

7 *Cum Lanuuij sacrificium facere vellet*) Manuscripti codices, *Lauinij* legunt, Rectè, Pullos enim auolasse in proximam syluam scribit Valerius, & Iul. Obsequens in syluam Laurentinam, quæ Lauinij erat, non Lanuuij: vide quæ nos de Lauinis in anno vrbis DCXV. in magistratuum annalibus.

8 *Quia prima trunca, secunda nimis læta*) In vno manuscripto sic. *Quia prima tam trista, secunda tam læta apparuissent*: lego itaque, *tam trunca*. Item Liuius secundum trunca & turpia exta nimis læta dicit fuisse in Gemblacensi codice sic. *Quia secundum trunca tam læta* Quæ lectio Liuianæ quam proximè accedit.

9 *Inter grauissimas Romani imperij iacturas*) Campense exemplar, nostri imperij, quemadmodum frequenter Valerius, vt nostræ ciuitatis, nostris cæremoniis.

10 *Vel*

10 *Vellem quidem placidius, sed relatu verum est.*) Nec Badius, nec Glareanus semet planè hic explicant; abrupta enim & obscura est sententia. Tria exemplaria Susianum, Gemblacense & Campense, vno addito vocabulo, hanc ita illustrant, *Vellem equidem placidius, sed quod relatu verum est.* Hoc est: Vellem quidem placidius ac leuius me de his posse loqui, sed quod relatu verum. Et mox sequitur, *Sic deorum spreti prænuntiæ, excandescunt*) Pulmanni codex legit, *Sic deorum spiritus excandescunt.* Susij autem: *Sic dy spreti.* Quod habet nescio quid maiestatis amplius, & epiphonema hoc requirit.

11 *Sed inuictæ leges necessitudinis pectus alioquin procul ab amentia remotum*) v.c. necessitatis, legunt, & magis propriè. Deinde illud *procul*, superfluum est, nec in manuscriptis extat.

12 *Fidem montem Athon iuxta Idam trangressa*) Locus hic haud dubiè corruptus ac disturbatus est, cuius synceram lectionem ex Atrebatensis collatione codice ordinem ex Campensi restituimus. Ex Herodoto namque liquet, non diu postquam Hellespontum transiisset Xerxes cum copiis, prodigium leporis ex equa nati contigisse. Legendus est itaque locus hoc modo, *Leporem edatum constat, eodem montem Athon vix tandem trangressa. Quo genere monstri &c.*

13 *Nam qui mare classibus, terram pedestri operuit exercitus, vt fugax animal*) Campensis exemplaris diuersa est lectio: *Nam qui mare classibus texerat, terram equitibus, velut fugax animal &c.* Nec meo iudicio contemnenda est.

14 *Onustas auro & argento gazis pensauit*) præferenda manuscripta lectio: *Onustis auro & argento gazis.* Item in sequenti exemplo: *Illa enim caduca ac fragilia, hæc solida & aterna felicita iudices*) Non *fragiles*, vt in vulgatis. De felicitatis enim diuersitate loquitur, non iudicum.

CAPITE SEPTIMO.

1 *Non est inter patrem & filium vllius rei comparationem fieri*) Abrupta & concisa dictio, est. Io. Cauchij liber itaque legit, *Non est operæ inter patrem &c*

2 *Ab hac tantummodo dependentem mutationem status cognosci.*) Omnes quos vidimus manuscripti codices *impendentem*, habent, quod magis placet.

3 *Priusquam pompa induceretur*) In Gemblacensi & Atrebatensi, *priusquam chroma induceretur*. Quod vocabulum, si auctoris est ipsius, significat apparatus atque ornamenta ludorum.

4 *Latino Iouinio ex plebe*) Is Liuio, Plutarcho & Dionysio vocatur T. Latinus. Macrobius Saturnalium primo cap. xi. Annium nominat. Lactant. Diuin. Institit. II. cap. VIII. T. Annium. Atqui corrige. Antiqua enim & plebeia est familia Atinia.

5 *Is animo in somnium profuso*) Is in manuscriptis non habetur, & commode abesse potest.

6 *Vt eo fato non periret*) Veteres libri, *Ne eo fato non periret*. Quo loco particula, *Ne* simpliciter pro vt, ponitur. Mox sequitur, *Quo ipse occidisset*) Plenius hac in Campensi, Colonensi & Vvincheliano, *Quo ipse propulsus è Capitalio occidisset*.

7 *Paruulam admodum tempus accessit*) In manuscriptis plerisque, *Paululum admodum tempus intercessit*.

8 *Primo vestigia nullam in partem secutis oculis*) Obscurus & mancus est sensus eius loci, qui mihi quidem ex Campensis exemplaris scholiolis interlineatibus restitui posse videtur. Annotatum enim supra, *nullam in partem*, sic, supple, motis. Inde in coniecturam venio, vocabuli hoc solitum desiderari. Quare si hoc modo legamus, *Primo vestigia nullum in partem motu sequutus oculus*, sententia erit integra, & manifesta; atque etiam Liuianæ narrationi conueniens, qui rem eandem ita prosequitur. Proinde sequeretur, neque vsquam à se dissentiret oculos; pauidum pri-

primo nusquam circumspicientem, aut respicientem sequutum. Hoc est, vt Valerius ait, nullam in partem motis oculis secutus.

9 *Quamquam Cæsus*) v. c. *Quam quidem Cæsus*. Et deinde: *Sacrificio expiauerat*) In vet. cod. *expiauit*. melius.

10 *Himeræ quadam*) Atrebatensis codex, *Himeræ quadam* legendam, *Himeræa*. Rursum postea, *Himeræum mœnia*) Lege *Himeræorum mœnia*: vt gentile sit, non proprium nomen fœminæ. Sic Stephanus de vrbibus ἡμέρα πόλις Σικελίας, ὁ πολίτης ἡμεραῖος: Ex Hecatæi Europa.

11 *Tutiari somnij mater*) Lege, *Tutius somnium matris*. Sic enim est in Campensi

12 *Supernacuum damnauit, & lectum ac somnum repetiit*) In Cauchiano codice hæc diffusius: *Supernacuum damnauit: idq; vsitata pro nihilo ducens, lectum ac somnum repetiit*. Atque iisdem fere verbis hæc Cicero. *Deinde* (inquit) *cum se collegisset, idq; vsitatum pro nihilo habendam esse duxisset, recubuisse*. De Diuinatione primo, ex quo loco Valerius exemplum accepit.

CAPITE OCTAVO.

2 *Manilius Octauius*) Atrebatense exemplar. *Octauius* habet, vt non gentis vel familiæ sit nomen, quod est Manilius: ita enim recte appellatur à Liuio, Dionysio, & manuscriptis aliquot Valerij nostris exemplaribus. Manilium vero gentem Tusculo oriundam esse à Telegono eius vrbis conditore, docebimus alibi.

2 *P. Vatinius*) In manuscriptis P. Valerius appellatur à Cicerone, P. Vatienus. Adeo nomen hoc incertum reddidere librarij

3 *Simulachrum Iunonis Monetæ*) Valerio congruit Lactantius libro 1 Plutarchus Iunonis quidem simulacrum à Camillo translatum scribit, sed cognomen nō addit Liuius Iunonem Reginam appellat,

& latè refert historiam, deque in Auentino monte ædem à Camillo factam scribit. Cuius templi atque sacrorum meminit item libro XXVII. Astipulatur item P. Victor qui templum Iunonis Reginæ Veiis captis à Camillo dedicatũ, in Auentino XII. vrbis regione collocat. Atqui Monetæ Iunonis ædem in Capitolio fuisse ex voto L. Camilli dictatoris, qui superioris M. Camilli filius fuit, post victoriam de Aurunci positam Liuius idem lib. VII. Ouidius fastorum VI. & Macrobius testantur. Verum antea quoque priusquam à Gallis vrbs caperetur, vocem ex arce Capitolina ab æde Iunonis auditam scribit Cicero de Diuinatione primo, atque ideo Iunonem illam appellatam Monetam, à monendo. Eandem forte ob causam & hæc Regina Iuno, quæ apud Veios erat loquuta, à Valerio nostro Moneta vocatur.

4 *Non semel sed bis locutum constitit, prius his verbis: Rite me &c*) In Susiano habetur: *bis prius verbis.* Atqui abrupta videtur sententia; nam si prius ita, quomodo ergo locutum secundo est? Plutarchus autem ac Dionysius tradunt eadem loquutum fuisse. Legendum igitur esse opinor, *bis penè verbis*, non, *bis prius verbis.*

5 *Quid Martis auxilium*) Miror Glareanum de hac historia dubitare, ac velut fabulosam reiicere, quod eius memoriam in Liuianis reliquiis non reperiat; tum tamen habeat suffragatorem Valerius noster Ammianum Marcellinum. Sed vide quæ nos de his in magistratuum annalibus. Thurios autem Martis in tutela fuisse nummi antiquissimi eorum declarant, & nos alibi docebimus.

6 *Penates deos*) In Campensi & aliis manuscriptis Penetrales vocantur, quemadmodũ à Catullo quoque. Vnde idem Festus Penetralia deorũ Penatium sacraria esse docet. Nec multo post: *Fidem auctores vendi*

vendicent) In Atrebatensi *vindicent.*

7 *Atque hoc quidem hominis. Illud tamen ore ipsius Apollinis editum*) Magis placet Susiani libri lectio, *Atq; hoc quidem hominis & casuata ad ore ipsius &c.* Et amplius quæ est in Campensi, *Atque hoc quidem hominis tantum. Illud autem ore &c.*

8 *Viribus namque imperij Achaiæ præerat*) Ineptè sed multo melius distinguitur illa parenthesis in manuscriptis libris *Viribus imperij (namque Achaia præerat)* Ap. Claudius enim Achaiam administrabat procos, erantque in eius prouincia Delphi. Itaque viribus imperij cogere antistitem oraculi Delphici potuit.

9 *Igitur impulsu capti numinis*) In Cauchiano, *concepti numinis*, quod approbo, & prioribus dictis congruẽtius est. Transfertur enim pulchre hoc vocabulum à corpore ad mentem ac animum.

10 *Euboæ cellam obtinebis*) In Atrebatensi ac Gemblacensi correctissimè, *Cœlam.* & postea *Cœla* Nomen enim est regionis in Attica. In Cauchiano, *Cohelam* atque in aliis *Celam* legimus. Quod sequitur deinde: *Locum pro sepultura possidet* V. C. habent, *Locum sepultura.*

11 *Q. Claudij statuæ*) Campense, Vvinchelianum, & Colonienſia duo exemplaria, quæ his diebus ad me misit Io. Metellus iurisconsul. ob probitatẽ atque eruditionẽ mihi charissimus, *Q. Claudia*, produnt: atque optimè: Eius enim Claudiæ statuam fuisse existimo, quæ Matrem Deum Passinũte aduectam in vrbem induxerãt atq; exceperãt, vt auctores Liuius XXIX. Cicero de aruſp. respons, Ouidius fastorum IIII.

12 *Atilij etiam Aulæ regus*) Lege *Acilij.* Hunc consularem mortuum scribit Plinius. At habemus MV. Acilium Auiolam consulem vltimo anno Claudij Augusti: sed prior hic esse debuit cum Tiberio Cæsari dedicauerit opus hoc suum auctor. Quare necesse est suffectum consulem antea fuisse Auiolam

hunc sub Augusto, vt videbis in annalibus nostris.

13 *In eum potissimum locum, quo maxima latabatur*) Locum; non habetur in manuscriptis, & superfluum ociosumque est vocabulum.

14 *Fortis & clari viri origo*) Mancus est sensus, Qui vnius vocabuli mutatione restaurari potest: si legas, *fortis & clara fuit origo*.

15 *Non tantum ex ipso genitricis rogo lucem, sed etiam cunas assecutus*) In Susiano rectè omittitur, *Non tantum*, conturbat enim sententiam. Et reliquum purius: item extat in manuscriptis omnibus hoc modo. *Ex ipso genitricis rogo lucem & cunas assecutus.* Quæ lectio reprobari non debet.

16 *Ardenti rogo*) In manuscriptis, *Ardenti rogo*, Sic etiam Cicero de Diuinatione primo: Quum conscenderet in rogum ardentem.

17 *Quem in littere Tyriorum sentinam haurientem*) Manent adhuc in scriptis codicibus vestutæ lectionis vestigia quædam. In Campensi enim legitur, Quem in dextro latere *triere Tiriorum*. In Pulmanniano autem, *inexere Timbrum*. At in Atrebatensi, Cauchiano, & Gemblacensi, *Quem in d.hexere Tiriorum*. Ex his quidem legi debere colligo, *Quem in hexere Tiriorum*. Penteres enim, hexeres, & hepteres appellantur tam Latinis quàm Græcis auctoribus naues, à remorum numero vel ordinibus. Hexeris autem meminit & Liuius XXXVII. *Regia classis septem & triginta maioris formæ nauium erat, in quibus tres hepteres, & quatuor hexeres habebat.*

18 *Alendaq; schola communione*) In Vvincheliano melius, *Adeundaq; schola*.

19 *In liberis potentissimi regis*) In V. C. *potentissimorum regum*. Rectè. significat enim Prusiã & Mithridatem. Iam quæ sequitur, *Aut in rege clarissimo*) vel omnino sunt adulterina, & supervacua, vel demõstrant exẽplũ vnũ miraculi naturæ in rege aliquo istic deesse.

IN

IN SECVNDVM LIBRVM.

CAPITE PRIMO.

Tituli capitũ huius libri plerique perierunt in libris vulgatis quos suis locis ex V. C. fide restituimꝰ.

1 *Opus est enim cognosci*) V. C. *Opere est*.

2 *Videlicet quia magis ad rem pertinet*) Ironicè videtur hanc rationem ad ferre.

3 *Qui post depositæ virginitatis cubile, in publicum egredi nesciret*) post, in manuscriptis non habetur. Atqui mire deprauatus est locus, Qui tolerabilior erit, si legas, *Qui depositæ virginitatis cubile pudicum egredi nesciret*. Et paulo post, *Quasi legitimæ*) In V. C. *allegitimæ*.

4 *Subsessores alienorum matrimoniorum oculi metuebãtur*) In Susiano codice habemus *subsessorum alienorum oculi metuebantur*. Subsessas Vegetius insidias in itinere positas appellat.

5 *Inter necessarias personas*) In Cauchiano melius, *Inter necessarios*.

6 *Breuiq; processa morarum claram in lucem virtutum suarum*) Mire contaminatus est locus. Manuscripti libri omnes *claram* omittunt. Susianus *morarum* quoque, cui accedit item Pulmannianus. Quæ sane duo vocabula omitti possunt, nec minus vox *suarũ*: ex ineptis enim glossis hæc inserta videtur. In tota quidem hac sententia vix quicquam est, quod satisfacit, in ceteris vero quæ sequuntur Pulmanni codex præferendus vulgatis. vbi sic habet: *Verecundia & laboris meditatione ipse doctiores eunt*. Restaurari itaque potest vtcunque sententia partim ex Colonien si. partim ex aliis iam dictis codicibus. *Breuiq; progressu morarum in lucem virtutum verecundia, & laboris meditatione ipsi doctiores eunt.*

CAPITE SECVNDO.

1 *In ordinem senatorium electum*) In manuscriptis re-

ctissimè, *Inordinem senatiorum allectum.* Et reliqua item sic legenda sunt, quæ mox sequuntur: *Quo vno modo his qui iam primos honores gesserant*) Non in vulgatis, *etiam ijs qui iam honores gesserant.*

2 *Fidam erat & alium reip. pectus, cura silentijq; salubritate munitum*) Omnes veteres libri, pro *cura, curia* scribũt. Nec malè, namque aptissima comparatione Curiam, in qua tractantur consilia, pectus reip. appellat. Atque ita legendum esse, verba eius sequentia demonstrant, cum dicit, *Cuius limen intrantes &c*

3 *Imperij vondas & auctoritatem donari*) v. c. *domari*, legunt Optime.

4 *Damnandas rigoris rustici crimine*) *Crimine* supereſt, nec habetur in Cauchiano codice, videturque ab aliquo ludi magistro insertum operi.

5 *Conspicua filicuanis Arpinas*) Lege, *Arpinum* Municipium enim illud commendat, quod C. Marium, & M. Ciceronem produxerit: illum contemptorem, hunc fontem literarum.

6 *Idem à senatu legatus missus ad filium consulem Suessam*) Cogor hic rursum conqueri de temeritate ac imperitia librariorum, qui vt contraherent in angustum historias, duorum Fabiorũ Rulliani & Verrucosi acta tempore diuersissima errore vel socordia eidem adscripserunt; atque auctorem nostrũ velut & aliis sparsim locis frequẽtissimè, malè multatum mutilarunt, ablatis aliquot verbis vt de priore Fabio Rulliano intelligerentur, quæ de posteriore Verrucosso haud dubiè scripsit, atque ex duobus exemplis vnum cõpingeretur. Campẽse exemplar nobis vtcunque detegit eius vulneris cicatricem quandam, in quo sic habetur, *Idem prætitit Fabius à senatu legatus ad filium* COS. *missus.*) Indicat eandem & manifestè Cauchianus codex, cum dicit, *Idem qui à senatu legatus ad filium*: vbi particula *qui* de alio Fabio loqui Valerium docet. Ex his omnino con

coniicio, vnius vocabuli additione plenum Valerij sensum restitui posse: si legamus, *Idem prætitit ille Fabius, qui à senatu legatus ad filium consulem Suessam missus.* Atque eo modo Valerium de Q. Fabio Verrucosso loqui intelligimus, qui vt refert item Liuius, filio consuli legatus ad Suessulam in castra venit bello Punico secundo. Prior autem Q. Fabius Rullianus octuaginta circiter annis antea filio consuli Fabio Gurgiti legatus fuerat bello Samnitico, velut ex annalibus constat latius.

7 *Extra mœnia oppidi processisse, indignatus quoque quod ex lictoribus nemo*) In manuscriptis hæc melius, *Extra oppidum processisse, indignatus quod ex vndecim lictoribus nemo.* Nam de numero lictorum etiam Liuius ita præter vndecim fasces equo præuectus senex, vt consulem animaduertere proximum lictorem iussit, &c. Vix quicquam dubito, quin ex Liuio Valerius hæc ambo exempla desumpserit: sed prius de Q. Fabio Rulliano, temporis iniuria cum vndecimo libro historiæ Liuianæ, intercidit.

8 *Relatis Q. Fabij laudibus*) In Atrebatensi aliisque duobus manuscriptis, *Relatu Fabij laudibus*, legendum, *Relatu Fabiorum laudibus.*

9 *Intimoq; pectoribus eorum antiqui moris respectus*) In manuscriptis aliquibus, *Intusq;* legitur. In Campensi rectissimè, *Insitusq;* quemadmodum & in Gemblacensi.

10 *Qui ex contumelia grauissimus sentitur*) In Vvincheliano copiosius, *grauissimus nascitur & sentitur.*

11 *Illa tribunos quoque censuisse*) v. c *Ita tribunos.*

12 *Quam sacras manus*) In manuscriptis omnibus, *Quam sanctas manus.* Rectè. Sanctus enim inter alia significat integer & incorruptus.

13 *Cincti omnes pellibus*) *Omnes*, in manuscriptis plerisque omittitur, & ociosum eo loco est vocabulum.

14 *Quum comitia in humillimi cuiusque potestatem redacta*

accesserant) In manuscriptis omnibus, *accenderant*, legitur Pulcherrimè, si legas, *Quam comitia in humillimi cuiusque potestatem redacta accenderat.* De seditione enim loquitur quam forensis turba plerumque comitiis excitabat. In eadem significatione Virgilius vocabulo vtitur, *Marienq; accendere cantu*

15 *Quo tam salubri reip. fidelo*) Libri manuscripti omnes, *reip.* omittunt. Et quidem videtur à ludi magistro annotatum irrepsisse in contextum.

CAPITE TERTIO.

1 *Iungere se equitatibus*) In Campensi, *iungere se equitibus.* Quæ lectio præferenda.

CAPITE QVARTO.

1 *Excogitata nanque*) V. C. *excogitatáque.* Melius pertinent ista ad priorem sententiam.

2 *A bellicosis operibus.*) Præfero Cauchianam lectionem *A bellicis operibus.* Et rursus postea, *Vsque ad id tempus*, pro, id tempus.

3 *Venerabilibus erga deos obsequijs iuuentus*) In manuscriptis ferè omnibus, *Erga deos verbu* habetur. Et postea, *gestus adiecit*, non vt vulgo, *dedit* Profecto non ineptè. Ait enim iuuentutem addidisse verbis gestus ad imitationem Ludionis Etrusci. Idem dicit Liuius VII. ita: *Imitari deinde eos iuuentus simul inconditu inter se iocularia fundentes versibus cœpere: nec absoni à voce motus erant.*

4 *Et quia Ludius apud eos Histrio appellabatur scænico nomen histrionis inditum est*) Quid si legatur *Hister*, quemadmodum habet Liuius *Quia Hister Tusco verbo Ludio vocabatur, nomen histrionibus inditum.* Quo loco restitue *histrionis*: vt est in Valerio. Atqui Plutarchus in problematis ab Histro quodam sic vocato scænicos omnes histriones appellatos scribit.

5 *Ad Satyrarum modos porrexit*) Manuscripti, *perrepsit* pulchra metaphora à reptilibus, quæ paulatim procedunt

cedunt sumpta. Vtitur hoc vocabulo Columella lib VIII. cap. XV.

6 *Spectantium oculos & animos*) Vetères libri omnes omittunt, *oculos &*, nec admodum requiruntur verba.

7 *Vrbs antiqua agriq; vastarentur*) Benè Glareanus, *Vrbs atque agri* correxit: manuscripti libri omnes fere legunt, *Vrbs agriq; vastarentur* non male.

8 *Petita aqua calida quam illi desiderarent recreasset*) In Campensi rectissimè, *Petita calda recreasset*) Reliqua omittuntur, & videntur è scholiis marginalibus inserta ab imperito quopiam: nam in aliis manuscriptis æquè non habentur, sed, in his pro *calda*, supponitur, *aqua*, quæ interpretatio vocabuli vetusti tota se insinuauit textui Valeriano. Nobis antiquam atque elegantem illam dictionem Valerio reddere visum est, qua item vtuntur vetères auctores frequenter, vt Martialis.

Frigida non desrit, non deerit calda petenti.

Oraculi eiusdem verba sic leguntur apud Zosimum historiarum secundo: ἀπόλεσεν εἰς παρόντα ἰσχυρὸς ἐμοὶ τὰ τέκνα καὶ εἰς θερμὸν αὐτὰ τῶν Τιβερτίων ὕδωρ, ὅτι τῶς ἀδύκι περισφόνης ἐφάσκες τοῖς παισὶ δύναι πεῖν.

9 *Prope vicum Sabinæ regionis Heretum*) In Atrebatensi si correctè, *Propter vicum Sabinæ regionis Eretum.* Sic Ouidius: *Propter humum volitant.* Et Terentius Adelphis: *Hic propter hunc assite.* Ereti meminit Virgilius Æneid. VII. Stephano Ἔρετος dicitur, Dionysio & Straboni Eretum.

10 *Pernimia spiritu flamma euomit*) In Campensi, *emouit.* optimè, & paulò post, *Quæ pota*, legendum: non, *Qua potata.*

11 *Pertergè & præcipi*) In manuscriptis melius, *Pertergere & præcipere.* Et deinde, *Lethisternia ludique.*

12 *Omisso emendæ proposito*) In Atrebatensi aliisque, *emenda ara proposito.* Idque apertius.

13 *Keli*

13 *Religionem ludorum crescentibus epibus secuta lætitia est*) Quamuis nulli accedant manuscriptorum librorum calculi, pro *lætitia* tamen repono *lautitia*: vim namque dictionis non intellexerunt scioli, qui illam mutarunt. Non enim solùmmodo lautitia est in epulis, verum etiam in omni cultu atque apparatu vitæ, quam Græci πλουτισμὸν appellant. Sic Q. Hortensius orator apud Nonium, *Quæcunque sit lautitia, cui vitium elegantem magnificè, neque minus quàm deceret, colere instituisset.* Sic lautos vocat Verris comites Cicero Actione II. hoc est splendidos ac sumptuosos. Appositissimè igitur Valerius noster lautitiam dicit ludorum, narrare volens breuiter ac succinctè quinam Romanorum ludis suis solitò maiores sumptus, profusioremque magnificentiam adiecerint. Nec aliter ipse postea, vbi de Spartanis lege Lycurgi ab Asia exulantibus. Audierant enim lautitiam inde, & immodicos sumptus, & omnia non necessariæ voluptatis genera fluxisse. Atqui Valerio familiare est vocabulum, lautitia, item lautus.

14 *Claudius Pulcher scænam varietate*) In Attrebatensi, Gemblacensi & Susiano *Cl. Pulcher*, in Campensi *C. Pulcher*. Rectè. Patruus enim fuit P. Claudij de cuius ornatissima ædilitate vide quæ nos in magistratuum, annalibus. Et sanè duo fuerunt fratres Cl. Pulchri ludorũ magnificentia ambo celebres, quorum meminit Cicero off. II. & de aruspicum responso.

15 *Versatilem fecerunt Lucius & Cinna locum, quem argentatis*) Contaminatissimus est locus hic, atque fœdè puerilibus interpretamentis conspurcatus, quem nemo tamen quod sciam hactenus emendauit. Nos manuscriptorum librorũ auxilio veram lectionem repetisse videmur. In Campensi autem & Gemblacensi legitur, *Versatilem fecerunt Lucani argentatis choragijs*, &c. Cetera omnia quæ in vulgatis habentur vt

vt supposititia eradenda atróque stylo conficienda sunt, neque enim in vllis manuscriptis extant. Nam in Vvincheliano, Pulmannio, & Cauchiano sic legitur, *Versatilem fecerunt lucum argentatu*, &c. At in Attrebatensi, *Versatilem fecerunt Lucum argentatu* &c. Susianus autem liber hoc nomen velut vitiosum ac incognitum præterit. Ex his colligo restituendum atque legendum esse, *Versatilem fecerunt Luculli. Argentatis choragijs P. Lentulus Spinther adornauit.* Constat enim L. & M. Lucullos fratres simul ædiles, ludósque magnificentissimos dedisse; vt in annalibus nostris demonstraui latius. Versatiles scænas duas postea fecit C. Curio filius, quas graphicè describit Plinius lib. 36 cap. 15.

16 *Translatum antea Phœniceis indutum tunicis*) In manuscriptis, *Punicis*. In Attrebatensi, *Pœnicis*. Antiquè, velut in triumphalibus Romanis, NAVALEM EGIT. DE SICVLEIS. ET. CLASSE. PORNICA. Et Lucretius secundo, *Purpura Pœnicéusque color*. Translatum appellare videtur Valerius Ludionum infimam ac vulgarem illam turbam, quæ sæpius per scænam hinc inde transferebatur pro ludorum occasione. Hinc translatitia, vel translatiua dicuntur, quæcunque vulgaria, plebeia, ac vilia: ἐπιχλια καὶ ἀγοραῖα Græcis nempe circumforanea, vel, vt ita dicam, circulatoria. In qua significatione translatiua officia, vulgaria appellat Plinius in epistolis, & Cicero Verrina I I. translatitium edictum quippe non nouum, sed aliunde translatum, vt auctor Pedianus.

17 *M. & Decius filij Bruti*) Malo ex V. C. *M. & D. Iun. Bruti* atque is modus scribendi antiquus, Quo loco & prænomen consulis Pulvij est corrigendum, sicut in annalibus admonui. Perperam rursum in vulgatis, *Gladiatoram munus*) quod gladiatorium Liuio aliísque dicitur: non enim gladiatorum illud munus erat,

erat, sed eius quis gladiatores pugnantes populo exhibebat.

CAPITE QVINTO.

1 *Ipse dedicauerat compos voti factus*) Hic denuo plagam inflixit Valerio librariorum ignorantia, quam ex Liuio, atque Campensis exemplaris scholiolis ita sanandum arbitror. *Ipse dedicauit quia pater compos voti factus.* Sic enim Liuius, *Quæ prima omnium in Italia ist statua aurata, patri Glabrioni posuit. Is erat qui eam vouerat, quo die cum rege Antiocho ad Thermopylas pugnasset.*

2 *Centum septuaginta numerum complecterunt*) v. c. *expleuerunt.*

CAPITE SEXTO.

1 *Non necessaria voluptatis genera*) v. c. melius, *non necessaria.*

2 *Puniceis in prœlio tunicis*) Lege *Pœniceis*, vt supra. Mox sequitur, *Non vt ipsis aspectus earum terrorem*) In manuscriptis optime, *Non, ne ipsis aspectus eius terrorem.*

3 *Eiusdem vrbis & sanctissimum consilium Areopagus*) In Campensi, Colonienſi, Vvincheliano & Cauchiano, *Est & eiusdem vrbis sanctissimum concilium Areopagus, vbi quid quisque*, &c. Cuius lectionis remanent etiam vestigia in Pulmanniano: quæ quidem præferenda videtur Atrebatensis collegij codex *Areius pagus*, habet cum Græcismo.

4 *Diligentissime inquirere solebat*) *inquiri*, legendum ex iam dictis.

5 *Quem domi scelestum cerno*) In manuscriptis omnibus, *domus.*

6 *Sine lamentatione, sine planctu, sine luctu funeris dies*) In manuscriptis quasi omnibus sic legitur, *Sine planctu luctus funeris dies.* In Campensi autem *luctus ac funeris dies*, quæ tolerabilis est lectio; attamen præfero Cauchianam, *Sine planctu luctus funeris die.*

7 *Quid*

7 *Quid attinet humano dolori indulgere*) Veteres libri habent, *Aut humano dolori indulgeri*: Rectè, vt sequentibus respondeat.

8 *Mors sit illi expectanda*) In scriptis melius *expetenda.* Et postea, *Vsis fortuna*) pro, *Vsi.*

9 *Quod illam etiam in insula Cora seruari animaduerti*) In manuscriptis correctioribus *Coes* vel *Ceo* legitur: in aliis *Chio* vel *Coo.* Diuersas autem insulas esse Ceos, vel Coeos, Chios & Coos, cosmographorum omnium consensu & demonstratione manifestum est. Ex his Ceon olim tetrapolim fuisse, postea duabus vrbibus Cœessa Pœessaque mari deuoratis, in duas reliquas Iulida Carthæamque habitatores earum migrasse, Strabo & Plinius tradunt. Sed temerè confunduntur apud auctores tam Græcos, quàm Latinos dictarum insularum nomina, idque librariorum negligentia: vt in Stephano de vrbibus, Ἰκλις πόλις ἐν κῷ τῇ νήσῳ. Et rursus, Καρθαία μία τῶν ἐν κῷ τεθρικόπολεος: cum vtrobique legi debeat ἐν κέῳ quemadmodum rectè nominant κήϊος populos Menandriani versus legem seu consuetudinem hanc properandæ mortis prædicantes. Quos ipsos, quia ad intellectum Valerianæ huius historiæ faciunt, non prætermittam. Leguntur autem in Stephano & Strabone hoc modo:

Καλὸν τὸ κῆιον νομιμόν ἐστι φωνία
ὁ μὴ δυνάμενος ζῆν κακῶς οὐ ζῇ κακῶς.

Permittebat autem illa lex Ceiensium maiores annis sexaginta natos ἀκονίζεσθαι, hoc est, aconito vitam finire. Sic legendum, non ἀγωνίζεσθαι, vt habetur in Stephano.

10 *Tibi, inquit Sex. Pompei*) In manuscriptis, *Tibi quidem, inquit*: De hoc Sex Pompeio Asiæ procos. vide nostros annales.

11 *Duas filias, & vnum nepotum gregem relictura superstitem, permuto*) In Vvincheliano, Cauchiano & Cam

Campensi, *Duas filias, & septem nepotum gregem superstitem relictura permitto.* Quam lectionem approbo. In Atrebatensi quidem & Susiano legitur *vno.* Pulmanni, & Colonienses codices numeralem notam VII. habent, quæ perperam à librariis in *vno* vel *vnum* mutata est.

12 *Dare, quia persuasum habuerint*) Placet lectio Vvincheliani libri, *Dari solitos, quia persuasum habuerunt.*

13 *Conditionis nostræ habitum præundi*) In Atrebatensi aliisque *perundi.* Magis aptè: Sic enim Horatius,

Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis.

14. *Si ea mortua aliquando eius felicior ac beatior finis reperietur*) *Ea mortua*, insertum videtur è glossemate alicuius eorum, qui de vita spiritus, ac morte carnis in dies disserunt. Et in Vvincheliano exemplari hæc verba omittuntur: in quo sic, *Si eius aliquando felicior ac beatior finis reperietur.* Quam lectionē minimè spernendam arbitror.

15 *Sicæ enim sanum Veneris est*) In manuscriptis *Sicca*, atque ita appellatur ea colonia à Plinio.

15 *Atque inde procedentes quæstum dotis corporis iniuria contrahebant*) Multò elegantius in manuscriptis, *Atque inde procedentes ad quæstum, dotes corporis iniuria contrahebant.*

CAPITE SEPTIMO.

1 *Nam constat*) *Nam*, superfluum est, & in Campensi ac Susiano non habetur.

2 *Qui necessitudinum præruptis vinculis*) Manuscripti *perruptis* habent. Quod melius.

3 *Quod eius culpa ager incensus*) In Campensi, Atrebatensi ac Pulmanniano *agger*, multo rectius: Aggere enim & vallo muniebantur castra, quibus incensis penè capta fuerant. Atqui ex quauis materia agesta fiebat aggeres siue terra, lapides, trabes, fasces esset siue hæc simul coacerua-

ta. Quod idem nostrum Valerius? anne Iulium Cæsarem cum armis mundam clausisset, in alterius materiæ inopia, ex cadaueribus aggerem extruxisse scribit, lib. 7. cap. 6.

4 *Tam digna exempla tam breuiter*) Non placet displasiamus ille vocabuli *tam*. Nam elegantius hæc in Susiano, & Pulmanniano, *Non digna exempla quæ tam breuiter, nisi maioribus vrgerer, referrentur.* Et in aliis exemplaribus manent quædam indicia eius lectionis.

5 *Incerta gratulandi prius, an lugendi officio fungeretur*) Sex manuscripti libri habent, *An alloquendi officio fungeretur*) Quæ ipsissima lectio antiqua est, quam scioli vim eius verbi non intelligentes mutarunt. Alloqui enim non solum τὸ προσφωνεῖν, hoc est, ad aliquem loqui significat, verum etiam cum affectu ac humanitate affari & consolari, quod Græci παραμυθεῖσθαι, dicunt. Docet hoc M. Varro de lingua Latina libro 5. cuius sunt hæc verba: *Hinc alloquium mulieres ire aiunt, eum eunt aliquam locutum consolandi causa.* Quam Varronis lectionem ex vetustis codicibus eruit vir nostro sæculo summus Antonius Augustinus.

6 *Quo castra eius hostes ijdem obsiderant*) In Susiano aliisque, *Quod castra eius ijdem hostes obsidissent.* At rectius in Atrebatensi, *Quod castra eiusdem hostes obsederant.*

7 *Ac ne multa foret gloria militaris*) Plerique manuscripti libri habent, *Inulta foret læta gloria militaris.* In Pulmanniano & Cauchiano *læsa.* Quæ vox librariorum ignauia vulgatis intercidit.

8 *Affinium & cognatorum nota, & fratrum filiorumq; strage*) Susianum exemplar ita, *Affinium & cognatorum, & fratrum nota, filiorum strage, ignominiosa consulum eiuratione.* Quæ sanè nobis pulcherrimè antecedentium exemplorum ordinem designant.

9 *Lictorum se verberibus lacerandum præbuit*) Perplacet

Campensis libri hæc lectio, *Lictorum verberibus lacerandus.* Non enim se præbuit, sed antequam spoliaretur, è manibus effugit.

10 *Precibus deinde suis exercitus*) Melius *suis*, vt est in Atrebatensi Exercitus enim interceſſit, precibúsque, dum se supplicio opponeret, occasionem fugiendi Fabio dedit. Vide Liuium lib. 8. qui hæc pulcherrimè.

11 *Tribunorum concedere potestati*) In manuscriptis *Tribunitia*, antiqua loquendi formula.

12 *Fugitiuorum multitudine hostium circumuentus, arma his tradidisset*) *Hostium*, è ludimagistri dictatis assutum est, & in Susiano non habetur. Deinde in Campensi *Armatum suis*, lege *arma cum suis*. Qua lectione vitatur duplicatio particulæ *hu*, *Turma quoque eius, qua simul arma tradiderant panam subiere.*

13 *Quoniam quidem id egit Piso*) In Campensi, *Quoniam quidem id egerit*) Melius, nam repetitio illa nominis *Piso*, superflua est.

14 *Sauiore vti seueritate coegit*) Liber Susij *sauiore* non habet.

15 *Quæ vbi à recto itinere desciuerunt*) In manuscriptis, *A recto tenore.* Valerio & ante vsurpata vox est, *Quo minus religionibus suus tenor suaque obseruatio redderetur.* Lib. 1. cap. 3.

16 *Valentius militari disciplina fuit*) Lege, *Valentius militari disciplina apud senatum fuit*, ex Vvincheliano & Cauchiano.

17 *Vltra mortalium conditionem*) In omnibus manuscriptis, *vltra mortuorum*, legitur. Et rectè.

18 *Seuere exubuerit*) Detorta locutio est. In Campensi, Pulmanniano & Susiano, *Se seuerum exhibuerit*, legitur.

19 *Eorumq; nullum sepulturæ mandari*) In manuscriptis optimè, *Eorumq; corpora sepulturæ mandari.*

CAPI

CAPITE OCTAVO.

1 *Nisi suo ductu Punica classis essit oppressa*) In Campensi, *Ni suo ductu Punica classis esset.* Vetusta sponsionis formula est, qualis apud Ciceronem officiorum tertio. *Ni vir bonus esset.* Et passim alibi similes occurrunt. Verba autem quæ præcedunt, *Non se petiturum triumphum*) in duobus vetustis exemplaribus non extant, Atrebatensi videlicet, & Gemblacensi, quæ auferenda non malè censet Pithœus: frustra enim adduntur, & præter sponsionis formulam.

2 *Item respondit Valerius cos. Iam me hercle inquit*) In manuscriptis, Campensi & Vvincheliano hæc distinctius, plenius ac apertius hoc modo. *Item respondit Valerius, consulis At iudex, Iam me hercle inquit*, &c.

3 *Sed nec Valerius quidem improbe*) In Campensi. *Et ne Valerius*: non minus eleganter. Deinde postea, *Continuo quæstione publica*) In eodem Campensi, *Continuo ipse quæstione publica.*

4 *Carthaginis imperio rupta Hispania*) v. c. *abrupta*: pulcherrimè, cum energeia.

5 *Moderatum præ se ferens gaudium*) In Vvincheliano Colonienſi & Atrebatensi. *Tantum moderatum præ se ferens gaudium.* Fortè, *Tantum non*, Stylo Valeriano. Μόνον ὄ, ὅσον οὔπω.

6 *Cum consummata atque constructa potentia sua triumphum duceret*) In Pulmanniano, *ac constructa*, non habetur. Videturque ociosum, immo glossema proximæ vocis, *consummata.*

CAPITE NONO.

1 *Accedit etiam ijs, quòd in Fortuna longam præstandi huiusce muneris vacationem essu assecuti*) Contaminatus ac obscurus est locus iste qui ex manuscriptis codicibus nostris ita emendatur, *Accedit his, quod etiam Fortuna longam præstandi huiusce muneris aduocationem istis assecuti.* Aperta ac clara nunc est sententia, aggrauant enim censores accusationem, quod fortuna vitam lon-

giorem adepti, tam diu à procreandorum liberorum officio, consummatis in cassum annis abstinuissent. Cæterum pertinaci consensu veterum exemplarium moueor, vt pro, *vacationem*, reposuerim, *aduocationem*, verbum vetus, sed in hac significatione rarum, atque idcirco à posterioribus exterminatum.

2 *Sicut Porcius Cato*) Præferenda Cauchiani codicis lectio. *Sic M. Porcius Cato*) Nouum enim incipit exemplum, atque vnà nobilissimo Catonem suum prænomen restituitur.

3 *Auctoritate fratris eius Titij Flaminij*) Ex Pulmanniano, Atrebatensi, ac Susiano, legendum esse colligimus, *Auctoritate fratris eius* V. C. *T. Flaminini*. Sed notæ singulares non intellectæ perierunt. Hinc perperam in nonnullis codicibus *C. Flaminius* legitur.

4 *Nec indignum pensi duxerat*) Manuscripti libri excepto Vvincheliano omnes quos vidi, *Nec pensi duxerat*, habent. Atque hæc vetusta Romana phrasis, qua & Sallustius, Neque dicere, neque facere quicquam pensi habebat. Et alij sæpe. Pensi habere, vel ducere idem est, quod διαλογιζεσθαι, discernere, perpendere, æstimare, magni facere, ponderare, τιμᾶν vox, *indignum* è dictatis alicuius ludimagistri haud dubiò assuta est.

5 *Instinctu autem æmulationis animo dissidens*) Duo codices Pulmannianus & Susianus veram lectionem referunt, quæ non parum antiquitatis redolet, *Instrictum autem æmulationis homo dissidens*. Instringere enim impedire, implicare, ac compescere est: qua in significatione vtitur eo Catullus, ad seipsum dicens:

Quin te animo adfirmas, teque instringísque, reducísque,
Et diis inuitis desinis esse miser.

Alia quoque exemplatia eius retinent lectionis vestigia: nam Campense, *Instrictum autem æmulationis animo*, dicit: & Atrebatense, *instructum*, mendosè. Ait itaque Valerius paronomasia non illepida, instrictos æmulationis hamo censores destrictam (vt habetur in Atrebatensi) simul egisse censuram, detersam, iustam, ac emulctam, metaphora à destringentibus se in balneo sumpta, qui sordes corporis lacinia strigilíve detergunt, aut abradunt.

6 *Quod vt intellexit Nero, & citari collegam & arma & equum vendere iussit*) In manuscriptis, *Quòd vbi intellexit Nero, & citari collegam, & equum vendere iussit*. In nullo quidem reperitur, *& arma*, quod sanè, vt Græco vocabulo dicam, glossargi alicuius commentum est. Neque enim hoc habet Liuius, ex quo Valerium desumpsisse historiam vtrunque conferenti patebit. Nec etiam à censoribus notati equites Romani arma vendere cogebantur, sed equum publicum, quem iure ordinis acceperat, & publica nutritum impensa tenebant.

CAPITE DECIMO.

1 *In Linternina villa se continentem*) V. C. *In Liternina villa se tenentem*. Rectè.

2 *Ianuæ appropinquant, & clara voce nunciant Scipioni. Non vita eius hostes*) In Atrebatensi, *Ianua appropinquant clara voce nunciantes: non vita eius*, &c. Quæ lectio ob breuitatem, & continuum sententiæ ductum magis placet.

3 *Proinde securum se nobis præstandum præbere ne grauetur*) In manuscriptis rectius *spectandum præbere ne grauaretur*. Atque in Campensi insuper erasa particula *nobis*, quæ sane superuacua est, ac perperam inserta videtur ex glossemate aliquo.

4 *Ad lares proprios reuerterunt*) In manuscriptis omnibus, *Ad lares reuerterunt*.

5 *Hoc quidem viuo Scipioni*) Veteres libri omnes habent, *Et hac quidem viuo Scipioni*.

6 *Cum eum adolescentem*) In Campensi, *Cum enim*,

Sed melius in Atrebatensi, *Eum enim.*

7 *Nec fuit eis timori asperrima Sylla victoria: cum præsertim ipse Marius eos*, &c.) Hoc loco quædam deesse manuscripti libri demonstrant, quamuis & hi variè mutilati sunt. In Susiano & Pulmanniano legitur. *Nec fuit his timori asperrima Sullæ victoria, ne in eos conseruationem Marij vlciscereturr.* Sed reliqua minimè omittenda desiderantur. In Campensi ac Vvincheliano frequens illa repetitio nominis *Marij*: librarium immerito offendit: in quibus ita, *Nec fuit his timori asperrima Sullæ victoria, ne in eos conseruationem vlciscerctur, cum præsertim ipse Marius eos*, &c.

8 *Quod cum ex Fauonio amicissimo sibi vna sedente cognouisset:*) Hoc loco in Campensi atque Atrebatensi codicibus Valeriano contextui insertum est Martialis poëtæ epigramma:

Nosses iocosæ sacrum eum dulce Floræ
Festósque lusus, &c.

Quod ipsum studiosus aliquis in margine annotarat. Hinc collige lector stupidam librariorum negligentiam, qua temerè bonos auctores deprauarunt.

9 *Vt si quis sanctum*) In manuscriptis omnibus magis eleganter, *Vt quisquis sanctum*, &c.

IN TERTIVM LIBRVM.

CAPITE PRIMO.

1 *Datos gestos referam*) In Cauchiano, Gemblacensi & Atrebatensi, *Datos gustus*, legitur optimè.

2 *Abiecturum se eum inde*) Campensis liber, Colonienſis atque Atrebatensis, *Leuatum, abiecturum inde se, nisi precibus obtemperaret.* Elegantius aliquanto.

CAPITE SECVNDO.

1 *Sed etiam metu patriam soluit. Viris puella lumine virtutis præferenda*) Campensis, Atrebatensisque codicum lectio hic perplacet: *Sed etiam metu patriam puella soluit, viris lumen virtutis præferendo.* In aliis item exemplaribus huius veræ lectionis extant quædam vestigia.

2 *Qui imitari Romulum valuit*) In Atrebatensi & Gemblacensi, *Quod Romulum imitari valuit*

3 *Et plebem ad fortius sustinendos casus suos prouocarent*) In Vvincheliano sic, *Sustinendos casus suo vizore prouocarent.* Quę profecto in vulgaribus supplenda videntur. Ita mox in alio exemplo.

4 *Reddendus est nunc Romanæ iuuentuti debitus gloriæ titulus Q. Catulo Sempronio Atracino consule*) Vbi legendum, *Reddendas est nunc Romanæ iuuentuti debitus honor & gloriæ titulus, qua C. Sempronio Atratino consule.* Ita partim in Vvincheliano, & Gemblacensi, partim in Atrebatensi, in quo nomen consulis est correctissimum. Vide annales magistratuum.

5 *Ne castrorum quidem suorum potientem esse passa est*) In manuscriptis *potentem*. Rectè, ni fallor.

6 *Equumque duci clam iussit*) *Educi*, habetur in manuscriptis omnibus. Non malè, pugnabatur enim extra vallum.

7 *Nec Atilium quidem*) Lege ex v. C. *Ne C. Acilium.* Ita etiam nominatur à Plutarcho & Suetonio.

8 *M. Scæua*) In Campensi aliisque manuscriptis libris centurionis huius nomen plenè exprimitur, *M. Opsius Scæua*, atque ita in Suetonio restituendum, vbi Cassius Scæua legitur. In Appiano item Alexandrino Minucius Scæua, non minus mendosè. Quo nominum errore insuper accidisse suspicor, vt istic de duobus vno Scæua, & altero Minucio hæc historia scribi videatur, quam vno Consensu Cæsar, Lucanus, Suetonius, ac Valerius vni adscribunt.

9 *Cuius corpus capite, humero, femore saucio, oculo eruto, scutum centum & viginti ictibus perfossum apparuit*) Non simplici menda contaminatus est locus. At nullus au-

ctorum qui huius rei mentionem faciunt, in eo prælio periisse Scæuam scribunt, quod tamen ex Valerij verbis colligere est. Lucanus quidem labore ac vulneribus defectum ac exanguem à commilitonibus pugna elatum canit, cùm à Cæsare subsidium castello periclitanti mitteretur:

------*Nam sanguine fuso*
Vires pugna dabat, labentem turba suorum.

Excipit, ac humeris defectum imponere gaudet. Plutarchus item suorum amplexibus tuto relatum dicit. Suetonius custodiam portæ commissi castelli retinuisse. Cæsar eius opera castellũ magna ex parte conseruatum, ideoque virtutis ergo Scæuam primipilatu millibusque æris ducentis donatum refert. Atqui Valerius ipsum corruisse, corpusque eius vulneribus multis sauciũ apparuisse ait, vt vulgata sonant exemplaria, sed in manuscriptis omnibus dictio, *corpus*, omittitur, quæ profecto videtur è glossis insuta. Nam in Susiano, Pulmanniano ac Vvincheliano legimus ita, *Cuius capite, humero, femore saucio, oculo eruto, scutum*, &c. Item in aliis similiter: nisi quod, *saucium*, in his habetur, atque in Cauchiano, *cæsum*, pro *secutum*, in Atrebatensi, *sectum*, in Campensi vero *iectum*. Ex qua quidem varietate colligo, duo vocabula istic perperam in vnum contracta librariis, reliqua etiam mutandi occasionem dedisse, omnemq; textum corrumpendi. Nam qui *cæsum*, vel *sectum*: in codicibus repererunt, *saucium* antea quoque legendum esse, atque *corpus*, subintelligi, vel desiderari existimarunt. Nobis autem pro *cæsum*, *sectum*, vel *secutum*, legi debere videtur, *cæci scutum* totamque sententiam ita restituendam esse, saluo tamen aliorum meliore iudicio, opinamur: *Cuius capite, humero, femore saucij, & oculo eruto cæci scutum centum & viginti ictibus perfossum apparuit.* Etenim hæc iisdem penè verbis, aut certè eadem omnino sententia Suetonius refert, qui

qui duo hæc fortitudinis rara exempla de Scæua & Attilio videtur ex nostro desumpsisse Valerio. *Nec mirum* (inquit) *si quis singulorum facta respiciat, vel Cæsij Scæuæ centurionis, vel C. Attilij militis, ne de pluribus referam. Scæua excusso oculo, transfixo femore & humero, centum & viginti ictibus scuto perforato custodem portæ commisti castelli retinuit. Acilius nauali ad Massiliam prælio iniecta in puppem hostium dextra & abscissa, memorabile illud apud Græcos Cynægiri exemplum imitatus transiluit in nauem vmbone obuios agens.* Hæc Suetonius.

10 *Tuum verò Scæuola inexuperabilem spiritum*) Mendosè rursus, nam in manuscriptis omnibus, *Scæua* vocatur, videturque de eodem adhuc loqui Valerius, quem Lucanus scribit in Galliis sub Cæsare ex gregaria militia ad centurionatum multo sanguine promotum fuisse:

Scæua viro nomen castrorum in plebe merebat
Ante feras Rhodani gentes: ibi sanguine multo
Promotus Latiam longo gerit ordine vitem.

Et Plutarchus ipsum militem Cæsaris in Britannia centuriones ab hostibus in palude oppressos seruasse refert. ἐν ᾗ βρεττανίᾳ, τῶ πολεμίων, εἰς τόπον ἑλώδη καὶ ὕδατος ἐμπεσόντι τοῖς ἀφεστῶσι, ταξιάρχαις ὀπαδημάτων, σφαττομένοις καὶ φερομένοις ἀσυμβόλως εἰς μέσους, &c. Quæ eadem Valerius hoc loco, non igitur hæc exempla diuersorum sunt, vt vulgati volunt codices.

11 *Bello namque Gallico*) *Gallico* ex scholiis influxit in textum orationis: quod ipsum Campense exemplar demonstrat, in quo annotatum adhuc inter lineas videtur. In Atrebatensi item & Vvincheliano non habetur.

12 *In vadum transitu facili redegit*) In manuscriptis, *transitu facilem*. Melius.

13 *Leonidas Spartanus nobis occurrit*) Lege, *Sparta nobilis occurrit*. Sic enim in manuscriptis.

14 *Sed melius, & altius initium*) In Cauchiano codice, *auctius initium* Sane eleganter, addit enim, *Nunc vester Epaminondas nascitur, quia sic moritur.* Constat autem nascentia augeri.

15 *Reddensq; seruo publico, qui eam tradiderat*) Vera lectio remansit in Atrebatensi, Gemblacensi, Susiano & Vulmanniano, *Remidensq; seruo publico, qui eam tradiderat*, subintellige, dixit: In Vvincheliano, *Ridensq;* legitur. Atque hæc conueniunt Ciceronis omnino verbis, qui de eadem re ita: *Quo sonitu reddito, arridens: Propino hæc* (inquit) *pulchro Critiæ qui in eum fuerat ter terrimus.* Renidere autem est leue ac falsum ridere.

16 *Cum omnes eius cures*) *Eius*, ineptè insutum ex annotationibus, libri manuscripti non habent.

17 *Lege moriu omnes assumpsisset. ad vltimum seipsum flammis immisit*) Ex veter. lib. consensu lego, *Omnes absumpsisset, ad vltimum seipse flammis immersit.*

CAPITE TERTIO.

1 *Pertæsus enim dexteram suam*) Legendum, *Perosus*, ex v. c. consensu.

2 *Pompeij etiam probabilis virtus*) Quisnam hic Pompeius fuerit legatus, à Gentio rege interceptus obscurum sanè nobis est. In Liuio quidem nulla eius mentio, nisi in eius belli historia lib. 44. interrupta, mutilataq; perierit, vbi M. Perpenam, & L. Petillium Rom. legatos à Gentio rege missos in custodiam scribit, & posteà rege capto à L. Anicio prætore liberatos. Pompeia quidem gens eo tempore admodum obscura adhuc fuit, quemadmodum ex Cicerone colligere est. Nobile tamen illud factum Pompeij, meritò viam ad omnes honores apertè posset. Paulo post deest vocabulum, quod suo loco ex Gemblacensi aliisque restitui, sic: *Desperationem tormentis quicquam ex se cognoscendo.* Dictio *tormentis*, non habebatur in vulgatis.

3 *E qui*

3 *E quibus vnus turibulo accepto ante ipsum astitit*) Veteres libri omnes, *arrepto*, legunt, Non ineptè, videtur enim puer turibulum festinanter improuidéque arripuisse, atque ideo carbonem excidisse in eius brachium.

4 *Solito enim sacrificauit diutius*) In omnibus manuscriptis habetur. *Consulto enim*, quod magis placet.

5 *Totum in solidæ virtutis munimento confirmat, potentiusq; metu & dolore facit*) In Susiano & Pulmanniano magis dilucidè: *Totos in solido virtutis munimento confirmat: potentiores metu ac dolore faciens.* Cuius lectionis extant, & in aliis vestigia.

6 *Dum terræ conditionem, ambitum maris*) Manuscripti codices omnes, *habitum maris* dicunt. Sic Virgil. Georg. 1.

----*Cultúsque habitúsque locorum.*

7 *Anaxarchique non vitam modo deseruit, sed mortem reddidit clariorem*) Placet Cauchiani codicis lectio: *Anaxarchusq; vitam non modo deseruit, sed morte reddidit clariorem.*

8 *Priusquam efficeret*) In manuscriptis, *Efficere potuit.*

9 *Caucasi montis gelido rigore*) Plures libri habent, *glaciali rigore*, Non minus eleganter, vt Iuuenalis, *Glacialem Oceanum* dixit.

CAPITE QVARTO.

1 *Quo euenit vt humili loco nati*) In Vvincheliano, *Quo sæpe euenit.* Atque huc transferendus quarti capitis titulus, nam more suo præfatiuncula quadam transgrediens in aliud argumentum hic exorditur.

2 *Quæ quidem planiora suis exemplis reddantur, ac prius de iis ordiar*) In Susiano aliisque, *Quæ quidem planiora suis exemplis reddentur, vt primum de iis ordiar*, &c.

3 *Senectus excellentissimo ornamentis decorata, in excellentissimo maiestatis fastigio fulsit*) Manuscripti libri omnes, *in altissimo*, produnt. Rectè, ne subito vox eadem repetatur.

4 *Alie*

4 *Alienum, quod exactum: alieniorem quod ortum Corintho: fastidiendum, quod mercatore genitum: erubescendum, quod etiam exule Demarato natum patre*) De Tarquinio Prisco rege loquitur, verum prodigiosè ineptis annotationibus intermixtis est deprauatus hic locus, qui idcirco variatur etiam in manuscriptis, è quibus Susij & Pulmanni exemplaria vno ore reiiciunt hæc verba, *quod exactum alieniorem*. Nec immeritò, videntur enim alienissima, ac veluti per somnium interiecta. Item Campense non agnoscit hæc. *Demaratho natum patre*. Ex omnibus autem rectè comparatis vnam hanc veram, ni fallor, lectionem elicimus: *Alienum, quod ortum Corintho: fastidiendum, quod mercatore Demarato enitum: erubescendum, quod etiam exule*) Mox quæ sequuntur, non minus conspurcata sunt.

5 *Cæterum tam prosperum conditionis suæ euentum industrium pro inuidioso, glorioſum pro inuiso reddidit*) Quæ sic in Campensi. *Cæterum tam prosperum conditionis suæ euentu industrioſum, pro inuiso glorioſum reddidit*. Quo in codice supra, *inuiso*, interpretationis gratia annotatum, *inuidioso*. In Atrebatensi autem legitur ita: *Industrioſum pro indiuiso glorioſum reddidit*. In Pulmanniano: *Cæterum tam prospero conditionis suæ euentu industrioſum, pro inuidioso glorioſum reddidit*. Sic in Vvincheliano, sed aliquanto plenius, atque etiam rectius: *Cæterum tam prospero conditionis suæ euentu, industrioſum pro ignominioso, pro inuiso glorioſum reddidit*. Quam lectionem ambabus manibus acceptandam puto, licet dubitem, *Industrioſus*, an apud classicos nunc auctores reperiatur: atqui *industrioſissimè*, M. Cato originum secundo dixit, quod aduerbium ab *industrioſus*, deducitur. Citat Catonem Sosipater. Pleraque Gallia duas res industrioſissimè persequitur, rem militarem, & argutè loqui. Vnde colligo nomen hoc ipsum quoque apud veteres in vsu fuisse, quamuis apud nunc extantes vix reperiatur. Nec adeò quidem reiicienda videtur libri Cauchiani lectio, quæ sic habet.

Cæterum tam prosperum conditionis suæ euentum industria suæ pro inuidioso glorioſum reddidit.

6 *Dilatauit enim fines Ro. pop.*) Lege ex Campensi, *imperij fines*. In aliis codicibus tantum legitur: *Dilatauit enim fines, cultum deorum*, &c.

7 *Quod regem de finitimis potius mutuata esset, quàm de suis elegisset*:) Hæc elegantius in Pulmanniano, Colonensi, & Susiano: *Quod regem à finitimis potius mutuasset, quàm de suis legisset*. Mutuare namque etiam mutuo accipere significat: Sic Cæcilius. Ad amicos currat mutuatum mutuet causa mea.

8 *Seruili cognomine & regia appellatione perplexus*) Demonstrat hoc idem in antiquissimis Capitolinis matmoribus triumphorum eius titulus.

SER. TVLLIVS, REX.

Quo titulo & statuam insciptam fuisse autumo. Cum igitur nil præter prænomen, *Seruius*. Tullio adiungatur, idipsum rectè cognomen dixit, eo quod nomini iungitur. Nam si tertium aliud accederet, *Seruius*, prænomen diceretur ad differentiam alterius tertij quod tunc cognomen. Atqui tria nomina nobiliorum cùm fuerint Ausonio teste: Seruius rex ob ignobilitatem duo duntaxat habuit, atque ex his alterum seruilis conditionis indicem.

9 *Sordidissimæ mercis capturis inquinari solito*) In nullo veterum codicum *inquinari*, reperitur. At pro, *solito*, in Atrebatensi, *salito*. Verum correctius in Cauchiano legitur, *alito*. Melius, inquit Diomedes, dicitur alitus, quàm altus, vitandæ ambiguitatis gratia. Paulo post, pro, *Vires populi Romani*, quidam libri, *Vires reipublicæ*, legunt. Rursus mox sequens copulatiua, *quoque*, omnino superflua est, & manuscriptis exulat.

Universidad de Deusto Biblioteca

10 *Vt grauissimæ cladis auctori dictatura deferretur*) Veteres libri habent, *dictatura etiam differretur*. Recte.

11 *Mors Papia lege damnata est*) Papia lex de peregrinis vrbe pellendis, cuius Cicero meminit officiorum tertio, primum lata fuit anno vrbis DCXXCVIII. vt auctor est Dion. lib. 37. additque eandem exceptos fuisse peregrinos Italiam incolētes. Quomodo igitur Perpernæ pater lege Papia damnari potuit, qui sæculo fere hanc præcesserat? Et quomodo à Sabellis, qui montes inter Sabinos ac Marsos incolebant, quibuique cum aliis sociis ciuitas data fuit bello Marsio confecto, viginti amplius annis ante legē Papiam latam? Vel igitur aliam fuisse Papiam legem dicamus necesse est, multò ante Marsicum bellum promulgatam, cuius alij auctores non meminerunt: vel, quod potius autumo, nomen hoc in Valerio corruptum esse à librariis qui lubenter obscura nomina in celebriora solent mutare. Fuere quidem & aliæ prius leges de peregrinis pellendis latæ, vt ex Ciceronis eodem loco constat. Penni legem de peregrinis nominat Festus, latam, vt autumat Carolus Langius noster, vir ingenio singulari atque eruditione summa præditus, à M. Iunio Penno tribuno plebis anno v. c. DCXXVII. quo quæstor C. Gracchus fuit, atque spes ciuitatis accipiendæ sociis ab ipso iniiciebantur, vt idcirco cōtra Iuniam legem Gracchus tum dixisse videatur, quemadmodum Festus indicat, atque etiam Tullius in Bruto. Quæ Iunia lege potius, quàm Papia, quæ tum non erat, Perpernæ patrem mortuo filio consulari quadriennio antea, à Sabellis repetitū fuisse verisimile est. Attamen exemplaria Valerij omnia Papiam legem vocant, lector sequatur quod sibi visum erit.

12 *Abductum animum suum in intima conditionu humanæ, & in secessum pectoris repositos affectus scrutari coegit*) Rectius ac plenius in Campensi aliisque, *Abductum animum in-*

timæ conditionis humanæ in secessu pectoris, &c.

CAPITE QVINTO.

1 *Flagitijs disiici*) In Atrebatensi, Pulmanniano ac Susiano, *disyci*, habetur: in Campensi, Colonensi, & Vvincheliano: *disici*, Compositum verbum abiecere. Quam lectionem animaduertit etiam Gifanius noster, cuius correctiones in Lucretium poëtam nuper prodierunt. Et ante hoc verbum restituit Io. Pierius Valerianus, legendúmque esse docuit: *Discite compositam pacem* Æneid. VII.

CAPITE SEXTO.

1 *Augendo exercitum, trajciendóque in Africam*) Lege, vt in manuscriptis omnibus, *Augendo trajciendóque in Africam exercitu.*

2 *Consistebatq; in illis labor eius. in ijs remissio laborum*) In manuscriptis, *Consistebatq; in his labor eius, in istis remissio laboris.* Rectè.

3 *Myrtea vsus est*) Libri scripti habent, *Myrtea semper vsus est.*

4 *Inclytum ex Asia ducens triumphum*) *Indicum*, in manuscriptis legimus, pro *Inclytum*. De Indis triumphasse Bacchum fabulis poëtarum est notissimum.

CAPITE SEPTIMO.

1 *Minusq; prosper*) veteres libri omnes, *prosperus*, legunt. Quemadmodum Cicero de rep. VI. Deinde est hominum generi prosperus & salutaris.

2 *Prolato ab eo libro* V. C. *prolatum ab eo librum.* Melius.

3 *Neque enim adhuc puto eo malignitatis ventum*) Non male in Vvincheliano, *Neque enim huc puto malignitatis ventum.* Sic etiam legitur in Gemblacensi & Colonensi.

4 *Quan-*

4 *Quandoquidem fiduciam*) In manuscriptis, *Quamquidem ei fiduciam.*

5 *Qui ingenti frequentia*) In manuscriptis *quo.* Rectius, vt referatur ad diem Deinde, *Hæc ego*, ait, *Quirites*, veteres libri, *ego*, non habent, & otiosa vox est.

6 *Maiorem auctoritatem eius*) quinque libri correctius hæc: *Maiorem eius auctoritatis.*

7 *Æternæ memoriæ auctoritate tradendus animus*) vox *auctoritate*, in manuscriptis omittitur, & salua sententia abesse potest.

8 *Fiduciam non solum fortem, sed penè etiam temerariam, quæ duobus*, &c. *O fiduciam*, in Campensi recte legitur, vt sit exclamatio cum admiratione. Cuius item lectionis extant indicia in Atrebatensi, Gemblacensi, Colonensi & Vvincheliano, in quibus libris vox, *exhibens* omittitur, quæ profecto ex dictatis alicuius assuta est.

9 *Nam cum ex consule*) In Atrebatensi, *ex consulatu.* Melius, nam illa phrasis Gothica penè est.

10 *Quamq; scit se laudem meritam, eam etsi ab alijs non impetrat*) In manuscriptis hæc rectius. *Quamq; scit se laudem mereri, eam etsi ab alijs non impetrat.*

11 *Hos versus Græcos adiecit*) *Græcos*, ex annotationibus irrepsit, quare eiiciendum est è contextu, in manuscriptis enim non habetur.

12 *Illis se versibus quasi magistro vsum*) In Susiano *quasi magistris.* Non malè.

13 *Tenuioribus exemplis*) Veteres libri vno consensu, *tenerioribus*, legunt.

14 *Breuiter & abscisse*) *Axscise*, vet. lib. habent.

15 *Hispanias direptas, populi Rom. & Galliarum ac Liguriæ vires*) In Campensi hæc ita, *Hispanias ereptas populo Rom. Galliarum*, &c. Quæ magis probanda lectio videtur.

CAPITE OCTAVO.

1 *Aptum & animosum bona fiducia pectus*) Susianus codex

codex rectissime: *Apertum & animosum.*

2 *Quasi debitum opus superet, constantiæ repræsentare naturam. Natura enim sic comparatum est*) Locus interiectis glossulis mirè deprauatus: veræ tamen lectionis retinent vestigia manuscripti libri. Nam Colonienſis, Campensis, & Vvincheliānus sic habent: *Quasi debitum opus superest constantiæ repræsentatione. Cura enim sic comparatum est*, &c. Congruit item Atrebatensis codex, nisi quod, *reprehensione*, legat, pro *repræsentatione.* Susianus ac Pulmannianus licet nonnihil interpolati veram lectionem nobis produnt, reiectis iis quæ perperam inserta sunt, hoc modo: *Quasi debitum supersit opus constantiæ. Natura enim comparatum est*, &c. Atque hæc pulcherrimè, mox enim rationem reddit, cur de fiducia sui transeat ad constantiam.

3 *Tandem culpæ hostium tam iustus æstimator*) In manuscriptis melius, *Tam deinde culpæ hostium iustus æstimator.* Mox lege Campanum senatum, ex v.c. Ita etiam Cicero & Liuius frequenter Capuanos Campanos vocant, & ipse Valerius Capuam, Campanam vrbem, lib. VII. cap. VI.

4 *Euestigio Calenam transgressus*) In Atrebatensi, Colonienſi, Cauchiano, & Campen. *Cales transgressus.* Recte.

5 *Sicut erant tradita, reposuit*) Melius *retinuit*, vt in Susiano, Pulmanniano, & aliis habetur.

6 *Sæpè etiam spe bene gerendæ rei oblata*) In Atrebatensi, Campensi, & Susiano legitur, *Sæpe etiam, specie.* Eleganti locutione: est enim κατ' ἐφασιν, hoc est, simulatio, atque apparentia quædam speciesque absque re. Cicero de amicitia: *Quæ est enim ista ſ curitas ? specie quidem blanda, ſed reipſa à ſe multis locis repudianda.* Auctor de viris illustribus, cap. LXXIV. *Nasica vt inuidiæ subtraheretur, per speciem legationis in Asiam ablegatus est.*

7 *Succurrisse visus est*) In Pulmanniano, Atrebatensi aliisque, *succurrit*. Melius.

8 *Tantummodo manibus tribunorum pro Rostris Piso collocatus*) In Campensi aliisque, *Tantum non*, Optimè, ponitur enim pro, ferme vel quasi, & Valerio familiare est aduerbium, Græcis μονονχί.

9 *Quo quidem tam abscisso responso*) In manuscriptis omnibus *abscisso*. sicut antè.

10 *Nullis obuiam ire audentibus*) Veteres libri, *Nullo obuiam ire audente*.

11 *Cum clamor imperitæ multitudinis obstreperet*) Malim vt in manuscriptis, *Clamore imperitæ multitudinis obstrepente totum forum*, &c. vel vt in Gemblacensi: *Clamor imperitæ multitudinis obstrepebat*.

12 *Vt aut Cæsaris miles desinam, aut tuus esse incipiam*) In Susiano & aliis, *Vt Cæsaru miles esse debeam & tuus esse incipiam*.

13 *Dum aliud forte certioris curæ*) legendum, *citioris curæ* ex v. c. consensu.

14 *Quod quia incredibile existimabatur*) In manuscriptis: *Quod quia & incredibile videbatur*. Et statim postea, *Et dictabatur ab inimico*, pro, *dictabatur*.

15 *Adeo perseuerans constantiæ suæ propugnator extitit*: Multo melius in Campensi atque aliis, *sententiæ suæ*.

16 *Quia quod alius male consuluerat, bene gesserat: felicius illud existimans, hoc sapientius. Plerumque enim temeritatem casus iuuat*) Omnia admodum variantur in exemplaribus nostris, e quibus hic præfero Campense, cum sic habeat: *Quia quod alius male consuluerat, bene cesserat felicius hos existimans, illud etiam sapientius. Blandum animum sane temeritati casus facit*. Huic lectioni magna quoque ex parte astipulantur Colonienses, Vvincheliarus & Atrebatensis, in quibus hæc: *Etiam sane blandum animum temeritati casus iacit*. Atqui videtur quis excutiens hæc verba, *blandum animum* obscura forsan lectu, mutasse in, *plerumque enim*, deinde reliqua his accommodasse. Mox sequitur.

17 *Vbi praua consilia proprius aspirat*) In Campensi, Pulmanniano aliisque, *propitius*. Rectè meo iudicio. Et turpius in Campensi *Insperatius prodest*, non *desperatius*, vt vulgo.

18 *Aliquanto præstantius perseuerantiæ exemplum*) In manuscriptis. *Aliquanto præfractius*. Et paulo post, *errore instincta*, non *instructa*, vt in vulgatis.

19 *Proximum, & si non eiusdem splendoris est, tamen constantiæ certum haberi potest experimentum, efficacis operæ forensis, fidei non latentis*) Mirè & hanc periodum variant exemplaria, ex his Susianus liber planè diuersus est, & vix quicquam prodit sani. In Vvincheliano sic legimus. *Adeoque certum constantiæ experimentum, tamen efficacis operæ forensis*, &c. In Atrebatensi item malè: *Adeoq; certum constantiæ haberi potest experimẽtum efficacis operæ*, &c. In Campensi deinde sic, *Adeoque certum constantiæ haberi potest experimentum cum efficacis operæ, tum fidei non latentis*. Ex his itaque meliorem hanc lectionem elicimus adiungendo vulgatis particulas à librariis omissas: *Tamen adeo certum constantiæ haberi potest experimentum, cum efficacis operæ forensis, tum fidei non latentis*.

20 *Victoriam nescio laude, an tormento maiore partam*) In Susiano, Vvincheliano, & Pulmanniano: *tormento maiore consecutus*. Recte. Et postea in fine exempli: *ipsum vicit Ephialtes*. Nomen *Ephialtes* omittitur; quod e glossis assutum.

21 *Subito deinde ex nimio hausta, rigore obstupefactus nervus*) Legendum ex v. c. *Ex nimio hostis rigore*. Non enim bibit aquam Alexander, sed immersus rigorem hausit corpore.

IN QVARTVM LIBRVM.

CAPITE PRIMO.

1 *Qui populi maiestatem venerando Publicolæ cognomen assecutus est*) Manuscripti omnes *Publicolæ nomen*, legunt. Equidem animaduerto Valerium aliósque veteres ferè quodcunque proprium, seorsim positum, simpliciter nomẽ appellare: si alterum iungatur eidem conueniens, quod gentis vel familiæ non est, cognomen, si tertium, quod ex his gentilitio præponitur, prænomen dicere. Cæterum *Publicola* scribitur in vulgatis, ac manuscriptis vbique: antiquissima tamen marmora docent, *Poplicola* scribendum esse, quibus adstipulatur ipse Valerius affirmans Valerium populi maiestatem colendo hoc nomen assecutum esse. Sed vide annales nostros.

2 *Atque ideo à consule in vincula publica duci iussus esset*) Non à consule, sed à prætore Terentio dicit Liuius. Quare consulem hic Valerius prætorem appellare videtur.

3 *Eundem ipsum duci*) In Vvincheliano, *eodem ipsum duci*. Rectè.

4 *Solemni eius precationis carmine præiret*) In manuscriptis, *Solemne ei precationis carmen præiret*. Multo melius. Sic Liuius, *Præeuntibus execrabile carmen sacerdotib.* Cic. pro Milone: *Vt vobis voce præirent.*

5 *Ne ego in tua persona & accusatoris, & testis, & censoris, & iudicis partes egisse videar*) In quatuor manuscriptis ita: *Ne ego in tuam personam & accusatoris & testis & iudicis partes*, &c. *Et censoris*, superfluum est, quod in vulgatis libris assutum ex glossemate aliquo videtur.

6 *Sed cum magna mihi & multa breuiter dicenda sint, claritate excellentibus infinitis personis, rebusq; circumfusus. Virumque præstare non possim*) In Vvincheliano & aliis apertius hæc & elegantius exprimuntur, *Sed cum & multa breuiter dicenda sint de claritate excellentibus viris, sermo infinitis personis rebusq; circumfusus virumque præstare non potest.*

7 *In quacum ei forte ludos Trallibus spectanti literæ redditæ essent*) Sic etiam in manuscriptis, exceptis Colonienſi, & Cauchiano exemplaribus, in quibus *Ludos theatrales spectanti*, habetur. Et sanè nomen loci illius diuersimodè proditur Liuius enim Rhodij exulasse Numidicum scribit, Auctor de viris illustribus Smyrnæ.

8 *Porcium nomen velut expers huiusce gloriæ silentio prætereundum se negat. Posterior Cato non paruo*, &c.) Truncum locum esse ex veterum librorum consensu colligere est. Plura enim exemplaria sic habent, *Silentio prætereundum se negat fieri debere.* Campense autem, *Silentióne prætereundum*, &c. Equidem puto particulam *se* istic ociosam esse, atque eius loco substituendam interrogationis notulam, eaque ratione Valerium integritate suæ restitui posse, si legamus: *Tot familijs in vno genere laudu enumeratis, Porcium nomen velut expers huiusce gloriæ silentióne prætereundum? Negat fieri debere posterior Cato, non paruo summæ moderationis fisus indicio.*

9 *A Gabinianis militibus Ægypti occisos cognouit*) In Campensi: *A Gabinianis militibus occisos esse cognouit.* Vox, *Ægypti*, sanè superabundat.

10 *Inimici asserentis malignitas*) Libri manuscripti habent, *Inimicitias serentis malignitas.* Non reprobanda lectio, quamuis delatores inimici verè possunt appellari.

11 *Sed potius vehementer aduersario vrgeri*) Colonienſis & Vvincheliani collegij liber, *vehementi.* Rectius.

12 *Tyrannidem à ciuibus Mitylenæ delatam*) *Mitylenæ* vox, in nullo veteri libro reperitur. Atque hæc eiusque generis plurima se ex interlinearibus exemplarium glosſulis operi insinuarunt in contextum Valerianæ orationis negligenter à librariis omissa.

13 *Hoc fortunam dultus emisse dicente*) Manuscripti libri

tres. *Hoc se fortunam tractus emisse dicente.* Rectè, ait enim verticulum traxisse piscatores.

14 *His verbis Græcis*) Vox *Græcis*, glossema est, quæ quidem in manuscriptis nō reperitur. ἔχρυσε μιλήτε, &c. neque item oraculi versus ille prior. Vnde colligo Valerium solummodo posteriorem, quo Apollinis responsum continetur posuisse, prioremque addidisse postea librarios ex Diogene Laërtio, qui ambos versus recitat.

15 *Tum illi consensit Tholeti mensam*) In Campensi, & Cauchiano: *Tum Milesij consensit Thaleti mensam.*

CAPITE SECVNDO.

1 *Transgrediamur ad egregium humani animi affectum, quem ab odio ad gratiam deflexum*) Duæ voces, *affectum quem*, à sciolis sunt infarcitæ perperam, quæ in manuscriptis non habentur, plurimumque obscuritatis exterminatæ secum abducunt, sententiamque Valerij nostri non solum elegantem, sed etiam ex nubila claram ac serenam linquunt si legamus: *Transgrediamur ad egregium humani animi ab odio ad gratiam deflexum, & quidem cum lato stylo prosequamur. Nam si placidum mare ex aspero*, &c. *si bellum pace mutatum*, &c.

2 *Atque in animum induxit, & iudicem, & prætorem & testem, Vestæ eadem intuens, amicum Lentulo agere. Intra quem ille salutem eius*) Locus est corruptissimus, cuius quidem vera lectio remanet in veteribus libris, qui pari suffragio voce, *testem*, reiecta, hæc ita produnt: *Atque in animum induxit & iudices & prætorem & Vestæ eadem intuens, amicum Lentulo agere: inter quæ ille salutem eius*, &c. In Pulmanniano & Susiano habetur, *Et iudicem & prætorem & testem eadem intuens*: sed perperam. Quæ quidem lectio videtur vulgatos item libros depravasse.

3 *Factum propter nimiam & eximiam humanitatem*) Duo verba, *nimiam &*, veteres codices non admittunt, & quidem ociosa sunt.

CAPITE TERTIO.

1 *Ibi iniuria dominatur, infamia flagrat, igitur contrarios his tam diris*) Desiderantur quædam verba, nam plenius hæc ita habentur in Campensi, Colonienſi, & Cauchiano. *Ibi iniuria dominatur, infamia flagrat. Quibus longius relictis, contrarios tam diris vitijs mores commemoremus.* Cuius lectionis extant item vestigia in Atrebatensi libro.

2 *Totius Græciæ vrbes*) Veteres libri, *Tot Græciæ*, at in Campensi, *Tot egregiæ vrbes.* Quod non displicet, subiicit enim potestati Catonis non solum Græciam: sed & maritimam partem Asiæ ciuitatibus opulentissimis inclitam.

3 *Drusum etiam Germanicum eximiam Claudiæ familiæ gloriam, fratrem Tiberij, patriæ, rarum ornamentum*) Glossema est, *fratrem Tiberij*, quod ex septem manuscriptis omnino excluditur.

4 *Idemq; fortitudinis perfectissimum specimen*) In Io. Cauchij libro *perfectissimum specimen.* Melius.

5 *Ac ligneo catino cœnantem*) Campensis liber aliique tres, *Atque ligneo catillo cœnantem.* Eleganter: rem enim attenuat ipsa dictio diminuta. Aquam bibere catillo, Plinius dixit libro XXX. cap. VI.

6 *Decem aris, & quinque pondo argenti, totidem seruos sibi missos*) Gellius libro primo cap. XIV. huius historiæ meminit ex Iulio Hygino, sed non expressa summa, grandem pecuniam domo ablatam scribit: verùm quàm tenuis hæc summa Valeriana? quæ procul dubio numerorum notis interuersis, est depravata: attamen ex manuscriptis quod adferam melius non habeo, Gemblacensis liber XV. pondo argenti prodit.

7 *Quo uti consul non erubuit*) In Vvincheliano, Co-

lonienſi, & Gemblacenſi rectè: *Qua tunc conſul vti non erubuit.* Et remanent eius quoque veſtigia in aliis libris.

2 *Q. Fabius Gurges, C. Numerius Fabius Pictor Q. Vgolinus ſe ſubſcripſerunt*) Mirificè corruperunt hæc legatorum nomina librarij, quæ item variantur in manuſcriptis. In Iacobi Suſij libro, poſteriores duo vocantur, *Q. Numerius Pictor, Q. Ogolinus.* In Pulmanni item eodem modo. In Cauchiano, Colonienſi, & Vvincheliano, *Cn. Fabius Pictor, Q. Vgolinus.* In Campenſi, *C. Numerus Pictor, Q. Vgolinus.* In Atrebatenſi denique & Gemblacenſi, *Numerius Pictor, Q. Ogolnius ſubſcripſerunt.* Ex his omnibus reſtitui poſſunt hoc modo nomina, *Q. Fabius Gurges, C. N. Fabij Pictores, Q. Ogolnius ſubſcripſerunt.* Atque ita etiam antiquis Romanorum faſtorum tabulis reſpondebunt, C. enim Fabius Pictor cum Q. Ogolnio conſul fuit, Numerius poſteà cum D. Iunio. Meminit huius abſtinentiæ annalium ſecundo Zonaras, ſed legatos non nominat. Vide annales noſtros.

9 *Sed abundè erit ex his duo exempla longè inter ſe diſtantium ſeculorum retuliſſe*) Hæc alio ordine in manuſcriptis, *Sed abundè erit longè inter ſe diſtantium ſæculorum duo ex his exempla retuliſſe.* Vtraque bona lectio, ſed hæc vincit librorum veterum conſenſu.

10 *Haud ſcio maiore cum gloria huius vrbis, armis, quam moribus repulſus ſit.* In Campenſi aliiſque, *Huius vrbis moribus quam armis.*

11 *Vulgi manibus diripiendos obiecíſſent*) Libri veteres, *obiecíſſent.* Melius.

12 *Qui ciuili luctu prædam peteret*) In Pulmanniano, & Campenſi, *Qui è ciuili iactura.* Eleganter alluſione facta ad illam tempeſtatem rei publiquam procellam vocat.

13 *In pernigilio Phryne nobile Athenarum ſcortum iuxta eum vino grauem occubuit*) In manuſcriptis concinnius ac me

melius ſic: *Phryne nobile Athenis ſcortum iuxta eum grauem in pernigilio occubuit.*

14 *Quo ad volauerat in ſinus ſuo moratam*) In Vvincheliano, *morari.*

15 *Conſtantiſſimam eius continentiam*) In manuſcriptis, *abſtinentiam.* Rectè: nam paulo ante idem vocabulum occurrit.

16 *Si Dionyſio adulari velles*) In manuſcriptis ſimul omnibus, *Si Dionyſium adulare velles.* Et poſtea, *Non adulares Dionyſium.* Antiquè dictum. Sic Lucretius lib. v. de canibus:

Longe alio pacto gannitu vocis adulant. Item Accius Prometheo:

Pinnata cauda noſtrum adulat ſanguinem.

Atque Columella libro VII. cap. XII. de canibus. *Quod illi quoque ſirem adulant, vt in V. C. patroni optimi Marcelli Cerrini Pont. Max.*

CAPITE QVARTO.

1 *Ornamenta ſua pulcherrima ſæculi illius ei oſtenderet*) In Vvincheliano & Pulmanniano, *Ornamenta ſua ſæculo illo pulcherrima oſtenderet.*

2 *Ita exinčti, hodie quod ampliſſimum eſt*) In manuſcriptis, *Ita & extincti hodiéque ampliſſimum eſt patrimonium.* Pulchrè.

3 *Et ſalinam habuit. Sed eo lautius Fabricius*) Veteres libri, *ſalinum, lautior,* habent. Quæ præferēda eſt lectio.

4 *Imperatores accerſebant*) *Aſſerebant*, in manuſcriptis omnibus. Et in ſequenti exemplo, *Semen aſpergentem viderunt.* Corrigendum, vt eſt in Gemblacenſi, *Semina ſpargentem viderunt.*

5 *Anxia diuitiarum comparatio*) In Campenſi, Vvincheliano, aliiſque, *Nimis anxia.* Rectè.

6 *Et agrum alij villico colendum locari*) Manuſcripti libri aliquot habent, *Et agrum adili ilico colendum locari,*

At in Campensi, Gemblacensi, & Atrebatensi optimè: *Et agrum Atilij ilico colendum locari.*

7 *Iuq; maximo circo Flaminio spectaculi locus*) lege ex veterum librorum consensu, *Iuq; maximo & Flaminio.* De vtroque enim circo, qui duo tunc Romæ erant, loquitur.

8 *Filiam ei nuptui dedit, cuius pecunia tam ieiunos penates videbat*) Veteres libri multo hæc elegantius: *Filiam ei nuptum dedit, cuius penates tam ieiunos pecunia videbat.* Sic Plautus Casina, *Vt detur nuptum nostro villico.*

9 *Ac puellam nuptui dedit*) *Nuptum* In manuscriptis, sicut & antea.

10 *Vt Tatia Cæsonis filia*) *Accia*, in scriptis codicibus.

11 *Quia cum quingentis milibus æris*) Magis placet numerus qui est in Vvincheliano. *Quia cum quinquaginta milibus.* Alter enim nimis amplus esset pro eius sæculi paupertate.

12 *In hac enim ille pecunia futurus senatus princeps*) In Atrebatensi & Susiano, *Hac ille pecunia*, Malim tamen vt in Campensi, *in hac penuria ille futurus senatus princeps nutritus est spiritus.*

13 *Nullum autem vel admodum ponderis argentum*) Veteres libri, *Nullum aut admodum parui ponderis argentum.* Melius.

14 *Indigentia domestica, impensa funera*) In Vvincheliano & Susiano: *Indigentia domesticæ impensa funera*, male. In Campensi, *Indigentia domi impensa funera.* Vnde colligo legi posse rectius: *Indigentia domi, publice impensa funera.* Nam videntur duas voces *domi publice* in vnam domestice, contraxisse librarij.

15 *Quid ergo mendicam fortunam*) In manuscriptis, *accediam fortunam.* Rectissimè.

CAPITE QVINTO.

1 *Effecitq; vt acres deorum iræ modestiæ ipsius moribus reputarentur*) In Susiano, Campensi, & Atrebatensi, *vt acies* habetur. Rectius in Cauchiano, *vt clades.*

2 *Nec non etsi maximo verecundiæ precio Scipio tunc honorem adeptus est*) Duplex exemplarium lectio est, neutra quidem contemnenda. Namque in Susiano & Pulmanniano sic: *Tunc etiamsi maximo verecundiæ precio Scipio tunc honorem adeptus est.* In aliis autem ita, *Nec minimum est verecundiæ precium: Scipio tunc honorem adeptus est.* Et hæc quidem lectio mihi Valerij stylo vicinior videtur. At posteriores librarij ex duabus vnam vulgatam fabricarunt, *nec minimum*, mutantes in *necnon*, & reliqua ex altera priori lectione accommodantes.

3 *Quo diuinus spiritus mortali secernebatur à corpore*) Libri veteres omnes, *discernebatur*, habent. Et rectè, nam proprie decernere significat separare & diuidere. Vnde discerniculum, acus qua capilli mulierum ante frontem discernuntur, Varrone, ac Nonio Marcello auctoribus.

4 *Vt inferior pars corporis testa collaberetur*) In Cauchiano: *Vt inferiori parte.* Melius.

CAPITE SEXTO.

1 *Præcipuum uxoriæ fidei specimen tantum non nostris ostentet oculis*) *Tantum non*, omittitur in manuscriptis, & superuacuum haud dubio est.

2 *Quos Spartana ciuitas respectu Tyndaridarum*) In Vvincheliano plenius: *Quos Spartana ciuitas recepit respectu Tyndaridarum*, &c. Itaque parenthesi in sequentibus non est opus.

3 *Coniuges eorum illustris sanguinis*) Manuscr. sic, *Illustris ibi sanguinis velut allecturæ peritoros roaritos.*

CAPITE SEPTIMO.

1 *Itaque celerius sine reprehensione propinquum auersere, quam amicum: quia altera diremptio vtique iniquitatis, altera leuitatis crimini subiecta est*) In manuscriptis hæc elegantius ita leguntur, *Itaque celerius est sine reprehensione*

propinquum auertere, quam amicum, quia altera diremptio iniquitatis altera vtique leuitatis crimini subiecta est. Ait enim, propinquum auertere, iniquitatis: amicum, leuitatis etiam esse. *Vtique* hoc loco non solum complet, sed auget quoque. Quemadmodum & Tullius vtitur ea dictione: *Nam & Piliæ satisfaciendum est, & vtique Atticæ.* lib. XII. epist. ad Atticum.

2 *Quis etiam non sapientem*) In manuscriptis, *Quis non etiam*, Rectè

3 *Quousque Volumnij constantem*) In Cauchiano, *T. Volumnij.* Quod prænomen in aliis exemplaribus intercidit.

4 *Quoque illum mirabiliorem redderet*) Lege, *miserabiliorem*, sic enim omnia habent exemplaria, & sententia erit illustrior.

5 *Loquatur nunc Græcia nefandi Pirithoi amoribus subscribentem*) In Cauchiano, Campensi, & aliis: *Loquatur Græcia Theseum nefandis Pirithoi amoribus subscribentem.* Meliore ordine, vt & reliqua quæ sequuntur.

6 *Pari enim inclytæ amicitiæ ausui par gloriæ portio asserenda est*) Præfero Atrebatensis ac Susiani libri lectionem, quæ Valeriani styli antiquitatem sapit: *Pari etenim & inclitæ amicitiæ auso par gloriæ portio anferenda est.* Et in Susiano, Campensiq; extant eius lectionis reliquiæ.

7 *Ita alterius fato verecundia, alterius pietas causam præbuit*) In Vvincheliano, *alterius fato magnanimitas.* Multo melius. Voluit enim mori Cælius, ne in hostium veniret potestatem: magnanimitas igitur, quæ victori victum substerni non passa est, mortis causam præbuit.

8 *Orere igitur ab illa*) In Pulmanniano & Susiano, *Prodite igitur.*

9 *Alterum virorum, alterum deorum maximum amicum*) In iisdem libris: *Alter virorum, alter deorum.* Rectè.

10 *Idemq; caput suum subiecerat*) Campense exemplar, *Et eidem*, habet: alia, *Eidémque*, Melius.

11 *Vlti*

ma) In Vvincheliano, *vt vna*, In Atrebatensi, *vtuma*, perperam. Legendum puto, *intima culturum benevolentia.*

12 *Quod priuatim quoque merito veneror*) Hæc quidem superiori exemplo sunt connectenda, velut etiam demonstrant exemplaria manuscripta. Non enim se cum Pompeio suo velut exemplum amicitiæ adducit, quod quidem facere sine arrogantiæ nota non posset. Verum amicitiæ Alexandri Magni, atque Ephestionis occasione similem clarissimi viri Sex. Pompeij erga se benevolentiam ac humanitatem gratitudinis causa testatur.

13 *Gratiam meam, quantacunque cum ijs fuit qui ea vti voluerant partitus*) Manuscripti libri hæc meliore ordine luculentius exprimunt hoc modo, *Gratiam meam, quantacunque fuit, cum his qui ea vti voluerant partitus.*

14 *Ne vt aliens malis*) Particula *vt* superflua est, quæ in v. libris omittitur.

CAPITE OCTAVO.

1 *Ad propriam rem proiectum*) Lege, *ad proprium dolorem*, vt est in Campensi. In aliis perperam habetur *decorem*, in aliis *ardorem.*

2 *Dono autem ipsi gratiam & magnitudo sua*) Supereſt copula, quæ neque habetur in Pulmanniano vel Susiano.

3 *Si animo prærogantis*) *Erogantis*, Optimè, vt in Campensi & Cauchiano.

4 *Cum ad insigne spectaculum*) *ad Isthmicum*, In Atrebatensi aliisque. Sic etiam Plutarchus in Flaminio. Liuius tamen, Nemea dicit fuisse.

5 *Quintus Flaminius*) Legendum ex v. c. *T. Quintus Flaminius.*

6 *Non solum quod ipse benignè tribuit, sed etiam quod alio tribuente sensit communicarat*) Dictione vna omissa de-

pra

prauatus est locus, quæ inter lineas in Campensi est annotata. Vnde hoc modo restituendum esse opinor: *Non solum quæ ipse benignè tribuit, sed etiam quæ alius ipsi tribuente seruit, commemorari.* Excusat enim Valerius, quod nimis forsan verbosè gaudium ac gestus Græcorum in expiando datæ libertatis nuncio descripserit.

7 *Vt enim illic commemoratæ, ita hic redditæ laudis commendatio est*) Placet Vvincheliani & Colonienſis codicum lectio, *vt enim illic collatæ*, & reliquam Campensis libri adiungo, *ita hic repetitæ laudis commendatio est.* Ex quibus primum verbis hauries veram Valerij sententiam, quæ quidem pertinet ad antedictam excusationem. Ait enim Græcos in conferenda Romanis ob libertatem datam laude, se quidem in eadem scriptis repetenda commendari debere. Lapsus profecto supinè librarius priorem sententiam corruptè scriptam non intelligens: & sic error errorem traxit, qui ex inepta repetitione verbi *commemorari* potest colligi.

8 *Trecenta milia modiorum tritici, ducenta hordei, auriq; ducenta & quadraginta pondo*) In Atrebatensi, Gemblacensi, Pulmanniano & Colonienſi sic: *Trecenta milia modium tritici, & ducenta milia hordei.* Plenè ac correctè: Auri autem pondo fuisse Liuius dicit CCCXX. modo non fallant numerales notæ.

9 *Libentiq; animo annonæ subsidia tribuebantur*) Veram lectionem præfero quæ est in manuscriptis omnibus: *Labentique annonæ subsidia oriebantur.*

10 *Dotes virginibus paupertate pressis subsidia, detrimentorum incursu quassatis solatia erogabantur*) Tolle vocem *subsidia* quæ haud dubiè ociosa supereſt, atque ita lege ex V. C. *Dotes virginibus paupertate pressis, detrimentorum incursu quassatis solatia erogabantur.* Solatium pro subsidio posuit etiam L. Florus auctor non contemnendus, cuius verba, quia in vulgatis libris non haben

habentur adiungam. Sunt autem libro II. cap. VII. Vbi de Rhodiis, *Aderant*, inquit, *Rhodij nauticus populus. Nam Rhodos opinatissima insula, & totius Asiæ insularum metropolis cum penè omnibus Cycladibus arma pertimescens Romana iamdudum se fœderatam populo illi coniunxerat, & nauali bello solatia condonabat.* Pulchrè opinatissimam vocat Rhodon: quòd victorias Romanorum opinari ac quasi præuidere potuerant, quia Soli sacra insula est, prouidentiæ ac diuinationum præsidi.

11 *Agrigentina ciuitas*) In Atrebatensi codice *Agragantina* habetur. Antiquè & Græco more. Repetimus enim argenteos nummos cum titulo huius ciuitatis AKPAIANTOΣ. Et Plinius Agragantinum bitumen dixit libro III cap. VIII. Item Vergilius Æneidos III *Arduus inde Agragas ostendit maxima longè.*

IN LIBRVM QVINTVM.

CAPITE PRIMO.

1 *Tantum hostium exercitum dimissum*) Deest vna dictio, quæ quidem est in Colonienſi, & Campensi, sic: *Verum tantum hostium*, &c. Sunt eius vestigia in Atrebatensi, in quo perperam, *Expletissimos rerum*. pro, *explentes Veram.*

2 *Quibus ipse bene ac tutò cum suis in Africam trajiceretur*) In veteribus libris: *Quibus se bene ac tuto cum suis in Africam trajiceret.* Sic D. Brutus ad Ciceronem familiar. XI. libro *Si se Alpes Antonius traiecerit.*

3 *Pro quo fortissimè pugnant*) In manuscriptis: *dimicans.*

4 *Quid de Q. Crispino loquar, cuius humanitatẽ*) Legendum vt

vt in veteribus libris, *Quid de Quinctio Crispino loquar, cuius mansuetudinem*, &c.

5 *In quo scelestâ exercetas arma*) Melius *scelestæ*, sicut in Campensi, Vvincheliano, Colonienſi & Atrebacensi.

6 *Huic fasto par eiusdem viri humanitas*) Hoc quidem loco duorum Scipionum acta perperam vni Æmiliano adscribuntur: nam exemplum hoc posterius Liuio teste non ad Æmilianum, sed auum eius superiorem Africanum, qui eo humanitatis edito exemplo Massanissam, tum adhuc hostem, Romanis primum conciliauit. Atqui hunc tam pudendum errorem, non imperitiæ vel negligentiæ auctoris adscribo, qui immerito sæpe vapulat à doctis: sed eorum temeritati atque ignorantiæ, quibus hoc tam concinnum opus destruere, atque in epitomen contrahere visum fuit, sicut & antea conquestus sum. Constat autem consuta hæc exempla esse, vel hoc indicio, quòd in Campensi legatur, *Huic facto par eiusdem aui humanitas.* Verissimè, nam de superiore Africano hic loquitur Valerius: sed qui hoc exemplum priori connectere voluerunt, *eiusdem viri* scripserunt, atque finem exempli insuper accommodantes pro sua libidine mutarunt, cum legi debeat hoc modo.

7 *Eos igitur victoriæ maximos fructus rati Romani, dijs templorum ornamenta, regibus sanguinem suum restituere*: quemadmodum in Campensi legitur.

8 *Sermonéque grato ad spem exhortatus est*) Rectè in manuscriptis, *Et Græco sermone ad spem exhortatus est.* Astipulatur Liuius lib. XLV. idem referens: *Hæc* (inquit) *Græco sermone Perseo Latinè deinde suis.* Nec ociosè hoc annotatum ab historicis velut humanitatis ac benignitatis indicium, cum alioquin ex maiestate Romani populi atque auctoritate magistratuum soleat esse, Græcos exterósque nisi Latine alioqui, vt ipse Valerius libro secundo, cap. 11. auctor est.

9 *Lateri suo proximum in consilio sedere fecit*) In manuscriptis, *sedere iussit.* Melius.

10 *In summo terrarum orbe*) Lege ex manuscriptorum librorum consensu, *In suo modo terrarum orbe.* Quod approbo: non enim sine sale hoc dictum existimo, nam paulo ante imperij Romani summam Pompeius consensu senatus rexerat, atque etiam tribus suis triumphis de toto terrarum orbe triumphasse vulgo ferebatur. De quo vide nostros annales in eius triumpho Asiatico.

11 *Corpus frigore duplicatum*) Corrige; *Complicatum*: vt habent veteres plerique codices.

12 *Quis autem illam oculari non curaret*) Veteres libri, *non curreret*, quod habet maiorem emphasim.

13 *Eam ex tyranni ore de humanitate manasse*) Rectè in Cauchiano, Gemblacensi & Pulmanniano; *Eam ex tyranni ore manasse.* Reliquum est glossema superfluum, atque omnino reiiciendum.

14 *Audierat apud quosdam in conuiuio Tarentinorum patrum honoratum de se sermonem habitum*) In manuscriptis ita; *Audierat quosdam Tarentinorum in conuiuio patrum honoratum de se sermonē habuisse.* Non contemnenda lectio.

15 *Ipse cum ornatu equitum extra portam occurrit*) In Vvincheliano, & aliis; *cum armato equitatu.* Rectè.

16 *Orbosque & truces hostium mollit oculos*) In Cauchiachiano, *Torusque.* Melius.

CAPITE SECVNDO.

1 *Gratas vero animi significationes, & ingrata facta libuit oculis subijcere, vt vitio ac virtuti insita merces*) Hæc meliore ordine in Campensi ac aliis: *Gratas vero ingratasque animi significationes & facta libuit oculis subijcere, vt virtuti ac vitio*, &c. Ac tali ordine rem prosequitur.

2 *Qui laudem, quàm qui reprehensionem merentur*) In manuscriptis, *Qua laudem, quàm quæ reprehensionem*, &c.

3 *Quæ Quintio & Minutio consulibus*) Perperam, non enim collegium hoc consulum eo sæculo reperitur. At in Campensi, rectè: *Nautio & Minutio*. Et in aliis exemplaribus eiusdem nominis remanent reliquiæ. Nam in Attebatensi, & Colonienſi, *Nuntio*, in Vvincheliano, *Nattio*: & in aliis, *Genutio* legitur, pro *C. Nauccio*. Sed discrepat in historia Valerius à Liuio & Dionysio, alios fortè sequutus annales: hi enim triennio postea Tusculanis datum auxilium tradūt, verum his cossiuuentutem vltro arma cœpisse contra Sabinos scribit Liuius. Quod etiam in annalibus magistratuum suo loco annotaui.

4 *Quinque consulatibus salubriter reipub. administratu*) Veteres libri legunt, *salutariter*. Vocabulum Ciceroniano sæculo non insuetum.

5 *Fabio autem etiam incolumi*) Legendum, *Fabio alteri etiam incolumi*, alioquin enim Rulliano, cuius ante ante meminit, hæc adscribi videbuntur.

6 *Geminum ea re decus imperatoru*) Correctius hæc in Vvincheliano, & Colonienſi, *Geminatum ea die decus imperatori*) Astipulantur & alia exemplaria quamuis deprauate scripta.

7 *Quam alijs victorijs cognomen assecutus*) Non puto Q. Metellum victoriis aliquod cognomen assecutum fuisse, vt hic Valerius videtur dicere: sed Numidici patris per iniuriam pulsi reditum continuis lacrymis & precibus efflagitando Pij cognomen meruit, velut etiam auctor de viris illustribus cap. 63. scribit. Legendum igitur, vt in Campensi, aliisque manuscriptis habetur, *Tam clarum lacrymis, quàm alij victorijs cognomen assecutus.*

8 *Q. Calidio prætore candidato*) *Q. Calidio præturæ candidato*. Rectè in Campensi.

9 *Quæ*

9 *Quæ pater in ciuitatem restitueretur*) In manuscriptis, *pater eius.*

10 *Dictator enim priuato Pompeio*) Lege in Cauchiano & Vvincheliano, *Dictator enim Pompeio etiam priuato.*

11 *In summo splendore etiam sordibus gratu locus*) In Campensi & Colonienſi, *sordidus*. Rectè.

12 *Beneficio enim Scipionis & persuasa regni modo liberius auctus*) Locus est mutilus, vt exemplar Cauchianum demonstrat, in quo sic, *Beneficio enim Scipionis, & Romanorum amicitia, & Persæi regnis liberaliter auctus.* In aliis vero exemplaribus habetur, *pernasi regni modo liberius* Mendosè vtrobique, non enim Persæi, sed Syphacis regno auctus Massanisa fuit. Quare legendum arbitror, *& peramplı regni modo liberaliter auctus.*

CAPITE TERTIO.

1 *Incrementum latissimum*) *Latissimum*, in manuscriptis. Eleganter sanè. Sic lætas segetes etiam rustici dicunt, vt Cicero de Oratore.

2 *A Lucio enim Apuleio*) Cauchij liber rectè, *Siquidem à L. Apuleio.*

3 *Carthaginis dominam*) *Immo Africæ*: vt in Pulmanniano & Susiano.

4 *Ciuitatu ignobilu eum ac desertæ paludis accolam fecerunt*) In Campensi, Cauchiano, Colonienſi, & Atrebatensi, *Ciues ignobilu eum.* In Vvincheliano, *Vici ignobilu eum.* Vtrinque mutile. Legendum itaque, *Ciues vici ignobilis eum ac desertæ paludu accolam fecerunt.* Non enim ciuitas Liternum, sed Campaniæ vicus obscurus alioquin.

5 *Faucibus oppressam rempub.*) Opinor legendum esse, *faucibus apprehensam.* In Campensi legitur *apprehensam*: quam vocem scioli imperitè mutarunt in *oppressam.*

6 *Hala vero cum magistrum equitum Sp. Malium*) Lego

sic: *Abala vero, cum magister equitum.* Ipse enim magister equitum, non Sp. Mælius erat. In Colonienſi vocatur *Habala.*

7 *Quo enim nimbo qua procella verborum*) Nimbum verborum neſcio an quis dixerit. Malo itaque legere vt eſt in Atrebatenſi; *Quo enim Iambo, qua procella verborum.* Nam ἀπὸ τῦ ἰαμβίζειν dicitur, id eſt, à proſcindendo, *Archilochum proprio rabies armauit Iambo.* Horat.

8 *Quod L. Cæſarem*) *C. Cæſarem* manuſcripti codices appellant. Rectè, fuit enim C. Cæſar orator à cliente ſuo proditus, & in villa occiſus, cum ædilis curulis tantum fuiſſet, frater L. Cæſar conſularis & cenſorius ad buſtum Varij occiſus eſt, vt idē noſter lib. 9. cap. 2. aſſerit: vtriuſque capita C. Marius victor in roſtris exponi iuſſit, vt Cicero de Oratore tertio, Appianus ciuil. primo.

9 *Vt puto hactenus ſæuire aduerſus optimè meritum abundè duxerunt*) Falſa atque imperfecta eſt ſententia, ſed aliquanto melior in Suſiano & Pulmanniano; *Sed, vt puto, hactenus ſæuire aduerſus optimè meritum, ſatis abundè duxerunt.* Conſtabit omnino ſi per negationem finiatur altero aduerbio, quod ſuperfluum eſt, abiecto ſic: *Sed, vt puto, hactenus ſæuire aduerſus optimè meritum abundè non duxerunt.*

10 *Quæ ad parendum honorem potentiſſimæ iudicantur, clementia & liberalitate inſtructiſſimus*) In Campenſi & Atrebatenſi, *ad parendum hominem.* In Pulmanniano & Suſiano, *ad parendum hominum genus*: mendosè. Sed in Vvincheliano legitur, *ad paciendum hominem.* Hinc puto reſtitui poſſe, *ad pacandum hominem.* Deinde, pro *clementia & liberalitate*, Campenſis liber habet, *eloquentia & integritate*: quas virtutes in Phocione laudant mirificè Plutarchus & Probus, aliique auctores. Liberalis, me herele, non potuit eſſe, cum pauperrimus ſemper fuerit.

11 *Sine quo vix vita hominum exiat*) In Campenſi, Suſiano & aliis, *vita hominum conſtat.* Melius.

12 *Diſcordes ſoci tui, paciſq; diuidua tuguria Græcia facta ſunt columen. Lucet Marathon Perſicis trophæis*) Locus eſt valde incorrectus & obſcurus, cuius veram lectionem ex ſcriptis exemplaribus quodammodo elicimus. Nam in Cauchiano, *pauciſque* ſcribitur, pro *paciſque.* Deinde in eodem & Suſiano aliiſque, pro *Græcia* habetur, *O Græcia.* Itaque legendus eſt locus hoc modo, diſtinguendusque quemadmodum tres ſcripti codices demonſtrant: *Diſcordes ſoci tui paucis diuidua tuguria, ô Græcia facta ſunt. Columen lucet Marathon Perſicis trophæis*, &c.

13 *Vbi vixerunt? vbi iacent? reſpondē*) In Atrebatenſi, & aliis ita: *vbi vixerint, vbi iacent reſpondē.* Placet magis, ſine tot interrogatiunculis.

14 *Cum interim cineribus noſtris*) *Veſtris*: in Pulmanniano & aliis. Rectè.

15 *Honore aræ decoratos cineres ſacro ſanctiores colis*) *Cineres* in nullo veterum librorum habetur. Atqui hæc emendatiſſimè in Suſiano & Pulmanniano, *Honore aræ decorata, quaſi ſacroſancta colis.* Oedipi enim oſſa intelligit cuius νεῶτ intra ſeptum Areopagi, & oſſa eo Thebis tranſlata fuiſſe ſcribit & Pauſanias in Attica.

16 *Tacent mutæ vmbræ fati neceſſitate conſtrictæ. At immemores beneficiorum Athenæ reprehenſione, lingua ſermone licenti ſoluta, non vacent*) Locus hic etiam corruptus atque luxatus ſciolorum inſcitia, cuius duplex reperitur in libris veteribus lectio quarum altera in Pulmanniano hæc: *Tacent mutæ illorum vmbræ, fati neceſſitate conſtrictæ: at immemores beneficiorum Athenæ reprehenſore, lingua ſermone licenti ſoluta, non caret.* Altera Cauchiani libri eſt, quæ mihi quidem videtur elegantior, *Tacent mutæ illorum vmbræ fati neceſſitate conſtrictæ, at immemores beneficiorum Athenas omni lingua ſermone licenti in reprehen-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

sionem solita non tacet. Atque huius lectionis vestigia quædam in aliis etiam exemplaribus remansere.

CAPITE QVARTO.

1 *Ibi breuissimè summum adeptus est imperium*) In manuscriptis. *Ibi breui summum.*

2 *Quam vbi filius aspexit* (proprie vt amens matris complexum petijt. *Illa ex precibus in iram versa ait, sino, vt prius quam complexum accipiam, sciam an ad hostem, an ad filium veneris: captiuáne an mater in castris tuis sim. In hoc me longa vita, & infelix senecta traxit, vt exulem, deinde te hostem viderem? Potuisti populari hanc terram, quare genuit, atque aluit? nisi te peperissem, Roma non oppugnaretur. Multáque insuper addidit, quibus & vxoris, ac paruulorum fletibus motis, matrem complexus*) *Expugnasti inquit.* &c. Hæc omnia duobus semicirculis inclusa nugator aliquis è Liuio quasi ad verbum desumpta Valerio intexuit, quæ in melioribus libris manuscriptis non habentur, in aliis postea in margine adiuncta sunt. Atqui prius mihi videbatur tam verbosa hæc altercatio Veturiæ matris ab exempli breuitate discedere, atque ad demonstrandum Coriolani pietatem non admodum requiri, verum vt veteribus libris penitus excludi, atque non Valerij, sed ferè Liuij ipsissima esse verba animaduerti, hinc prorsus eliminanda putaui, tanquam quæ sedes alienas occuparant.

3 *Precibus huius admonitus, cuius vtero conceptus sum, te, quamuis merito mihi inuisam dono*) Dicit se donare patriam, sed non cui, vel quanam re. Hæc item verba sanè infarcito glossemate sunt deprauata, quæ purè eleganter ita in manuscriptis omnibus, *Precibus huius admotis, cuius vtero te, quamuis merito mihi inuisam dono.*

4 *Vix dum annos pubertatis ingressum*) Præfero calculis omnibus Vvincheliani ac Colonienſis exemplaris lectionē, *Vix dum annos pueritiæ egressum.* Cuius adhuc manent item vestigia in alijs libris. Nam Campēsis & Atrebatensis, *pueritiæ ingressum* prodiunt: & è contra Sulianus & Pulmannianus *pubertatis egressum.* Vtrobique perperam. M Varro de liberis educandis, puerilitas dixit, pro pueritia, cuius verba citat Marcellus. *Velim me hercule* (inquit) *ipse vsu magno puerilitatis formulam audire.*

5 *Duplici gloria conspicuus coronam*) Rectius: *conspicuam*, legi poterit, vt in Campensi.

6 *L. Manlio Torquato dum ad populum*) Temerè hic ex glossulis ineptis contextui ingestum est Torquati cognomen, quod nunquam L. Manlij fuit, qui Capitolinus & imperiosius vocabatur. Nec ipse filius Titius, cum hoc exemplum pietatis ederet, Torquati cognomen habuit, postea singulari victoria sibi suisque illud adeptus. Quapropter ipsa veritas efflagitat, vt hoc falsum ac suppositicium nomen historiæ eximamus. Constat autem diligenter aduertentibus ex Ciceronis officiorum tertio huius exempli filium à Valerio tractum esse, qui patrem L. Manlium A. F. vocat, Liuius & Capitolina marmora L. Malium Imperiosum, quod cognomen imprimis loco Torquati reponendum hic arbitror, atque etiam postea vbi legitur perperam. Eóque effectum est, ne Torquatus causam diceret.

7 *Quod occasione beneficiendi belli*) Inepta locutio, benefacere bellum. In Atrebatensis collegi libro habetur, *beneficiendi belli*: sed opinor legendum esse, *bene conficiendi*, vel *bene finiendi*, vt est in Gemblacensi.

8 *C. Carbonem à quo pater eius damnatus fuerat*) In manuscriptis omnibus, Cn. Carbo vocatur, & ex temporum ratione videtur filius Cn. Carbonis ter consulis. In Dionysio tamen XXXVI. C. Carbo legitur, sed fallere potest hoc vnicum exemplar in præno-

minum notis, atque ideo multorum consensus præferti debet.

9 *Protractúmque reum iudicio afflixit*) In Campensi, *Peractúmque*. Rectè. Peragitur namque reus, cum tandem damnatur. Et vt censet Paulus iurisconsult. Desitisse is videtur, qui intra definitum accusationis à præside tempus reum suum non peregerit. Sic Liuius lib. 4. *Vos autem, si reum perago, quid acturi estis?* vide Budæum.

10 *Ad necessarium, magúq; speciosum vrbis locum*) Multo rectius in manuscriptis, *Ad necessarium magis, quàm speciosum vrbu locum*. Carcerem namque vult dicere.

11 *Quam receptam*) In Atrebatensi, Gemblacensi ac Colonien si, *Quo receptam*.

12 *A prætore ad consulem iudicium*) In manuscriptis, *ad consilium iudicum*, Optimè.

13 *Idem prædicatum de pietate eius existimetur*) Variant hic admodum exemplaria. Campense: *de pietate prius*; malè: item in Atrebatensi, *rivos*. At in Vvincheliano alia est lectio, *Idem fecisse Pero prædicatur*. Atque eadem est annotata in Campensi libri margine paulo aliter, *Idem de pietate Perus existimetur*. Quod vulgatæ lectioni magis conuenit. Nomen hoc apud Propertium legimus lib. 2. atque Homerum Odyss. x 1.

14 *A filijs Patietis pacti estis*) Hic denuo glossula irrepsit, nam in vetustioribus libris sic: *A Paciacis pacti*: iuuat & interlinearis annotatio libri Campensis, *Paciacu*, id est, ea parentela. At Atrebatense exemplar, quod in propriis nominibus ferè correctius esse reperio, habet *A Paciacis*. Aliquis sciolus, vt minus obscura hæc essent, non solum nomen verum corrupit, sed & intermiscuit suas glossulas scribens, *A filijs Patietis pacti estis*. Est autem Paciæcorum familia etiamnum nobilissima apud Hispanos: quam & olim C. Cæsaris tempore fuisse illustrem, epistola Ciceronis ad

ad Leptam familiarium v 1. docet: in qua Paciæci cuiusdam meminit, qui bello ciuili Pompeianas partes secutus videtur. *De Hispanijs* (inquit) *noui nihil, magnum tamen exercitum Pompeium habere constat. nam Cæsar ipse ad nos misit exemplum Paciæci literarum in quo erat, illi undecim esse legiones*. Quo etiam loco corrigendum hoc modo nomen illud esse existimo.

15 *Sed etiam strenuo ac forti exitu clarusistis. Eisdem enim manibus Patietis vltionem, Epacti pœnam genitoribus nutrimenta*) Hæc ita elegantius, atque correctius in Vvincheliano, Sufiano, Atrebatensi & aliis: *Sed etiam strenuo & forti exitu clausistis. Iisdem enim manibus Paciæcis vltionem, Epacto pœnam, genitoribus alimenta, vobis gloriosa fata peperistis*.

16 *Ad vltimas iam solitudines peruenerant*) In Campensi, Vvincheliano, Colonien si & Atrebatensi, *Ad vltimas Asiæ solitudines*.

17 *Vt politiora, sed non vt meliora fiant ingenia: quoniam quidem sola virtus nascitur*) Manuscripti libri, *Vt politiora scilicet, non vt meliora fiant ingenia: quoniam quidem solida virtus*, &c.

18 *Pinensem iuuenem, cui Plutoni erat cognomen*) Atrebatensis collegij codex aliique veteres legunt, *Pinensem iuuenem, cui Pultoni erat cognomen*. Recte Pinenses Plinius Vestinorum dicit esse, & in quarta Italiæ regione collocat lib. 3. cap. 12.

CAPITE QVINTO.

1 *Et fortissimus, & belli gloria excellens, laudis inopi*) In Campensi, Gemblacensi, & Cauchiano hæc ita, *Et fortissimus imbelli, & gloria excellens laudis inopi*) Venusta collatione Africanum fratri præfert.

2 *Inclyta pugna Hetruscis & Ventibus superatis*) Veteres libri obscura vestigia veræ lectionis retinent. Sufianus enim & Atrebatensis ita, *& amicis & Veientibus*.

Vvinchelianus aliíque duo, *Et amicis & Veientibus*: mendosè semper. In Campensi autem legitur, *& amiculis*, sed corrigendum esse opinor, *& Æquicelis*, bellum enim tunc temporis continuum fuisse cum Æquis etiam, ex Liuij & Dionysij historia constat, cum Etruscis tamen cruento illo prælio fuisse pugnatum iam dicti quoque scribunt.

3 *Obuiam procedere iussit, & vt imperator salutaretur, præcepit, & in dextera parte prætorium ei statui*) Hæc meliore ordine in manuscriptis, *Obuiam procedere iussit, vt imperator salutaretur. Præcepit etiam dextera in parte*, &c.

CAPITE SEXTO.

1 *Quia euersa domo interdum reipubl. status manere potest*) Aliqui codices, *interdum*, omittunt, ac vera Cauchiani libri est lectio: *Quia euersa domo intemptatus reipub. status manere potest*. In Atrebatensi, & Gemblacensi quidem incorrectè habetur, *intestatus reipub. status*, sed veteris lectionis aliquam notam præ se fert vox, *interstatus*, licet mendosa.

2 *Vrbis raina penates omnes secum trahat necesse est*) Lege ex V. C. *Penates omnium trahat secum necesse est*.

3 *Vt aliqui salutis suæ impendio testati sint*) In Cauchiano aliisque, *Vt aliqui ea salutis suæ*, &c. Melius.

4 *Vterque mortifero vulnere ictus*) Quatuor veteres libri *mortifero vulnere* legunt. Sic à Virgilio dictum, Vulnificúsque chalybs. Æneid. VIII.

5 *Cum autem in mediam partem fori*) *In media parte*, melius in manuscriptis.

6 *Genucio Cippo prætori*) Legendum, *Genucio Cipo*. Nam inscribitur cognomen in argenteis bigatis antiquissimis. M. CIPI. M. P. Vide annales nostros. Atque idem confirmant vetusti codices Atrebatensis, Gemblacensis & Colonienses.

7 *Veluti cornua emersérunt*) In Campensi & Atrebatensi legitur, *irrepserunt*, in aliis *eruperunt*.

8 *Capi*

8 *Capitis effigies æreæ portæ, qua excesserat, inclusa est, dictáque Rauduscula, quòd olim rauda æra dicebantur*) In Cauchiano & Campensi, *Capitis effigies ærea*. Rectè: non enim ærea fuit porta, sed ære vincta, vt ait Festus, vel ærata, sicut Varro. Huic astipulatur Ouidius:

Cornuáque æratis miram referentia formam
Postibus insculpunt. Metamorph. X V.

Æs infectum ait Cincius de verbis priscis, rudusculum dici. Iacuisse apud ædem Apollinis æs conflatum, id ad rudus appellasse veteres. M. Varro quidem & Festus æs omne raudus, vel rodus appellari, & in æstimatione censoria æs infectum rudus. Iam vero Valerius noster, vt vulgo legitur, olim æra rauda dici solere scribit, sed manuscripta exēplaria vno cōsensu *raudera* produnt. Quam optimè Frustra enim æris, aut etiā asses, signatíve nummi ærei, raudera vel rudera vocarunt antiqui: quod Liuij auctoritate probabo, nam lib. 26. Aeris acerui (inquit) quum rudera milites religione inducti facerent, post profectionem Annibalis magni inuenti.

9 *Genitius laudis huius successionem Ælio prætori tradidit*) In Campensi, Vvincheliano, Gemblacensi, Colonienſibus & Atrebatensi suppletur locus truncatus hoc modo: *Genitius laudis huius, quo maior excogitari vix potest, successionem Alio prætori tradidit*. Quæ verba librarios quosdam scribendi tædio præteriisse opinor.

10 *Decem & septem militum familiam eximiæ fortitudinis viros*) Deprauatus est locus, qui variè item legitur in libris veteribus. In Campensi, *Decem & septem milites familiam*: mendosè. In Susiano & Pulmanniano, *In decem & septem eximiæ fortitudinis viros cum familia*. Non adeò malè. At quæ in Vvincheliano, Colonienſi & Atrebatensi, vulgatæ lectioni magis accedit, *Decem septem milites cum familia eximia fortitudinis viros*. Puto tamen legendum esse, *Decem & septem milites suæ familiæ eximiæ fortitudinis viros*. Nam idem ferè scribit

Frus

Frontinus. Ipse cum septemdecim Ælius ex eadem familia in prælio est occisus.

11 *Vtilius habuerit Decios, an amiserit*) Manuscripti libri, *Vtilius habuerit Decios duces, an amiserit.*

12 *Quod quidem non solum totis Atheniensium castris, sed etiam contrarijs percrebruit*) In Cauchiano & Gemblacensi libro sic, *Quod quidem non solum totis Athenis, sed in castris etiam contrarijs percrebruit.* Quæ lectio non reiicienda est.

13 *Ita verba non tam strata atque euersa Alexandri, quàm restituta Aristotelis notum est nobis*) Quamuis hic parum adiuuent exemplaria, locum tamen hunc ex Diogene Laërtio & Plutarcho restituendum puto: *Itaque non tam vrbi Stagira euersa Alexandri, quàm restituta Aristotelis notum est opus.* Quam lectionem spero studiosos non reiecturos. In Cauchiano quædam sic; *Itaque non iam vrbs strata*, &c. In aliis exemplaribus nihil sani.

14 *Mirificorum etiam exemplorum clara mundo subscripserit vbertas*) Non placet hoc vbertatis epitheton; in Susiano igitur & Pulmanniano rectius, *Clara mundo subscripserit veritas.*

CAPITE SEPTIMO.

1 *Sed nunc vela pij affectus & placidi affectus parentum erga liberos indulgentia*) Hæc multo correctius in manuscriptis, *Det nunc vela pij ac placidi affectus parentum*, &c.

2 *Omnibusq; & virtutibus & vitæ emeritis stipendijs*) Depravatus est insigniter locus: non enim video quam rectè virtutes cum stipendiis emeritæ dicantur, & quonam referendum illud, *& vitæ*, sed vt supinum hunc errorem librariorum, vtcunque detegunt manuscripti codices, ita ex his restitui vera lectio sic potest, *Omnibusq; & virtutis & vitæ meritis stupendos*, hoc est, vehementer admirandus. In qua significatione vtitur

vtitur hoc verbo etiam Tullius de Finibus secũdo. Hæc cum loqueris, nos Varrones stupemus, tu videlicet tecum ipse rides.

3 *Penè ipso per se duntaxat animo sine corpore militaturus*) In duobus codicibus Susij ac Pulmanni non habentur dictiones *per se*, & omitti sanè possunt, cum nullibi sententiæ seruiant.

4 *Falso clamore vicinæ*) Magis placet, vt est in Atrebatensi & Cauchiano, *Falsus clamore è vicinia accepit.*

5 *Lacebat ipse Antiochus in lectulo*) Vox, *Antiochus* è glossis irrepsit, & est reiicienda: nam in manuscriptis non habetur.

6 *Cuius cum ipse tribunal conscendisset*) Et dictionem *ipse* ob hanc causam hinc eiice.

CAPITE OCTAVO.

1 *Brutus par gloria Romulo*) Elegantius hæc in Colonienſi & Vvincheliano, *Par Romulo gloria L. Brutus.*

2 *Conspectum degenerati patris vitaturum*) *Vitaret*, in Cauchiano. Rectius.

CAPITE NONO.

1 *Omnibus honoribus ad censuram vsque defunctus*) *Vsque*, glossula est, quæ dictio in veteribus libris non habetur.

2 *Cum crimina grauissima de filio in nouercam commissum stuprum*) Legendum, *Cum nouercæ commissum stuprum:* vt in Campensi.

3 *Seductam vxorem suspicans suppliciter rogauit*) Contaminarunt hunc locum scioli inserendo inepta glossemata, cuius duplex est lectio in manuscriptis libris, nam in Pulmanniano & Susiano sic habemus: *Seductam vxorem supplicans rogauit.* In Atrebatensi, ac Gemblacensi vero sic; *Seductam vxorem suppliciter rogauit.* Quæ lectio mihi præferenda videtur.

4 *Ne se vlterius celaret, siue illum adolescentem subiecisset*) Quatuor scripti codices hæc plenius ita; *Ne se vlterius celaret, sed diceret, siue illum adolescentem, &c.*

5 *Solitudinem sanguine meliorem*) In Campensi, *O solitudinem.* Recte. Exclamatio namque auctoris est.

6 *Q. Marcius Rex superioris Catonis in consulatu collega*) Duo Marci Reges ad consulatum peruenerunt, pater & filius. E quibus pater anno vrbis DCXXXV. consul fuit non cum Catone superiore, censorio, quemadmodum ex his verbis perperam scriptis intelligitur, sed cum M. Catone censorij nepote, qui Africam sortitus consul in ea prouincia est mortuus, vt pulchrè declarat Gellius lib. 13 cap. 18. Filius Q. Marcius solus postea consulatum gessit anno vrbis DCXXCV. vt docebunt annales nostri. Patrem itaque, superiorem Marcium Regem differentiæ causa vocat Valerius, quare ita corrigendus est locus. *Q. Marcius Rex superior, Catonis in consulatu collega.*

CAPITE DECIMO.

1 *Ne patris magis quàm pontificis partes egisse videretur*) Trun casse sciolos exemplum, codex Vvinchelianus atque Colonensis demonstrant. Nouæ enim orationis initium adiicit, ita: *Ne patris magis quàm pontificis partes egisse videretur, Tolle, inquit cadauer.* Quæ verba Horatij consulis sunt, sed reliqua desunt eius periodi, ideoque asteriscum adiunxi, vt intelligas quædam desiderari. Velut & ipse sensus indicat. Suppleri quidem sententia sic potest: *Tolle, inquit, cadauer, nihil aliud adijciens, inceptam ritè precationem peregit.* Hoc idem ex Liuio cognoscimus, ex quo Valerius hoc exemplum sumpsisse videtur: nam de eadem re ille sic, Nihil aliud ad eum nuntium, quàm vt cadauer efferri juberet, tenens postem precationem peragit, & dedicat templum.

2 *Xeno*

2 *Xenophontis corpus religione immobile stetit*) In manuscriptis; *Xenophontis corpus religioni immobile stetit, & animus in consilio prudentiæ stabilis mansit.* Recte: cum loquatur de corporis & animi constantia.

3 *Ita liberos procreandos*) veteres libri, *Ita liberos esse procreandos.*

IN SEXTVM LIBRVM.

CAPITE PRIMO.

1 *Sanctissimumq; Iuliæ genialem thorum*) In Campensi, Susiano, ac Fulmanniano, *Iuliæ gentis genialem thorum*, legitur. Quod placet: impudentissimè enim adularetur alioquin Valerius, cum Iulia Augusti filia & Tiberij vxor libidine atque adulteriis toto orbe terrarum fuerit infamis.

2 *A Sex. Tarquinij regis superbi filio*) Lege vt in Atrebatensi, Vvincheliano & aliis, *A Sex. Tarquinio regis superbi filio.*

3 *Faunio Saturnio*) Corrigendum, *Fannio Saturnino*, vt in Atrebatensi, Campensi & aliis.

4 *Exegit pœnas à filio dubiæ castitatis, & punito pependit, voluntario secessu conspectum patriæ vitando*) Iniecere denuo in religiosas manus Valerio nostro audaculi, totamque sententiam hanc prorsus mutarunt. Cur enim quæso præterit, quasnam à filio pœnas exegerit Fabius? quod maxime exempli causa dicere oportebat. Cur item vindex ille pater sibimet exilium indixit? an, quòd eum pœnituerit seueritatis in filium, fortassis cinædo vix honestiorem? Profecto alienum à magnanimitate & constantia clarissimę gentis Fabiæ, atque etiam Seruiliano indignum, eiusq; tot honoribus splendidissimè gestis. Iam olim quidem valdè frigidum & ineptum mihi visum fuit hoc exemplum: verum nunc exemplaria vetera conferenti veritas ipsa semet insinuat, cum repererim

in Susia

in Susiano libro hanc lectionem: *Exegit à filio punico*, sed corrige *vnico pœnas dubiæ castitatis: is eas pependit, voluntario secessu conspectum patris vitando.* Eadem est in Pulmanniano, præterquam quod mendosum vocabulum, *punico* corrigere quis cupiens, in *punito* mutarit. Alius deinde transtulit vocabulum, vt suæ opinioni sententiam accommodaret male intellectam.

5 *Se cogi non posse vt adesset, quia sacrosanctam potestatem haberet*) Particula, *vt adesset*, in tribus exemplaribus non reperitur.

6 *Cn. etiam Furius Brocchum quem deprehenderat*) In Campensi è contra, *Cn. etiam Furium Brocchus.* In aliis, *Cn. etiam Furium Brochum qui deprehenderat.* Tu vide lector quid sequi velis. Illam vero lectionem plura confirmant exemplaria. Malim tamē, *Cn. Furium quem Brochus deprehenderat.* Brochus Anniorum cognomen est.

7 *Proxima vndis humus sepulturæ mandatum ad hoc tempus tumulo contegit*) Manuscripti libri sic, *Proxima vndis humo, & tumulus contegit.* Recte. Tumuli namque fiunt memoriæ causa, cuius & gloriam Græcia laudibus suis celebrauit.

8 *In quem consulis iussu centurio*) Verba *consulis iussu*, falsum aliquod glossema est, manuscriptis enim meis libris, demptis Vvincheliano & Colonienſi, excluditur omnibus: atque etiam historiæ Liuianæ aliorumque scriptis aduersatur.

CAPITE SECVNDO.

1 *Ingenui & Italici sanguinis*) In Pulmanniano, Susiano, & Vvincheliano, *Ingenui Italici sanguinis.* Recte.

2 *Qui cum se dignos libertate iudicarent, arma sumpserunt, exasperatos patrum conscriptorum animos verbis inflammauerat*) Alia est lectio sex veterum codicum, quæ magis placet: *Quam merentur, qui se dignos libertate iudicant. Verbis arma sumpserat, exasperatosq; patrum conscriptorum animos exas-*

perauerat. Sed Plautius consul, &c. Nec plura legati verba refert Liuius ex quo desumptam historiam cognoscimus. *Interrogatus*, inquit, *à quodam tristioris sententiæ auctore, quam pœnam meritos Priuernates censeret: Eam*, inquit, *quam merentur, qui se libertate dignos censent.*

3 *Quid? Philippum ab incursu suo turum libertas reliquit*) Lege, vt in v.c. *Quid? populum &c.* Æmilianus enim liberrime castigauit *populum*, non *Philippum.*

4 *Et æquè experta patientia est*) Deprauata sententia est, quæ rectius in Atrebatensi aliisque: *Et æquè experta est patientem.*

5 *Cuius dicto*) Melius, *cui dicto*, in manuscriptis.

6 *Tunc totius fori præmentes ora clauserunt*) In Campensi libro, *fori frementis.* Eleganter, vt Virgilius, Cuncti simul ore fremebant.

7 *Quoniam omnis generis hominum licentiæ ludibrio se esse, quieta fronte tulit*) In Susianno, & Pulmanniano sic: *Quoniam qui omnis generis hominum licentiæ ludibrio esset, quieta fronte tulit.* Qui, pro, vt, Terentianum est.

Non qui argumentum narret, sed qui maleuoli
Veteris poëtæ maledictis respondeat.

In Andriæ prologo.

8 *Studio ad accusationem prouectus*) In Campensi, Cauchiano, & Atrebatensi: *Studio accusationis prouectus.*

9 *Da*, inquit, *vades reip.*) In Campensi aliisque *prædes.* Recte. prædes enim populo vel reipub. se obligant, interrogati à magistratu in publicum vt præstent. Auctores Varro, & Festus.

10 *Efficaces futuræ pro noxio submouit eas è quæstione*) Cauchianus liber ita: *Efficaces futuræ protinus submouit eas.* Duo item codices illud, *pro noxio*, non habent.

11 *Obducta iam, vetustis cicatricibus*) In Atrebatensi perperam, *vetus cicatricibus.* Verum in Cauchiano quam rectissime, *vicus cicatricibus*, eleganti epitheto. Est enim vicus, vt Festus interpretatur, languidus, sine vi, putris, ac naturalibus priuatus viribus,

Terent. Eunucho.

Hic est vietus, vetus, veternosus senex.

Item Plautus in Mercatore:

Acheronticus senex, vietus, decrepitus.

Vietas igitur cicatrices aptissimè vocat veteres quidem, sed putres ac malè curatas.

12 *Victoriæ eorum beneficia.*) *Victoriarum beneficia*, habetur in Sufiano & aliis. Quod placet.

CAPITE TERTIO.

1 *Postquam imitari cæpisti.*) Lege: *multari.* vt est in manuscriptis.

2 *Par indignatio aduersus Sp. Cassium erupit*) Veteres libri hæc plenius, *Par indignatio ciuitatis aduersus, &c.*

3 *Quod prius domicilium potentissimi viri fuerat*) In Campensi, Vvincheliano, atque Atrebatensi aliisque legitur: *impotentis viri.* Recte, significat enim impotens, nimis potens, auctore Donato περὶ ὀνομάτων vnde Liuius impotentem decem virorum dominatum dixit, atque impotentissimum tyrannum Quintilianus.

4 *Quò iustitia supplicij notior ad posteros perueniret*) Præferendam puto Vvincheliano aliorumque trium codicum lectionem: *Quo iusti supplicij notitia ad posteros perueniret.*

5 *Exigere exhorruissent*) In manuscriptis: *perhorruissent.* Ciceroni frequens vocabulum.

6 *Libertatis adhuc custos & vindex seueritas, sed pro dignitate etiam, ac pro disciplina æquè grauis*) Hæc in Cauchiano plenius ac fœcundius: *Libertatis rigida adhuc custos, & vindex seueritas: sed pro dignitate ac disciplina æquè grauis inuenta est.*

7 *Itaque Cornelius propter vitæ inhonestam actum, sine vllo prouinciali ministerio, tamen repetundarum lege damnatus est*) Probo vt extant hæc partim in Cauchiano, partim in Atrebatensi aliisque: *Itaque quæstor Cornelius propter vitam inhonestè actam sine vllo prouinciali ministerio tantum non repetundarum lege damnatus est. Tantam non* istic pro ferme vsurpat, vt sæpe Suetonius ac Liuius.

8 *Ne bello Italico militaret, abscideratur*) In Cauchiano, *sibi abscideratur*, non malè.

9 *Cum delectum subitum educere coactus esset*) In manuscriptis, *subito edicere.* Sic Liuius, Edicere conuentum, Edicere diem.

10 *Interrogatumq; quomodo eam bestiam confecisset*) Rescius in Sufiano & aliis, *Interrogatumq; quo telo.* Responsum namque venabulo Atrebatensis liber habet, *Qui eam bestiam confixisset.* Et sic ferè Ciceronis sunt verba: Quæsisse Domitium, Qui tantam bestiam percussisset?

11 *Horatius post prælium trium Curiatium conditione pugnæ omnium Albanorum victor*) Aliter in manuscriptis, *Horatius vnus prælio trium Curiatiorum, ac conditione pugnæ omnium Albanorum victor.*

12 *Fuste percussam interemit*) Ausim affirmare nos hic vti glossemate pro vera & antiqua dictione auctoris, quamuis hanc meam opinionem parum adiuuent manuscripta exemplaria, vnguæ lectioni vno velut ore concinentes. Attamen in Atrebatensis collegij codice ipsius librarij manu iuxta hunc locum in margine ascriptum reperio hæc verba, *Nota Fustim.* Quæ eadem annotata quoque puto fuisse in exemplari ex quo hic codex est descriptus. Confirmat meam coniecturam Gemblacensis codex, in quo scriptum fuit, *Fustim percussam*, sed adfuit corrector nescio quis, mutauitque vocem in, *Fustæ*, velut ipsa rasura liquide monstrat. Vnde colligo antiquum atque elegans hoc aduerbium ipsius olim Valerij nostri fuisse, sed postea euanuisse ex eius opere, multisque sæculis exulare immeritò propter librariorum ignorantiam, qui hoc tanquam obso-

letum atque inusitatum reiicere, eiusque loco glossulam recipere maluerunt. Verba quidem ipsa Valerij hæc fuisse autumo, atque ita locum hunc restituendum esse: *Quod vinum bibisset, fustum interemit.* Sunt enim plerunque verborum adiectiua hæc aduerbia à nominibus deriuata, quæ modum agendi significant. Eadem formula Liuius *punctim magis quam cæsim petere hostem* dixit lib. XXII. Pugio hinc dictus est auctore Festo, quod eo punctim pugnatur. Atque eius generis aduerbia quamplurima occurrunt antiquos scriptores reuoluenti, è quibus pauca notasse satis erit. Amussim, Id est regulariter: ab amussi deducitur, vt idem Festus tradit, *Morsicatim lusitant*, Varro: *Qui cæsim cacat.* Pacuuius dixere, sicut apud Nonium legimus, Insuper, *Mucronatim, filatim, fusseratim, anseratim*, aliaque similia apud Charisium, Lucretium cæterosque reperimus. Iam vero expendendum lectori relinquo, num & fustim legendum sit apud Plinium lib. XXII. cap. XIII. vbi hoc idem adducit exemplum, maritúmque Egnatium Mecennium vocat nescio an errore librarij. *Inuenimus*, inquit, *inter exempla Egnatij Mecennij vxorem, quod vinum bibisset è dolio, interfectam fustibus à marito.* Corrigit Sigismundus Gelenius ex Gellio, interfectam fuste, cum tamen nihil tale apud Gellium legerim. Equidem ex Valerio fustim, scribi posse existimo.

13 *Horridum C. quoque Sulpitij Galli maritale supplicium)* Corrige ex septem veterum librorum auctoritate, *Sulpicij Galli maritale supercilium.* Ponitur pro seueritate sicut à Martiale lib 1. ad Cæsarem:

Terrarum dominum pone supercilium.

Item à Cicerone in Pisoniana. *Vt illo supercilio tanquã Rhadamanthus ille nati videretur.* Rursus in Priapeiis:

Conuenias Latio pone supercilium.

Supplicium vero tormentum est, quo plicatum corpus affigitur, quo nullo affecit vxorem Gallus, sed dunta

duntaxat diuortio puniuit.

14 *Et splendere sideres)* Nil aliud quàm glossema est, à librariis postea insertum, nam è veteribus libris omnibus excluditur.

15 *In suspicione & crimine hæreat necesse est)* In Atrebatensi *subhæreat.* Aptissimè, attenuat enim nonnihil verbi vim præpositio, quemadmodum in, subhorridus, sublucidus, sublucere.

CAPITE QVARTO.

1 *Annius autem Campanus etiam consulem alterum Capuæ creari debere asseuerabat)* Insigniter erratum est à sciolis in hoc exemplo, non enim lucet adeo supinam ignorantiæ culpam auctori imputare. Animaduertamque in libris veteribus studiosos Valerianis exemplis similes vel easdem aliis verbis historias commentariorum forma adscripsisse: vnde suspicor librariorum imperitia perperam variis locis multa esse huic operi commixta, multa item confuse disturbata, vt diligentius Valerium legenti luce clarius constabit. Sæpius enim videtur à veritate historiæ prorsus aberrare, quemadmodum hoc imprimis loco. Tradunt enim Liuius aliique auctores L. Annium Setinum Latinorum principem anno vrbis CDXIII. postulare ausum fuisse, vt consulum alter, & dimidia pars senatus ex Latio crearetur, acerrimèque restitisse T. Manlium Torquatum consulem III. qui rebellantes tunc Latinos insigni prælio, collega P. Decio semet deuouente, contudit. Sæculo amplius deinde postea post Cannensem cladem idem ausi sunt postulare Campani cum ad Annibalem deficere vellent, vt idem Liuius ex quibusdam annalibus refert, non per Annium, sed per legatos suos: eodemque anno à Sp. Caruilio de Latinorum, non Campanorum principibus in senatum reci-

piendis relatum fuisse: illamque cum relationem ægerrimè auditam à patribus, tum acerbissimè à T. Manlio Torquato consulari, stirpis eius vito qui Latinos olim repulerat, fuisse reiectam. At noster hic Valerius Annium illum Campanum facit, ac T. Manlium eius aduersarium Torquati illius qui Latinos ante reiecerat filium, cum ne nepos quidem eius, spacio centum viginti amplius annorum interposito, esse potuerit. Sed hi similésque errores sciolorum proculdubio temeritati sunt adscribendi, qui vel exempla malè exemplis connectendo, annotationésve operi inserendo perquam turpiter deformarunt hunc auctorem, vt vix sui similis videatur. Atqui huic loco nil fere indicij remansit veræ lectionis præterquam in Campensi, codice quamuis hic admodum deprauato, qui ita: *Acanius ille Campanus etiam*, &c. Quid si igitur legamus hoc modo? *Vt Annius olim, Campani etiam consulem alterum Capuæ creari debere asseuerabant.* Facilis autem lapsus esse potuit inter hæc verba, *Vt Annius, Atonius olim ille.* Igitur veritati atque historiæ hanc lectionem rectè congruentem ad mittere visum fuit, donec certius quid reperiatur.

2 *Tunc Manlius Torquatus filius eius qui Latinos ad Vesterim*) Diximus temporis spacium prorsus aduersari, vt eius potuisset esse filius, cum ab illo Manlio ad hunc centum viginti amplius numerentur anni. Legendum igitur opinor, nisi planè hoc loco Valerium dormitasse velimus dicere: *Tunc Manlius Torquatus stirpis, qui Latinos*, &c. Sic etenim Liuius, *Et præcipuè Manlius esse etiam nunc eius stirpis virum diceret, ex qua quondam in Capitolio consul minatus esset.* Quem Latinum in Curia vidisset, eum sua manu se interfecturum. Adfuit deinde γλωσσόστροφος aliquis ineptus, qui vocem *stirpis* vel *stirpes* in primo casu sumens, vt Seruius & Sosipater fieri posse volunt, filium interpretatus est, quæ glossa deinde in ipsum opus irrepsit librariorum culpa, qui sæpe minus obscura reiectis ignotis solent substituere.

3 *Ad ius ciuitatis nobiscum exequendum*) In Gemblacensi ac Atrebatensi aliisque melius, *exæquandum*. Ita Cicero exæquare precio omnia iura dixit Verrina quarta.

4 *Namque vt patris armis, ita verbis filij fracta cessit*) Superior ille lapsus vt excusaretur alium hunc errorem induxit, cuius & aliam quoque causam arbitror fuisse compendiosam illam scribendi formulam P. R. in veteribus libris frequenter obuiam, in qua interpretanda librarios fœdissimè lapsos sæpè reperimus, non habita, quod oportebat totius sententiæ ratione, vt perperam aliquando cum populi Romani est nota, prætoris vel patris esse existimarint, atque etiam scripserint. Quod idem hic accidisse suspicor, cùm in antiquis libris scriptum fuisse putem iam dicta verba: *Namque vt P. R.* id est, pop. Romani, *armis, ita verbis illius fracta cessit.* Quæ glossographus duobus Manliis patri (vt putabat) & filio accommodare cupiens, ita interpretatus est, *Namque vt P. R.* id est, *patris armis, ita verbis illius*, id est filij, *fracta cessit.* Et in Campensi quidem exemplari, supra vocem *filij* annotatum extat *illius.*

5 *Par illius quoque Manlij grauitas, cui cum consulatus omnium consensu deferretur*) Hic item error ex iam dicto fonte profluxit. Legendum autem ex Liuio aliisque nisi falsa delectemur historia, *Par eiusdem quoque Manlij grauitas, cum consulatus omnium consensu deferretur.* Non enim hic alius, sed is ipse, qui post Cannensem cladem Latinos in Curiam admittere noluerat, sicut ex annalibus nostris manifestum est.

6 *Alter nihil habet*) Rectè in manuscriptis, *Quia alter nihil habet.*

7 *Quapropter felicitatis cognomen*) Lege ex Cauchia-

no libro, *Felicis cognomen.* Quod habuit L. Cornelius Sulla.

8 *Melius sine dubio homines nostri sanguinis hæc dixissent*) Manuscripti libri sic, *Melius sine dubio istud nostri sanguinis homines dixissent.* Et paulo post, *In hæc grammatis vestigia*, non, *huius* vt vulgo.

9 *Cum Athenis causam diceret*) In Cauchiano rectius, *dicturus esset.*

CAPITE QVINTO.

1 *Camillo consule Phalisios circumsidente*) Lege *Faliscos*, ita enim antiquo more scribitur hoc nomen. In Campensi & Cauchiano *Falerios* legimus, etiã recte, quemadmodum in annalibus nostris demonstrauimus.

2 *Ea re cognita senatus censuit*) In manuscriptis fere omnibus nihil aliud habetur, quàm, *Ea re senatus censuit.* Puto igitur dictionem *cognita* è glossulis irrepsisse, & insuper præpositionem expulisse. Nam Valerium puto vetusta dicendi formula vsum fuisse, quam plerumque in s.c. præfixam reperimus, *De ea re senatus censuit.* Et quia vulgaris erat, singulis fere literis notari solet.

3 *Erat in eodem pectore inimicus, & Domitius, & dominus diuersa æstimatione nefarium iudicium perpendens, iustitia tamen vicit odium*) Præfero lectionem quam in Susiano & Pulmanniano habemus, ac partim in Campensi: *Erant in eodem pectore Domitij & inimicus & dominus, diuersa æstimatione nefarium iudicium perpendentes iustitia vicit odium.*

4 *Sed aliquanto Charonda Tyrij præfractior atque absistior iustitia*) Legendum, *Charonda Thurij.* His enim leges scripsit, Pythagoræ discipulus cum Zaleuco, vt ex Laertio constat. Aristoteles & Stobæus Catanæum fuisse tradunt.

CAPI

CAPITE SEXTO.

1 *Integerrimi viri sanctitatem reip. vsibus & sacris comparatam*) In manuscriptis, *reipub. vsibus & sacris operatam.* Elegantissimè. Operari enim dicuntur propriè, qui ipsimet reip. laborant, vt Liuius libro IIII. *Eo tempore quo corpus additum atque operatum reip. esset.* Operari item dicuntur, auctore Nonio, qui deos religiosè, & cum summa veneratione sacrificiis litant. *Pomponius Præcone posteriore. Ad Veneris profectus est manè, vt votum vt solueret, ibi nunc operatus est.* Afranius Excepto. *Simul ecum hortabatur vt operatum illum Dianæ degerem sanctum diem.* Lucilius lib. XXX. *Aut operatu aliquo in celebri cum æqualibus fano.* Iuuenalis Satyra XII.

Longos erexit iamna ramos,
Et matutinis operatur festa lucernis.

Conqueritur itẽ Propertius lib. II. Cynthiam suam Isidis sacris operari, atq; ideo à cõcubitu abstinere.

Tristia iam redeunt iterum solemnia nobis,
Cynthia iam noctes est operata decem.
Atque vinam Nilo pereat quæ sacra repente
Misit matronis Inachus Ausoniis.

2 *Ingenti Pœnorum classe circa Siciliam deducta*) In Susiano & Pulmanniano melius, *deuicta.*

3 *Quia manus his intulerant, per fiscales reddendos curauerunt*) Mutilus est locus ac ieiunè contractus, quem hoc modo restitui debere docent manuscripti libri licet incorrecti nonnihil varient: *Quia manus his intulerant, per fiscales Culeo prætor ex S. C. dedundos curauit.* Constat autem ex Liuio Q. Terentium Culeonem tunc prætorem peregrinum fuisse, ex quo intelligimus perperam in scriptis exemplaribus, Claudio prætori legi. Sed vide annales magistratuum nostros.

4 *Ita etiam in sociorum quoque animo*) *Etiam*, superest nec habetur in manuscriptis.

5 *Post duorum in Hispania Scipionum*) Mirificè mendacem fecerunt hunc librum scioli, non enim post

Scipionum cladem ab Annibale oppressa Saguntus est, sed multò antea. In Campensi legimus: *Nam post duorum.* Immo ex Liuio, Polybio aliisque historicis omnibus legendum esse puto: *Nam ante duorum in Hispania Scipionum*, si à veritate discedere nolimus. Corrupit locum historiæ Romanæ imperitus aliquis librarius aut ludimagister.

6 *Ne à societate nostra deficerent*) In Susiano libro *deficiscerent.* Rectè. Sic enim Liuius lib. VI. & alibi.

7 *Quia deserere à nostra amicitia noluerunt*) Meliores libri, *deficere nostram amicitiam*, hoc est, destituere. Quemadmodum Varro de re rustica III. Ne deficiant animum.

8 *Cæterum permissum est eis, vt facerent, quod vtilissimum incolumitati eorum videretur*) Legendum puto vt in manuscriptis: *Cæterum permissum est, vt ei facerent, quod vtilissimum incolumitatis ipsorum videretur.*

9 *Omniq; ætate imbelli vrbe egesta, quo tutius armati famem traherent*) Magis placet vt in Pulmanniano, Colonensi, Susiano, & Cauchiano, *Omniq; ætate imbelli vrbe electa, quo diutius armati famem traherent.*

10 *Itaque Annibali non Petiliam, sed fidam Petiliæ sepulchrum capere contigit*) In Atrebatensi & Cauchiano legitur, *sed fidei Petilianæ sepulchrum.* Scribendum tamen antiqua forma, *fidei Petellinæ.* Petellinos enim vocari, atque vrbem Petelliam, antiqua marmora, quæ adhuc extant, demonstrant.

CAPITE SEPTIMO.

1 *Mater Corneliæ matris C. & T. Gracchorum*) Infarcitæ annotationes sunt, *matris C. & T.* quas penitus eradendas autumo, cum neque in quatuor scriptis libris habeantur, in quibus dumtaxat: *Mater Corneliæ Gracchorum.*

2 *Ne domitorem orbis Africanum, fœmina magnum virum impa*

tientiæ reum ageret) Lege veluti in Cauchiano & Campensi est, *Ne domitorem orbis Africani fœmina impudicitiæ reum ageret* Reliqua item sunt insuta ex glossis. In Colonensi habetur: *Ne domitorem orbis Africanum fœmina reum ageret.*

3 *Ne Lentulum Crustellionem virum suum*) Cognomen alterum Crustellio in Cauchiano, Colonensi & Vvincheliano non habetur, & mihi quidem mendosum videtur.

4 *Nihilominus familiari veste sumpta*) Melius, *famulari veste*, vt est in Campensi, & Gemblacensi. Sic Cicero Tusc. 1. de Codro. Qui se in medios immisit hostes famulari veste ne posset agnosci.

CAPITE OCTAVO.

1 *Omnem vim accusatoris*) Lege, *accusationis*, vt est in manuscriptis.

2 *Cum quo mori destinauerat*) In veteribus libris, *comori* Rectè.

3 *Qui miserum prosequebantur*) Elegantius in manuscriptis: *Qui misero persequebantur.*

4 *Quid vrbani Panapionis*) Legendum, *Vrbinij Panapionis.* Sic enim in Atrebatensi aliisque manuscriptis libris quibusdam, atque etiam in Macrobio.

5 *Maximum sibi esset emolumentum eius, à quo tam grauiter punitus erat salutem vendicauit*) In manuscriptis hæc correctius: *Maximum sibi emolumentum eius, à quo tam grauiter punitus erat, salutem indicauit.* Atque ordo hic luculentiorem quoque facit orationem.

6 *Nec hactenus benevolentia processit*) In Atrebatensi, *Nec solum hactenus.* Rectè.

7 *Manum rogo intendens*) Veteres libri, *intentans*, legunt.

8 *Vt Antius statim quærendæ incolumitatis occasionem asse-*

queretur

queretur) In tribus exemplaribus hæc ita: *Vt Antius statum querendæ incolumitatis hac occasione assequeretur.* Valeriano stylo congruentior est lectio, atque elegantior.

CAPITE NONO.

1 *Perpetuæ infelicitatis se damnare, spémque, quæ etiam incerta ratione fouetur, interdum incertam in desperationem conuertere*) In Pulmanniano, Colonienſi, ac Suſiano hæc multo luculentius: *Perpetuæ infelicitatis se prædamnare, spémque, quæ etiam incerta rectè fouetur &c.*

2 *Vt à patre Manlio amplissimo viro*) Veteres libri addunt prænomen, *A patre L. Manlio* Rectè.

3 *In hæc credo fortuna nubilo*) Vvinchelian. liber. *Fortunæ malignæ nubilo.* Non contemnenda lectio, quæ eadem in Cauchiano est.

4 *A. P. Licio pont. max. flamen factus*) Legendum arbitror, *Flamen captus.* Quemadmodum & Liuius loquitur: *Ob adolescentiam negligentem luxuriosámque C. Flaccus flamen captus à P. Licinio pont. max. erat.* Non solum virgo Vestalis capi à pontifice maximo dicitur, sed flamines etiam Diales, item pontifices & augures. M. Cato contra Galbam pro Lusitanis. *Ego me nunc volo ius pontificum optimè scire, iámne ea causa pontifex capiar? Si volo augurium optimè tenere, tequis ob eam rem augurem capiat?* Vide de his Gellium lib. 1. cap. XII.

5 *Atque vt nobilitatem beneficio pœnitentiæ*) Transit ad mutationem fortunæ, ex tenui in amplam, subnectitque exempla, loquutus antea de morum mutatione ex malis in bonos. Ad idem igitur hæc caput pertinent, quemadmodum etiam manuscripti codices demonstrant: neque in duo vel tria capita secanda sunt, sicut in vulgatis libris factum videmus. Nam

Nam si hæc exempla omnia, simul cum externis ad vnum caput mutationis morum ac fortunæ pertinere vsque ad libri sexti finem, ipsa per se docere possent, etiamsi veterum exemplarium suffragia non accederent.

6 *Cum Asiatici publicani exiguam admodum particulam habuisset*) Deprauarunt quidem locum scioli, qui tamen syncerus remansit in Campensi, Vvincheliano, Colonienſi, & Atrebatensi exemplaribus, in quibus *Asiatici publici* legitur. Vectigal enim populi Rom. publicum appellat Valerius, non secus ac Cicero ad Q. fratrem scribens: *His te ita versari, vt & Publicanis satisfacias præsertim publicis malè redemptis.* Vt etiam Tacitus libr. XIII. *Ergo edicit princeps vt leges eiusque publici occultæ ad id tempus proscriberentur.*

7 *Mirósque id modo demonstrauit, pristinum quæstum suæ fortunæ, præsens vero dignitatis incrementum moribus ipsius imputari debere*) Elegantius in manuscriptis, *Eóque modo demonstrauit pristinum quæstum suum fortunæ, præsens verò dignitatis incrementum moribus ipsius imputari debere.*

8 *Sed operam publicanis dedit*) Veteres libri multitudinis casu, *operas*, dicunt. vt etiam Cicero ad Atticum XIIII. libro. *A te peto puerum qui est in operis eius societatis, omnibus tuis officiis, atque omni liberalitate tutare: curésque vt eius opere quàm grauissimè sint socii.* Diurna seruitia vocat operas, quæ conductitij in exigendis portoriis præstabant.

9 *Cn. Pompeij Magni pater P. Ventidium ætate puberem in triumpho suo*) Legendum puto: *ætate impuberem*, vt latius in magistratuum Annalibus demonstraui.

10 *Casuum nunc contemplamur varietatem*) Ob hanc præfationculam quibusdam visum fuit, adiecto titulo & hic nouum caput constituere, vnum videlicet corpus in tres particulas perperam dissecãdo.

11 *Ad*

12 *Ad Carthaginienſiuma peruenirent catenas*) *peruenturum* Melius in manuſcriptis.

12 *Turpem decoctoris ſuperlationem imminuit*) Plures libri veteres, *ſuperlationem inuſit*, legunt. Superlatio ὑπερβολὴ, adiectio ſuperfluæ nominis hoc loco.

13 *Arpinatibus honoribus iudicatus inferior*) Lege *Arpini honoribus*, ex Campenſi codice. Et rurſus poſtea.

14 *Prætura candidatus ſupremo loco inhæſit*) Id eſt vltimo loco inter ſex prætores creatus eſt. Nam hoc idem declarat Plutarchus his verbis ὕστερον ὢν πολλῷ φαύλως μόλις τῶν ἑξῆς ἐδυνήσατο ἐπιτυχεῖν ἑβδόμος ὢν πάντων ἀναγορευθεὶς δικαστής: Erat autem nonnihil ignominioſum vltimo, atque contra honorificum primo loco inter tot collegas renunciari: qui idcirco prætor primus appellabatur, Quo nomine gloriatur ſæpe M. Tullius anno ſuo prætor primus frequentibus populi ſuffragiis ſit factus.

15 *Ex illo Mario tam humili Arpinate, támque ignobili Roma*) Lege, *tam humili Arpini tam ignobili Romæ*, ex Atrebatenſi, Gemblacenſi & Cauchiano. Ex comparatione nanque diſſimilium locorum rem ipſam auget Valerius.

16 *Quid eſt ergo quod amplius de ea re queramur?*) *De ea queramur*, in veſtutis codicibus. Recte. Loquitur enim de fortuna.

17 *Neque illecebris eius tantummodo*) *Eius*, ſuperfluum eſt, neque habetur in ſcriptis libris.

18 *Omiſſa re, quam differebat*) Vvincheliano & Cauchiano, *Omiſſis de quibus differebat.*

19 *Abdicationis inungentem notam*) In Cauchiano elegantius: *Abdicationis inurentem notam.* Quæ locutio receptiſſima eſt.

20 *Mediúmque Europæ & Aſiæ vel ſpei, vel deſperationis pignus*) Campenſis liber habet: *Mediumq; Aſiæ & Europæ* Qui ordo magis lucidam reddit orationem

nem ſequentem.

21 *Nec aut hæc, aut illa vniuerſa, ſed varia, perplexa, freto, atque æſtui ſimillima*) Tolerabilis quidem lectio, ſed in Campenſi, Colonienſi & Vvincheliano, vt mihi videtur, correctior eſt, *Nec aut hæc aut illa ſimul vniuerſa: ſed variè perplexa, freto atque æſtui ſimilia.*

22 *Sed hunc, cuius felicitas ſemper plenis velis proſperum curſum tenuit, Orontes Darij regis præfectus*) Magis placet Cauchiani libri lectio, quæ ſine parentheſi minus ſcabroſa eſt, atque magis plena: *Sed hunc felicitatis ſemper plenis velis proſperum curſum tenere non potuit Comprehenſum enim Orontes &c.*

23 *Equitatu potens*) Libri manuſcripti, *Equitatuum potens*, ſubſtantiuè, ſine tempore, vt Liuius primo, *Iuuenem iam eſſe dictitans ac regni potentem. Item Tacitus: An ipſe imperij potens, an Silius priuatus eſſet*

24 *Vt validiſſimorum populorum non tantum arbiter, ſed & victor victoriæ exiſteret*) Deprauatus eſt turpiter locus à ſciolis, quem ita repurgauimus ex Campenſi, aliiſque veteribus exemplaribus: *vt validiſſimorum populorum tantum non arbiter victoriæ exiſteret.*

25 *Caduca nimirum hæc & fragilia*) In ſcriptis librit: *Caduca nimium hæc & & fragilia puerilibusq; conſentanea crepundijs ſunt, quæ vires atque opes humanas vocantur.* Optimè. Epilogus hic eſt totius capitis ornatè ſententioſus, quem pleriſque locis contaminatum emaculaui, atque in fine mutilum auxilio veterum librorum ſuppleui hoc modo.

26 *Itaque neque exiſtimari neque dici debent bona quæ vt inſtictorum malorum amaritudine deſiderium ſui duplicent, propenſiore fauore primo delinitos, maiore poſtea malorum cumulo opprimere ſolent*) Cuius periodi dimidium ferè in omnibus exemplaribus intercidit, nos eum ex Cauchiano libro in integrum ita reſtituimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN SEPTIMVM LIBRVM.

CAPITE PRIMO.

1 *Constantis & propitiæ*) In Vvincheliano & Gembracensi: *Constanter propitiæ*. Multo melius ac verius.

2 *Ad summum beatæ vitæ cumulum perduxerit*) Leges: *culmen*, atque mox: *Nasci eum in urbe terrarum principem*. Non vt vulgo, *Nasci enim*.

3 *Fecit vt eodem tempore tres filios consulares, vnum etiam censorium, duos triumphales & quartum prætorium videret*) Manuscripti codices nostri sic: *Vnum etiam censorium ac triumphalem* Rectè: atque Ciceronis sententia, qui de Q. Metello Macedonico hæc eodem fere libro de finibus quinto. *Q. Metellus* (inquit) *qui tres filios consules vidit, è quibus vnum etiam & censorem & triumphantem, quartum autem prætorem, cosque salvos reliquit.* Qui auctores demonstrant L. Metellum Macedonici filium qui ante patris mortem consul fuerat, minimè triumphasse, neque Dalmaticum appellari debere, Capitolinis triumphis astipulati, quorum fragmentum nuper è tenebris erutum nos docet Dalmaticum L. Metelli Calui fuisse filium. Ex quatuor igitur Q. Macedonici filiis, de quibus hic Valerius loquitur, fuere, Q. Metellus Balearicus consularis, censorius ac triumphalis, alter L. Metellus consularis, tertius M. Metellus, cum pater moreretur anno DCXXXIII. consul, & postea triumphalis, quartus C. Metellus prætorius ac parre moriente candidatus cōsulatus. Quemadmodum ex annalibus nostris luce clarius constabit.

4 *Tres*

4 *Tres filias nuptui daret*) Veteres libri, *Vtiq; tres filias nuptum daret*. Stylo Terentiano atque Plautino.

5 *Paruuli ruris fructibus ac voluptatibus contentus*) *Ac voluptatibus*, assutum ex annotationibus est, & libenter omittam quando & in Vvincheliano non reperiatur. In Colonienſi habetur, *Paruuli ruris finibus contentus*.

CAPITE SECVNDO.

1 *Pestifera ignauiæ adfert exitium*) In Campensi aliisque, *Pestiferum ignauiæ adfert exitium*. Non minus rectè.

2 *Iudex aditus de sponsione*) In quibusdam libris, *addictus*, legitur mendosè etiam Legendum, *aditus*. Adeuntur enim iudicia ac iudices. Sic Cicero ad Appium famil. 3. *Cum ad me aditum esset ab iis qui decerent*, &c.

3 *Non prosperantibus auibus optimum ei auspicium renunciasset*) In Vvincheliano & Colonieusi, *Ementitus optimum ei auspicium*, &c. Quemadmodum Liuius lib. 10. Pullarius auspicium mentiri ausus.

4 *Id vt cognouit consul, fidente animo & inuasit Aquiloniam & cepit*) Truncam esse sententiam ex Liuiana historia colligimus. Non enim occisus pullarius in oppugnatione Aquiloniæ, sed antea in prælio. Rectius itaque in Campensi, atque ordine luculentiore, *Id vbi consul cognouit, fidente animo & hostes inuasit, & Aquiloniam cepit.*

5 *Vbi concordia non inest*) Omnes manuscripti libri habent, *Nisi concordia inest*.

6 *Vbi vero pertinax intercedit odium, alter alteri quam vterque contrarijs castris certior hostis proficiscitur*) Aliter hæc in Susiano aliisque, atque non minus eleganter: *Vbi vero etiam pertinax in odium alter alteri, quam è contrarijs castris vtrique certior hostis proficiscitur.*

7 *Vtrum vxorem duceret, an se omnino matrimonio abstine-*

ret) In manuscriptis, *Vxtrem duceret, an se omni matrimonio abstineret? Virum* quoque superfluum est, ex annotationibus alicuius assutum. Eleganter enim adverbium, *an*, secundo loco ponitur, & priore intelligitur. Cicer. Verrina v. *Erraui-t an potius insaniui Apronius?*

8 *Qui se incursu malorum obiecit*) Veteres libri, *incursui malorum*. Rectè.

9 *Remissum ab inferis Atheniensem Periclem*) Turpissimè passim sunt deprauata propria nomina in hoc auctore, ac plurima etiam falsò suppositа à sciolis, qui hoc opus vel corrigere, vel in compendium contrahere voluerunt, de quorum mehercle flagris dignissima temeritate atque impudentia nusquam non conqueri possumus. Superius apophthegma Xenocrati adscribunt, quod Plutarchus & Stobæus Simonidi poëtæ. Illic autem ab inferis reuocati Periclis nomẽ iniectum, cùm Aristophanes in Ranis hanc sententiam Æschylo attribuat. Eius verba sunt hæc:

Οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν,
Μάλιστα δὲ λέοντα μὴ ἐν πόλει τρέφειν.
Ην ἐκ τραφῆτις, τοῖς τρόποις ὑφαιρεῖσθαι.

Quos versus eleganter Erasmus transtulit.

Catulum ne alias leonis in republica,
Ac maximè ipsum ne leonem alas ibi,
Quod si quis altus, obsequendum moribus.

10 *At ille dum Alexandrum Macedonem Persica salutatione gaudentem obiurgat, & ad Macedonicos mores inuitum reuocare benevolè perseverat*) Locus (vt ita dicam) non vno loco deprauatus glossematum vitio, quæ passim semet ingesserunt impudentissimè. Eiicienda imprimis vox ociosa, *benevolè*, quæ in Vvincheliano & Campensi non habetur, item legendum ex veterum librorum omnium consensu, *Dum Alexandrum Persica Macedonum salutationẽ gaudentem*. Persæ quidem ex more

more vetusto semper prostrati adorabant reges suos, igitur & Alexandrum victorem non ineptè: sed hoc idem fieri à Macedonibus, issque insolentiis gaudere Alexandrum, indignè latum. Rursum cum ita se vetus habeat lectio, & deinde in Campensi scriptum sit, & *ad Macedonum mores*, ne eadem vox fastidiosè repetatur, puto fuisse olim in Valerio, *& ad maiorum mores*, atque glossographi deinde alicuius interpretationem, nempe vocem *Macedonum* fuisse suppositam.

11 *Nam vt illis infirmiora animalia retineri, valentiora transmittit ita his humiles & pauperes constringi, dimites & præpotentes non alligari*) Addit in fine *videmus*, liber Campensis velut glossulam vltimo verbo superscriptam. Quod vocabulum istic desiderari, quisque ni fallor iudicabit.

12 *Sed nescio an Annonis excellentissimæ prudentiæ consilium*) *Excellentioris* in Campensi. Rectè, comparatione facta inter duos, Agesilaum scilicet & Annonem, vt more suo exempla inter se cohæreant.

CAPITE TERTIO.

1 *Primo deflexu ad vafri nomen progressum*) In veteribus libris aliquibus *vafre*: in aliis *vafreæ*, quibusdam *Vafriæ*, vel *Vafrinæ*. An vetus Deæ nomen, vt Marcia, Strenia, Cunina, Furina, sic Vafria vel Vafrina. Videant docti, an ne lateat paronomasia quædam.

2 *Vt quisquis eam Auentinensi Dianæ*) In manuscriptis, *Auentinensi*. Rectè, velut Hispanensis, Sardiensis, quæ cognomina eorum, qui ea loca seu prouincias incolunt, vt Sosipater lib. 1.

3 *Mactandum in Auentino ante aram Dianæ constituit*) *Mactandum* in manuscriptis abest, quæ vox procul dubio ex annotationibus alicuius assuta est.

4 *Quem proxima se aqua abluisset*) In Atrebatensi pro-

Universidad de Deusto Biblioteca

4 *Quem proxima se aqua abluisset*) In Atrebatensi *proximam aquam* Mendosè: in aliis, *proxima manus aquæ*: verum rectissimè in Cauchiano, *proximi amnis aquæ*. Descendit itaque ex Auentino ad vicinum Tiberis alueum, vt se ablueret. Quod ipsum Liuius quoque scribit.

5 *Ad se vocatos*) Hæc verba cum in scriptis codicibus non habeantur, atque salua sententia abesse possint, eradere visum est.

6 *Ad oppugnandam Carthaginem aduecturus*) Manuscripti libri, *aucturus*. Rectè.

7 *Regredi controuersus, quàm progredi mallent*) In manuscriptis, quinque exemplaribus, *Regredi modo controuerso*. Cicero Flacciana, *Volmisti magnum agri modum censere*. Ita sæpè modus pro agri mensura.

8 *Qui fatti vix prudentis*) In manuscriptis, *pudentis*, eleganter. Item Tetent. Heaut. Animi pudentis signum dixit.

9 *Aliquantò speciosus sententijs Saturnini Vetullionis*) In Susiano, Vvincheliano & Pulmanniano, *Aliquantò speciosius Saturnini Vetullionis*. Corradus legit, *Aliquantò speciosius Sentij Saturnini Vetulinis*. Sed idem hoc narrat Appianus Alexandrinus de Pomponio quodam. Locus hic haud dubiè contaminatissimus est, ac merito notâdus asteriscis: sed nihil auxilij in exemplaribus est.

10 *Salubri consilio*) In Vvincheliano & Colonienſi, *Salubris consilij astutia*. Melius.

11 *Infelicis animi impetum saciet ate licentis concubitus resolutum*) Elegantius in iisdem codicibus, *Infelicem animi impetum saciet ate concubitus liciti resolutum*.

12 *Asinarium fortè sibi obuiam factum*) Plenius in Atrebatensi, Colonienſi, Susiano, aliisque, *Asinarium fortè ante omnes obuiam factum*.

13 *Sordida magorum dominatione Perside oppressa*) Veteres libri rectè omittunt vocem *Perside*. Res enim accidit, Magis

Magis iam oppressis & occisis, ac Perside liberata.

14 *Sex reliqui summæ potestatis continuo equis delapsi, candidati (vt mos est Persarum* (&c.) Falsus est ordo, qui melior ac verior in manuscriptis, *Sex reliqui summæ potestatis candidati continuo equis delapsi, vt mos est Persarum*, &c.

15 *Demosthenes ei patronus adfuit*) Eleganter, *adfulsit*, in manuscriptis, namque præter spem adfuit, c m iam de suspendio cogitaret. Sic fortuna adfulget, quæ præter spem propitia aduenit. Liuius lib. 30. *Et mihi talis aliquando fortuna adfulsit*.

16 *Mulier, inquit, parata est depositi fidem soluere*) *Soluere fidem*, est rumpere fidem. Terentio in Andria. Rectius igitur veteres libri dicunt, *Depositi se fide soluere*, vt soluere sacramento.

17 *Annibal à Duillio consule*) In Susiano, Colonienſi, & Pulmanniano optimè, *Superior Annibal*: vt discernatur scilicet ab illo, qui sequitur & bellum secundum Punicum gessit, Amilcaris filio: Hunc Orosius seniorem Annibalem vocat. Polybius & Zonaras Gisgonis filium appellant, qui primo Punico bello fuit dux quidem celebris, sed infelix

18 *Quendam ex amicis compositum & ornatum Carthaginem misit*) Locus enim in scriptis exemplaribus contaminatissimus, qui nescio an rectè sanari adhuc poterit. In Cauchiano & Vvincheliano legitur, *Quendam ex amicis compositum & subornatum*. In aliis omnibus, *Compositum & formatum*, forte legendum, *confictum informatum*, sed quia nihil certi, nihil etiam mutare volui.

19 *Itidem Annibal Fabium Maximum*) In Vvincheliano & Colonienſi, *Idem Annibal*: malè. In Atrebatensi, Gemblacensi, & Campensi, *Item Annibal*, concisè: deest enim dictio, quæ remansit in Pulmanniano & Susiano, è quibus libris colligo, legendum esse, *Alter ut Annibal*, &c. Iam enim de Amilcaris filio loquitur.

20 *Insidiosæ adumbratio eius*) Vox *eius* superflua est, neque habetur in Sufiano & Pulmanniano.

21 *Furius Camillus maximus dux*) *Maximus*, glossema est, quod Colonienſi & Vvincheliano excluditur.

22 *Ad communionem ciuitatis vsque penetrauerunt*) In Cauchiano plenius, *ciuitatis, quam vsque cupierant, penetrauerunt.*

23 *Quoniam apertius esse intellexerant*) Omnes libri veteres, *aptius* legunt. Non inepte.

CAPITE QVARTO.

1 *Illa verò caliditas egregia, & ab omni prorsus reprehensione procul remota*) Magis placet manuscripta lectio, *Illa verò pars caliditatis egregia, & ab omni reprehensione procul remota.* Concursus enim aduerbiorum prorsus, & procul, non parum offendit.

2 *Quemadmodum cuncta in sua manu haberet*) Elegantior Vvincheliani lib. lectio, *Quemadmodum in sua manu haberet vniuersa.* Sic etiam in Colonienſi.

3 *Causam altius arguendi petiuit*) In manuscriptis, *alterius argumenti*, malim, *altioris argumenti.*

4 *Et exitu feliciter prouisum. Cum enim vrbe capta*) Non dissecat orationem liber Campensis, & melius ita cohærebit sententia: *Et exitu feliciter prouisum, cum vrbe capta Galli*, &c.

5 *In fame eorum repositam*) Sufianus & Pulmannianus rectè, *In fame obsessorum repositam.*

6 *Perquam callido genere consilij Romani vsi, vnico perseuerantiæ*) Noua periodus, quæ ita rectius in Atrebatensi, & quatuor aliis exemplaribus, *Perquam callido enim genere consilij vnico perseuerantiæ irritamento.* &c. Reliqua in vulgatis libris superabundant.

7 *Quam ab vtriusque virtute prosterneretur*) In Sufiano, Vvincheliano & Colonienſi, *Quam ab vtriusque prosterneretur.* Optimè.

8 *Puni*

8 *Punica calliditas Romana elusa prudentia Annibalem Neronem Asdrubalem Salinatori decipiendum tradidit*) Falsa est ratio atque etiam manca, quam ita restituimus ex Sufiano & Pulmanniano, *Ita illa tota terrarum orbe infamis punica calliditas frustrata fuit: Romana prudentia Annibalem Neronem*, &c.

9 *Agathocles autem Syracusarum mœnia si tueri perseueraſſet*) Ineptè repetitur hic nomen *Agathoclis*, quod ex dictatis ludimagistri insertum veram lectionem vitiauit. Placet igitur ea quæ est in Atrebatensi, Gemblacensi & Cauchiano, *Age si Syracusarum mœnia tueri perseueraſſet.* Cuius item remanent indicia in Vvincheliano & Campensi.

10 *Quid Annibal Cannensem pop. Rom. aciem speculatus? nónne priusquam ad dimicandum descenderet, compluribus astutiæ complicatam laqueis*) Hæc multo elegantius in manuscriptis libris, etiamsi nonnihil inter se variam, veram nihilominus lectionem præ se ferunt, & hinc sciolorum temeritate deprauatam demonstrant, atque hoc modo corrigendum esse, *Quid Annibal Cannensi prælio? nónne priusquam ad dimicandum descenderet, aciem populi Rom. compluribus astutiæ implicatam laqueis*, &c.

CAPITE QVINTO.

1 *Epulum populo Romano*) Vox *Romano* è glossis inserta est, exultat enim ex quinque veteribus lib.

2 *Repulsa inde abiret notatus*) In Pulmanniano & Sufiano, *Repulsa inde notatus abierit.*

3 *Quo circa vrbs nostra*) Ordine hæc concinniore sunt in iam dictis codicibus, *Quocirca non vnius conuiuij numerum, sed totam se in illis pelliculis iacuisse credens ciuitas*, &c.

4 *Is qui consul Iugurthæ bellum indixit qui matrem Ideam*, &c.) Hoc loco plagæ vestutæ turpissimam videmus cicatricem sciolorum imperitia inductam, quam vix ipse sanaret Æsculapius sine antiquorum

exemplarium auxilio. Confunduntur enim hic tres Naſicæ, eorumq; res inſigniores falsò ac perperam vni adſcribuntur. Ignarus hiſtoriæ ludimagiſter aliquis hunc locum fortaſſis iniuria temporis ante luxatum corrigere cupiens, verba quædam quibus hiſtoriæ diſcernebantur velut ocioſa ac ſuperflua ſuſtuliſſe videtur, vni huic Scipioni candidato omnia attribuenda exiſtimans, vt forte mendoſus locus ex parte iam præ ſe ferebat. Verum non intellexit Valerium non hic vnius res geſtas, ſed totius eius domus præclariora ſtemmata adducere, vt monſtraret, quàm benemeritæ familiæ leui de cauſa repulſæ labem populus intulerit. *Plagam denuo* (inquiens) *aperuiſti, ſed adhibe nunc remedium.* Quod, cum nihil iuuent manuſcripti codices, profecto difficile, ac minime præſens eſſe fateor, niſi illud ex ipſa ſumamus hiſtoriæ veritate. Quam paucis verbis interiectis ita, ſi coniecturæ locus aliquis eſt, reſtituendam Valerio ſuſpicor: *P. autem Scipio Naſica togatæ potentiæ clariſſimum lumen, pater eius qui conſul Iugurthæ bellum indixit, eiusq; nepos qui matrem Idæam Phrygicis ſedibus ad noſtras aras focoſq; migrantem ſanctiſſimis manibus excepit: is ipſe qui multas & peſtiferas ſeditiones auctoritatis ſuæ robore oppreſſit, cuius patre principe ſenatus per aliquot annos gloriatus eſt*, &c. Non video qua meliore via lectionis vulgatæ falſitas declinari poſſet. Sed iudicent docti, ipſe quidem nihil mutare ſine veterum librorum auctoritate volui. Cur autem exiſtimem de P. Naſica Serapione loqui auctorem, non paucæ ſunt rationes, quas in annalibus noſtris in eius hac ædilitate latius expoſui. Iam reliqua quædam orationis verba ex codicibus ſcriptis vt emendemus, legendum ex omnium ſuffragatione, *togatæ potentiæ clariſſimum lumen*, non, vt vulgò, *clarum*. Et poſtea, *Qui matrem Idæam Phrygicis ſedibus ad noſtras aras focoſq; migrantem* non, è Phrygiis. Agnoſcit κίνησιν φρυγικὸς Stephanus de vrbibus. Denique

Cice

Cicero ſine præpoſitione, *migrare domo*, Verrina quarta dixit. Denique in exempli eiuſdem fine legendum, *Non patiendo eos à ſecuris peti*, idque ex omnium veterum librorum conſenſu. Impreſſi codices, *à ſcurris*, produnt perperam. Erat enim in illa Scipionis facetia quidem contumeliæ nonnihil, ſed nulla ſcurrilitas, quæ turpitudinem atque obſcænitatem amat.

5 *Et cenſor factus eſt: ampliſſimum etiam dignitatis gradum obtinuit*) Elumbis atque gloſſematibus fracta oratio. Elegantior atque breuior in Vvincheliano & Cauchiano, *Bis conſul & cenſor factus ampliſſimum dignitatis gradum obtinuit.* Æquè probanda quæ in Colonienſi eſt: *Bis conſul & cenſor factus eſt, gradumque dignitatis ampliſſimum obtinuit.*

6 *Conſulatus repulſa afflictum*) In Suſiano, Pulmanniano atque Atrebatenſi legitur, *Conſulatus repulſa afflatum.* Eleganti formula loquendi, in qua item ſignificatione vocabulo, ambuſtus, vſi ſunt veteres. Liuius indifferenter has dictiones vſurpat: nam *afflati incendio* dixit lib. XXX. & *ambuſtus damnatione* lib. XXII.

7 *Eundem de Pſeudophilippo triumphantem*, &c.) Non diſſimili qua prius audacia in hunc quoque locum graſſati ſunt ſcioli. Conſtat enim Q. Metellum Macedonicum triumphaſſe de Pſeudophilippo, bellúmque Achaicum geſſiſſe ex prætura priuſquam conſulatum peteret. Atqui hæc verba ſonant, poſt repulſam cõſulatus triumphaſſe, Achaicúmque bellum profligaſſe Metellum. Quod planè falſum eſſe vel ſolus auctor, qui de viris illuſtribus ſcripſit, abundè docet capite LXI. Hoc pacto nobis bonos auctores deformauerunt gloſſographi. Veræ tamen lectionis veſtigia quædam remanſere in Campenſi libro, cuius initium tale hoc modo proſequendum opinor: *Quem de Pſeudophilippo triumphantem vniuerſus latum & alacrem in Capitolium proſecutus erat. Achaici etiam*

Universidad de Deusto Biblioteca

pelli, cui summam manum L. Mummius adiecit, maxima pars ab hoc viro profligata fuerat.

8 *Cui mox duas clarissimas prouincias aut daturus erat, aut debiturus, Achaiam & Macedoniam*) Non dabat tum prouincias populus: sed eas senatus decernebat magistratibus sortiendas. Alia est lectio in Campensi sic: *Cui mox duas clarissimas prouincias aut debiturus erat aut debiturus.* Mendose, legendum enim puto, *aut debebat*, aut *erat debiturus.* Debebat enim illi Macedoniam, cum negaret consulatus, & debiturus mox erat Hisp. citeriorem quam post consulatum Celtiberis subactis in potestatem redegit. Hinc pulchrè L. Florus lib. 2. cap. 17. Metellus ille, cui ex Macedonia cognomen, meruerat & Celtibericus fieri. Nomina verò prouinciarum quæ sequuntur in vulgatis exẽplaribus, Achaia & Macedonia scilicet, in Campensi erasa sunt, & non malè profecto, cùm ex falsis annotatiunculis sint fortassis assuta.

CAPITE SEXTO.

1 *Senatus auctore Tib. Graccho consule censuit*) Legendum, *Senatus auctore. Tib. Graccho cos. design. censuit*, vt in Campensi.

2 *Per tribunos plebis apud populum lata rogatione*) in Cauchiano aliisque, *ad populum*: receptissima apud antiquos formula.

3 *Vbi nisi tutiora consilia legeris, speciosa sequenti concedendum est*) In Campensi aliisque, *Nisi tutiora legerit consilia, speciosa sequenti concludendum est.* Rectè.

4 *Vrbem nostram vehementer contudit, vt opera M. Iunij dictaturam reipub. administrantis*) Elegantius Atrebatensi aliisque veteribus, *Vehementer confudit vt M. Iunij opera dictatura rempublicam administrantis.*

5 *Adiudicatorum etiam*) In manuscriptis libris *ad dictorum*, legitur. Addicti propriè autem dicebantur qui

qui in temporariam seruitutem propter debita creditoribus sententia prætoris addicebantur, qui alio nomine nexi vocabantur, vt Varro de lingua latina. Plaut. Penulo, Vbi in ius venerit.

Addicet prætor familiam totam tibi.

6 *Tam multo sudore & sanguine in potestatem redactas*) Melius in Susiano, & Pulmanniano: *in ius & potestatem redactas.*

7 *Paucis verbis, ita scilicet necessitate iubente, dimisit*) In manuscriptis: *Te scilicet necessitate iubente.* Elegans apostrophe, quam & in sequenti exemplo persequitur.

8 *Casilinum moderatum virtute, clarum persuerantis amicitiæ pignore*) Mendosus locus, qui ita correctè in Campensi, Gemblacensi & Atrebatensi; *Casilinum modo rarum virtute.* In Vvincheliano, Colonienſi, & Susiano & Pulmanniano, *Modo rara virtute clarum.* Quæ lectio item non displicet.

9 *Sed credo deorum prouidentia effectum, vt & venditori, &c.* Verba, *effectum, vt* non malè omittuntur in manuscriptis.

10 *Sed teterrimæ necessitatis truculenta manus illi consulto stylum suum impressit*) In manuscriptis hæc demùm per apostrophen non ineptè. *Sed tua teterrimæ necessitas truculenta manus illi consulto stylum impressit.*

11 *Diui Iulij exercitus, id est, inuicti ducis inuicta dextera*) In Atrebatensi & Gemblacensi correctius, *idem inuicti ducis*, &c.

12 *Vt sex milibus denarijs singula vasa olei, frumentique modys totidem mancipia permutarentur*) Longè alia est lectio in Pulmanniano, Susiano & Atrebatensi, meoque iudicio verior, atque correctior: *vti à militibus, singuli olei frumentique modys totidem mancipia permutarentur.* Librarij perperam scripsere, *milibus* pro *militibus*: scioli addidere glossas, locumque pro iudicio suo deprauarunt.

13 *En, quem aliquis in acie hortaretur*) Susianus & Pulmannianus per interrogationem proferunt hoc modo, *Eam ne vnquam aliquis in acie hortaretur?* Iuuentutem intelligit.

CAPITE SEPTIMO.

1 *Adolescens domum petit, errore patris impudentia amicorum domum sibi clausam reperit*) Inepta repetitio eiusdem dictionis. Quare melius in Susiano & Pulmanniano, *Adolescens reuersus, domum errore patris, impudentia amicorum sibi clausam reperit.*

2 *Testamento etiam vtroque praterito*) v. c. *Testamento etiam vtramque praterijt.*

3 *Si ipsa æquitas hac de re cognoscere potuisset, iustiusne, aut gratius pronunciaret*) In Cauchiano hæc eleganter, *Si ipsa æquitas hac de re cognosceret, possitne iustius aut grauius pronunciare?*

4 *Ciuius pelluto iam corpori*) In Atrebatensi, Gemblacensi, Cauchiano, Colonienſi & Campensi, *pollincto*, legitur. Atque elegantissimè. Est enim, pollincere, Plauto aliisque veteribus, cadauera vngere, & pollinctores vocantur funerũ curatores, vt in Pœnulo, *Quod mihi pollinctor dixerat, qui eum pollinxerat.* Pollinctum igitur corpus senis appellat morti & rogo vicinum.

5 *C. Calpurnij Pisonis præfecti vrbis*) In Atrebatensi & Campensi rectè, *pr. vrb.* id est, prætoris vrbani.

CAPITE OCTAVO.

1 *Filij etiam Aphronicæ ex admodum amplo patrimonio viginti nummos legauit*) Hæc multò correctius in Vvincheliano aliisque manuscriptis: *Filijs autem Afraniæ ex suo admodum amplo patrimonio viginti milia nummum legauit.*

2 *Aphronia tamen cum sorore sacramento contendere noluit*) Legendum, *Afrania tamen cum sorore sua*, &c. Quid sit sacramento contendere, & quo ritu hoc fiebat, pulchrè M. Varro de lingua Latina lib. 4.

3 *Ne*

3 *Neque sanguine Rhegino pares*) Quatuor exemplaria, *sanguine patrio*, legunt Vvinchelianum, *paterno*. Atrebatense, *pagino*, mendosè: ex qua voce quidam *Rhegino* feciſſe videntur. Verum vt hic à patre, patrius sanguis dicitur, ita & à Cicerone patrius mos, & à Lucretio poëta patrius pauor, lib. 3.

-- *dolus vulpibus & fuga ceruis*
A patribus datur, & patrius pauor incitat artus.

4 *Nimirum consternatio animum eius transuersum egit*) Mutilatam sententiam perpolierunt postea studiosi. Quæ sic integra remansit in veteribus quinque exemplaribus, *Nimia consternatione quæ animum eius transuersum egit, deprauatus.*

5 *Quos Oppius vir diligens*) In Gemblacensi, *Quod socius*, malè. In Atrebatensi, *Quo socius*. Legendum, *Quos ocius*, vt est in Colonienſi.

IN OCTAVVM LIBRVM.

CAPITE PRIMO.

1 *Quam in Originibus retulit*) Melius *in Origenes*, quemadmodum Cauchianus, Gemblacensis ac Atrebatensis, habent. Et Cicero eodem modo dixit in Bruto, velut Liuius, in Annales: non secus ac referre in tabulas dicimus.

2 *Et Galli sanguine coniunctum filium*) Veteres libri, *Et Galli sanguine sibi coniunctum filium.* Tullius de oratore primo. C. Sulpicij Galli propinqui sui filium pupillum in humeros extulisse scribit.

3 *Et qui indicabant, ira perciti pœnam homines cupidè expectabant*) In manuscriptis, *ira præcipiti pœnam hominis cupidè expetebant.* Eleganter.

4 *Quæ conscia certæ synceritatis suæ*) Libri scripti habent, *Quæ conscientia certa synceritatis suæ.*

5 *Q. Fla-*

5 *Q. Flauius à C. Valerio ædile apud populum reus actus*) In Pulmanniano & Sufiano, *Q. Flauius Augur appellatur.*

6 *Tam bona conditione vti non potuerit*) Magis placet Vvincheliana lectio, atque Colonienſis: *Licet tam bona conditione vti non potuerit, tamen præter vetuſtiſſimam nobilitatem*, &c. vt ſit noua periodus.

7 *Dum eos acrius impugnauit, profuit*) *Impugnat*, in Atrebatenſi & Cauchiano, rectè. In aliis *impugnaret.*

8 *L. Scipio Æmilianus Cottam apud populum accuſauit*) Perperam hoc loco Scipioni Æmiliano prænomen Cottæ eſt attributum. Vel tonſoribus enim notum eſt P. Scipionem appellari debere, quemadmodum etiam vocatur in Campenſi libro, atq; in Vvincheliano, non male: *P. Scipio Africanus.* Sed quid? Cotta ad populum accuſatus? Minimè. Non enim niſi magiſtratus (quod & vir doctiſſimus Carolus Sigonius obſeruauit) accuſare ad populum ſolent. Itaque ſcribendum, velut in Atrebatenſi codice legitur, *L. Cottam ad prætorem accuſauit, non apud populum*, vulgò. P. Scipio autem priuatus accuſauit Cottam, cum iam bis conſul & cenſor fuiſſet, vt teſtatur Cicero de diuinatione, atque item in Mureniana. Bis conſul fuerat (inquit) P. Africanus, & duos terrores huius imperij Carthaginem Numantiamque deleuerat, cum accuſauit L. Cottam. Poſt ſecundum verò conſulatum P. Africanus nullum magiſtratum geſſit: debuit itaque priuatus accuſaſſe, atque non ad populum, ſed ad prætorem de repetundis. Iam enim multo antea quæſtiones perpetuæ erant conſtitutæ, ſicut ex noſtris annalibus manifeſtum eſt. Error autem prouenit in Valerij exemplaribus ex literis ſingularibus quæ adhuc remanent in Pulmanniani libro, in quo ſcriptum *apud pr.* indoctus librarius legit, ſcripſitque *apud populum Romanum*, quæ lectio adhuc reſtat in Campenſi exemplari. Reſtituendus igitur hoc pacto locus, *P. Scipio Æmilianus L. Cottam ad prætorem accuſauit.* Oſtendit inſuper ita legendum eſſe Valerium ipſe in fine exempli, vbi & iudicum mentionem facit.

9 *Se ob amorem pueri ſui eo eſſe perductum*) Veteres libri habent, *pueri ſerui.* Rectè.

10 *Sed crimen libidinis confeſſio intemperantiæ liberauit*) In Campenſi, *Sed crimen adulterij libidinis intemperantis, confeſſio liberauit.* Elegantiſſimè.

11 *Et inſuper ei pœnas adictas pependit*) In Atrebatenſi, Vvincheliano, Colonienſi & Campenſi, *addictas.*

12 *Suffragijs eum tota concio oppreſſit*) In Pulmanniano & Sufiano, *tota cognitio*, ſed rectius in Atrebatenſi, *tota cognitio*, legitur. Cognitionem verò pro iudicum collegio ponit. Damnatus enim fuit, vt ex Ciceronis Rabiriana intelligimus, non à concione populi, ſed ab equitibus Romanis, penes quos tunc temporis erant iudicia.

13 *Quam inſontem crimine, quo accuſabatur votum impium ſubuertit*) Eradenda puto verba *quo accuſabatur*, quæ haud dubio ex gloſſemate ſunt aliquo inſerta. Ob nullum enim crimen accuſata fuit Claudia, ſed ob petulantem linguam atque improbum dictum multata, vt in noſtris annalibus latius.

14 *M. Mulitius*) In Atrebatenſi aliiſque veteribus libris *M. Mulnius.* Rectè. Inde nomen ponti Muluio, vt apud Ciceronem ad Atticum XIII. Vnde & Muliana pira dicta, vt apud Plinium.

15 *Quorum alterum vltione, alterum abſolutione non dignum iudicatum eſt*) Multo rectius hæc in Pulmanniano & Sufiano, *Quorum alterum vltione dignum, alterum abſolutione non dignum iudicatum eſt.* Ait enim ex duobus parricidiis veneficium vltione dignum quidem fuiſſe, eædem verò non dignam abſolutione. Quam ſententiam ex vulgata lectione non colliges, cum dicat alterum parricidium, nempè veneficium vltione non dignum fuiſſe.

16 *Post centum annos ad se reuerti iusserunt*) In Campensi mendosè item *adesse reuerti iusserunt*. Hinc colligo glossema esse *reuerti*, atque auferri posse. Gellius eandem ex Valerio nostro referens historiam, ita quoque dixit: *Centesimo anno adesse iusserunt.*

17 *Inexplicabilem cunctationem mutabant*) V. C. *inuitabant.*

CAPITE SECVNDO.

1 *Quorum magis æquitas quæstionum*) Lege, *Quærentium* ex Susiano & aliis.

2 *Arbitrum cum Claudio adiunxit, vt formulam daret, quid sibi de ea re facere oporteret*) Malim vt in Campensi, Gemblacensi, Atrebatensi & Cauchiano, *Arbitram Claudio adduxit & formulam, Quicquid sibi dare*, &c.

3 *Publicæ quæstioni iudicandum reliquit*) In manuscriptis, *vindicandum.* Melius.

4 *Seductum Titinium monuit*) In Pulmanniano, Coloniensi, Susiano & Vvincheliano, *Subductum Titinium* legimus. Rectè. Est enim subducere clanculum segregare.

CAPITE TERTIO.

1 *Amesia prætoris sententia rea*) Locus mendosus, qui in plerisque scriptis libris, *Amesia sententia rea*) In Vvincheliano, *Amesia Sentia rea*, vbique vox *prætoris* omittitur.

2 *Motusq; omnes ad nerues desinsionis*) Multo elegantius hæc manuscriptis, *Partesq; omnes ac numeros desinsionis.*

3 *Caia Afrania Licinij Bruttionis vxor*) Colonienſis & Vvincheliānus muliebre prænomen omittentes correctius hæc produnt, *Afrania Licinij Buccionis senatoris vxor.* Atque eodem modo Cauchianus aliique ferè omnes manuscripti. Bucciones à bucca dicti, quemadmodum Labeones à labiis.

4 *Non*

4 *Non quod aduocatis deficeret*) In veteribus libris, *aduocatis deficiebatur.* Cic. Cluentiana: Consilio ac ratione deficitur.

5 *Ad C. Cæsarem tertium itémque M. Seruilium consulem*) Mendosè citantur hi consules, sicut ex annalibus nostris cōstabit. Hoc autem loco sunt ita restituendi, *Ad C. Cæsarem iterum atque P. Seruilium consules.* Quod etiam ex manuscriptis ferè colligere est.

CAPITE QVARTO.

1 *Cum in hanc suspicionem venisset*) Dictio *hanc*, ociosa est, nec habetur in Vvincheliano.

2 *Septies tortus*) in scriptis libris omnibus, *sexties*, legitur.

CAPITE QVINTO.

1 *In Q. Pompeium Ausidium*) Lege, vt in Gemblacensi, Atrebatensi, Campensi, & Vvincheliano, *In Q. Pōpeium A F.*

2 *C. Cornelij maiestatis rei non modo testes onerarunt, sed etiam salutem negantes illo incolumi stare remp. posse depoposcerunt*) Hæc in manuscriptis per interrogationem, atque ordine etiam cōmodiore, *C. Cornelij maiestatis rei quam non onerarunt tantummodo testes salutem: sed etiam, negantes illo incolumi stare remp. posse, depoposcerunt.*

3 *Illo sacrilegium & flagitium*) Melius in Colonienſi & Atrebatensi, aliisque sine copula, *Illo sacrilegium flagitium.*

4 *Ac per summam inter patronorum pariter & accusatorum admirationem sic orsus*) In campensi, Vvincheliano, Colonienſi, & Atrebatensi, *Ac inter summam patronorum pariter & accusatorum admirationē sic orsus est.* Optimè.

CAPITE SEXTO.

1 *Ampla ab eo relicta latifundia*) In Campensi, *Amplam ab eo relictam pecuniam latifundiáque.* Atque eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

lectionis quædam indicia sunt in Vvincheliano. Atrebatensi, & Gemblacensi. In Colonienſi vero sic habemus, *Amplam ab eo relictam sibi pecuniam fistinanter consumpsit.*

2 *Ad auxilium seruorum pileo suplerato confugit*) In manuscriptis, *pileo sublato*. Correctè.

3 *Legem aduersus intercessionem collegarum prorogauit*) In Atrebatensi codice, *perrogauit.*

CAPITE SEPTIMO.

1 *Quæ cum perfectissima sit virtus, duramento sui confirmatur*) Dilucidè atque eleganter in Cauchiano, Campensi & Vvincheliano: *Quæ cum perfectissima sit virtus, eam tamen duramento suo confirmat* Quæ duo verba in vulgatis libris desiderantur, vt etiam in Atrebatensi, in quo tamen *confirmat* legitur.

2 *Humanæ vitæ exemplo, & spacio nominandus*) In Cāpensi, *Humanæ vitæ exemplum, ætatisq; spatium.* Vox *nominandus*, non habetur quam tamen facile fero. Tradit autem Plin. libr. XXIX. cap. IV. M. Varronem ætatis anno LXXXVIII. adhuc scripsisse de aspidibus. Idem Varro de hebdomadibus scribēs, se quoque iā duodecimā annorū hebdomadā ingressum esse, & ad eum diem septuaginta hebdomadas librorum cōscripsisse. Ex quibus aliquandiu cum proscriptus esset, direptis bibliothecis suis non comparuisse, vt apud Gellium lib III. cap. X. Proscriptus quidem fuit à triumuiris, tanquam iniquus dominatui, verum seruatus amicorum opera, vt Appianus auctor est ciuilium quarto. Mortuus autem post bellum Actiacum cum iam ferè nonagenarius esset, vt Eusebius in Chronico.

3 *Publius verò senator, & Lucius Pontius eques Romanus*) Propria nomina, vt passim, ita & hic sunt corruptissima. In manuscriptis quatuor exemplaribus, *P. verò senator & Lupus Pontius.* Sed qui solo prænomine cognosci senator ille poterit, cuius ne semel quidē antea meminerit? sed ita temerè detruncarunt auctorem hunc

hunc Librarij de re ipsam parum sollicíti. In Pulmanniano, Paulus appellatur: ex quo ad minus colligimus, ex Aemilia ipsum fuisse gente.

4 *Namque alij incommodo perculsi secessum petunt*) Sed quoniam incommodo non dicit: Legendum itaque: *Namque tali incommodo perculsi.* Sic enim in Campensi, in quo item sequenti verbo additur copula, *sic*, duplicántque tenebras.

5 *Patientia duratis auribus in actionibus vteretur*) verba *in actionibus* Vvinchelianus codex non habet. Itaque duplex est eius loci lectio, hæc scilicet Vvincheliana, *Patientia duratis auribus vteretur*, non quidem contemnenda: verum altera non minus elegans, quæ in codicibus omnibus dempto Vvincheliano repetitur, *Patientia duratis actionibus vteretur.* Est autem actio ipse oratorius gestus, tam in pronuntiatione, quàm in motu corporis consistens: atque vt ipse Cicero in oratore definit, quasi corporis totius quædā eloquentis, cum constet è voce atque motu, quam in dicendo vnam dominari affirmat libro III. de Oratore. Tales igitur suas actiones Demosthenes patientia ac labore durare ac stabilire voluit, vt contra clamores ac fremitus obstrepentis populi constantes ac firmas haberet.

6 *Et vniuscuiusque res proprietatem, & effectum*) Legendum ex libris manuscriptis, *Et vnius cuiusque vim, proprietatem & effectum.* Non enim vniuscuiusque rei, sed syderis vel stellæ vim, proprietatem & effectum à Magis didicisse Pythagoram scribit.

7 *Docili animo sumpsit.*) In Campensi, & Pulmanniano, *scripsit*, malè in aliis *sorpsit*: At in Cauchiano, & Colonienſi, *Docili animo hausit.* In Vvincheliano autem, *hausit*, vel *scripsit.* Vnde colligo vnum alterius esse interpretamentum è glossis adiunctum. Vtroque tamen verbo vtitur metaphoricè & Cicero Philip. XI. *Quid eum non sorbere animo, quid*

non haurire cogitatione, cuius sanguinem non bibere censeris?

8 *Maximam toti Græciæ admirationem ac specimen exhibuisset*) Veteres libri habent, *Maximæ totius Græciæ admirationi specimen exhibuisset.*

9 *Non se sapientem (iam enim illud septem sapientes viri occupauerant) sed amatorem sapientiæ, id est, Græce φιλόσοφον edidit*) Locus turpiter sciolorum annotatiunculis maculatus, qui purior remansisse in Vvincheliano & Colonienſi videtur, *Non se sophum (iam enim illud septem excellentes viri occupauerant,) sed philosophum esse respondit.*

10 *Cuius ardentem rogum plenum venerationis oculis Metapontus aspexit, operam Pythagoræ quam suorum cinerum nobilius clariusve monumentum*) Correctius hæc in libris manuscriptis, maximè in Sussiano *Cuius ardentem rogum plenis venerationis oculis Metaphontus aspexit, oppidum Pithagoræ quam suorum cinerum nobilius clariusve monumento.*

11 *Sub capite Sophronis numeros habuisse fertur*) Lege, *Sophronis mimos*, quemadmodum est in Atrebatensi, & Vvincheliano aliisque: fuit enim mimographus Sophon, velut testatur Diogenes Laërtius in vita Platonis, & Suidas.

12 *Epulum dare facile potuerit*) Manuscripti codices, *ex facili* habent. Sic etiam Plinius lib. III. Eorundem ciuis exesis dentibus iniectus: ex facili eos cadere cogit, id est, prompte & sine molestia.

13 *Temperato inter studia animo*) Vox *animo* plane reiicienda est, à Ludimagistro aliquo ineptè assuta: quę item exulat è libris veteribus.

14 *Quantum in oppressis Syracusis hostis reponens*) Libri manuscripti vocem *hostis* non habent, & abesse potest.

15 *Noli, inquit, obsecro istum circulum disturbare*) Dictio *circulum* ex glossemate item irrepsit in contextum, vt scripti libri demonstrant. Formas metricas traxisse eum in puluere scribunt Liuius, & Plutarchus: *non*

non determinatè oculos.

16 *Cœptum ante quadragesimum* λογικῶν) Melius in veteribus libris, *Cœptum vnde quadragesimum.* De Chrysippi libris vide quæ Diogenes Laërcius.

17 *Idq; ignotum esse posteris filius Sophoclis noluit Sophon*) legendum, *Filius Sophoclis Iophon noluit.* Ita eum appellat Suidas, Ἰοφῶν (inquit) Ἀθηναῖος τραγικὸς, υἱὸς Σοφοκλέους τοῦ τραγῳδιοποιοῦ γνήσιος: ἀπὸ Νικοστράτης. Astipulatur Suidæ Laërtius.

18 *Per summam namque iniquitatem patria pulsus* In manuscriptis, *Per summámque iniquitatem.* Rectè: nam copula requiritur, non causalis, vt grammaticè loquar.

CAPITE OCTAVO.

1 *Ocium quod industriæ, & studio maximè contrarium videtur, præcipuo subnecti debet.* In Cauchiano, Colonienſi aliisque. *Et maximè studio contrarium videtur, subnecti breuiter debet.*

2 *Ne propriè vitam inertem exigant*) Vox *propriè* abest in Vvincheliano, Colonienſi & Cauchiano, in quibus ita, *Ne vitam ineruem exigant.*

3 *Vagas littoribus conchulas & calculos lectitasse*) In Vvincheliano, *conchulas & vmbilicos.* Nec malè meo iudicio, nam altera vox huius est glossema perperam insertum contextui Valeriano. Librarij non intelligentes vocabulum, eius loco interpretationem scribere maluerunt. Desumptum ex Cicerone hoc exemplum, qui de Oratore libro secundo ait: *Ita solet narrare Scæuula conchas eos & vmbilicos ad Caietam & Lucrinam legere consueuisse.* Vmbilicos à forma vocat paruos ac rotundos calculos in littore sparsos. Si credendum collegij Atrebatensis exemplari. Valerius non *vmbilicos*, sed *obeliscos* dixit: atque ab obelorum similitudine sic appellasse videtur teretes & oblongos lapillos, non secus ac rotundos Cicero vmbilicos. Quæ lectio non minus arridet quàm Vvincheliana.

Discrepant in nominandis locis hi auctores, nisi in alterutro sit error, Caietam & Laurentum prodit Valerius: pro Laurento Lucrinum Cicero. *Qui locus Caietæ vicinior est.*

4 *Alea quoque & calculis vacasse interdum dicitur*) In Campensi, Gemblacensi, Vvincheliano, & Atrebatensi melius, *Aluco quoque & calculis.* Nam alia inhonesta est.

5 *Vt enim in rebus seriis Scæuolam, ita & in scurrilibus lusibus hominem agebat*) Quomodo? scurrilibus ne lusibus delectabatur Scęuola vir grauissimus? Sanè suspectus est locus. Scripti libri quinque *in scænis lusibus* produnt. Pulmannianus, *in senu.* Coniice lector quid esse velit. Forte legendum *in seriis lusibus.* id est, non seriis. Ad fuit interpres qui *puerilibus* explanauit, quod deinde mutatum in *scurrilibus.*

CAPITE NONO.

1 *Districtos iam & vibratos gladios*) in manuscriptis. *Destrictos iam & vibrantes gladios.*

2 *Siquidem maxima tunc eloquentia quæsta est*) In Atrebatensi, & Cauchiano, *Maxima tunc vis eloquentiæ quæsta est.*

CAPITE DECIMO.

1 *Constat Æsopum Roscióque ludicræ artis peritissimos*) In Cauchiano & Vvincheliano, *Itaque constat Æsopum & Roscium ludicræ artis peritissimos viros,* Numeriosiore periodo.

2 *Respondit,* ὑποκρίσεις) Campense exemplar circumlocutione Latina rem exprimit hoc modo, *Si nihil dixeris optimè scitum.* Forte legendum itaque, *Respondit* ἡ ὑποκρίσεις, *hoc est, si nihil dixeris non optimè scitum.*

CAPITE VNDECIMO.

1 *Eo cum forte mane vterque*) In veteribus libris, *Eo cum forte*

forte mane, Melius, vt referatur ad diem Iduum Martiarum.

2 *Trepidare eius fues vacuo metu passus est*) In manuscriptis correctè, *Vano metu.*

3 *Ita tanquam certam propriamq; Dei notam*) In Atrebatensi & Cauchiano, *Ita tamen certam.*

4 *Itaque pictura eius aruspicis, & amici, & fratris lacrymis madet*) In Cauchiano melius, *& amicorum.* Vlyssem & Aiacem intelligit.

CAPITE DVODECIMO.

1 *Et auctorem & disputatorem optimum esse*) In Vvincheliano, *& actorem.* Cicero Bruto. *Et actori summo causarum & magistro.*

2 *Q. Scæuola clarissimus legum vates & certissimus, quotiescunque de iure prætorio consulebatur*) Hæc meliore ordine & correctius in manuscriptis, *Q. Scæuola legũ certissimus & clarissimus vates: quotiescũque de iure prædiatorio cõsulebatur* Sic etiam Cicero in Balbiana: Cum de iure prædiatorio consulebatur.

3 *Qui conductores sacræ aræ modum ac formam eius secum sermone conferre conatos*) In Atrebatensi, Vvincheliano & Pulmanniano, *De modo ac forma eius secum sermonem conferre conatos.* Sed quænam hæc ara tanti moliminis ac operis, vt de eius structura concipienda tot consiliis fuerit opus? Locus valdè mihi suspectus est. In Vvincheliano, *conductores sanctæ* legitur, atque etiam mendosè, ni fallor: nam puto legendum esse, *conductores sacræ arcis,* vt intelligamus auctorem loqui de arce Mineruæ celeberrimo atque magnificentissimo Athenarum ædificio, cuius sæpè meminit Pausanias in Attica, ea omnium sanctissimum Mineruę signum de cælo delapsum dedicatum fuisse scribens. Meminit eius item noster Valerius lib. v. cap. III. & lib. III. cap. I.

CAPITE DECIMOTERTIO.

1 *Et noſtra ornata mentio deſuiſſe exiſtimetur*) In manuſcriptis rectè, *Et noſtra ornata, &c.* In Suſiano & Pulmanniano, *Noſtra ornata mentio &c.*

2 *Cuius inter primum & ſextum conſulatum quadraginta ſex anni interceſſerunt* In Campenſi & Cauchiano, *quadraginta & ſeptem.* Benè ac numeratè, tot enim annos ponunt inter primum & vltimum M. Corui conſulatum faſti Capitolini.

3 *Quos in ſenatu rogauerat*) Veteres libri ſic, *Quos in ſenatum conſul vocauerat.* Malim tamen vt Plinius, qui hoc exemplum à Valerio mutuaſſe videtur, *quos ſententiam conſul rogauerat.* vel *quos in ſenatu conſul rogauerat.*

4 *Et Clodia Aruli filia* In Atrebatenſi, Suſiano, & Pulmanniano, *Claudia Aliſi*, mendosè, ſed puto legendum, *Auſilij*: Nam Plinius Clodiam Offilij vocat, quod idem eſt. Formula loquendi antiqua eſt, qua mulieres adiunctis maritorum nominibus notabantur. Sic Liuia Rutilij, ſupple, vxor. Terentia Ciceronis, Iulia Pompeij, Cæcilia Craſſi, Calpurnia Cæſaris.

5 *Quindecim filijs ante enixis*) Plinius quoque enixam quindecies ſcribit: verum Campenſis, Gemblacenſis aliique veteres libri, *Quindecim filijs ante amiſſis* legunt. Quam lectionem probare malim, non enim hic fœcunditatis exempla quærimus.

6 *Ac ſi quid agi à ſedente*) Veteres libri, *agere aſſidentem.*

7 *Quo minus ſenectute ageret*) In Suſiano & Pulmanniano: *Cum ſenectutem ageret.* In Atrebatenſi, *Quum ſenectutem ageret.* Sed legendum exiſtimo, *Quum illam ſenectutem ageret.* Ita Cicero ad Atticum. *Agere quietam ſenectutem* dixit libro XIIII.

8 *Cum ad imperium ſexaginta annos natus acceſſiſſet.*) Manuſcripti codices, *quadraginta annos*, produnt: quemadmodum.

modum & Plinius, & Cicero in Catone. Lucianus ex Anacreonte, ni fallor, poëta centum quinquaginta annos vixiſſe. Arganthonium tradit, ſed puto Valerium ſequi in his Ciceronem: & Plinium Vtroſque.

9 *Centum illum & triginta annos expleuiſſe commemorat.*) Lege, vt in Suſiano & Pulmanniano, *Centum illum & viginti annos expleſſe.* Aſtipulantur enim huic numero Herodotus, & alij iam dicti auctores, Cicero & Plinius.

10 *Et ipſa numeroſæ vinacitatis haud paruum exemplum*) Ineptè dictum numeroſa vinacitas, cum propriè ſignificet naturalem viuendi vigorem numeri non capacem, cum in ſingulis rebus vna morte finiatur. Rectius itaque in Campenſi, Cauchiano, Gemblacenſi, & Atrebatenſi, *Et ipſe neruoſa vinacitate haud paruũ exemplum.*

11 *Centeſimum & trigeſimum annum tranſgredi*) Lege, *centeſimum & vigeſimum*, vt in quinque vel ſex manuſcriptis exemplaribus, atque etiam Herodoto, qui ἐτεα μὲν ἐκατὸν καὶ ἑκατόν, prodit.

21 *Quoſdam Exgente Epiorum*) Vvinchelianus, *exgente Eliorum.* Item rectè. nam Stephanus de vrbibus Elios vel Eleos olim à rege Epeo appellatos Epios fuiſſe eoſdem patronymica voce dictos Endymioniadas, quòd Epeus Endimionis filius à quibuſdam diceretur.

13 *Eiq; ſubſcribit Damiates*) *Damaſthes*, in veteribus libris vocatur, item à Plinio. Fuit Helleſpontcum hiſtoriarum ſcriptor, patria Sigienſis. Deinde quod ſequitur, *Hoc amplius firmans Litorium quendam*) Iege ex manuſcriptis, *Hoc amplius affirmans Lictorium quendam.* Plinius Pictorium vocat.

14 *Xenophon, cuius περὶ πλόου* legitur) Corige, vt in Campenſi & Vvincheliano περὶ πλοῦ. Citatur item à Plinio Xenophon in Periplo. Mox quæ ſequuntur.

valde sunt deprauata, *Is enim Latinorum regem octingentis vitæ annis donauit*) Legendum enim, vt habent veteres libri ferè omnes, *Insulæ enim Lachmiorum regem &c.* Corrigendus item ex hoc loco Plinius, vbi mendosè maritimorum regem habet, pro Lachminorum.

CAPITE DECIMOQVARTO.

1 *Si tamen illis literarum quoque lumen accessisset, magni æstimans*) In Cauchiano, & Vvincheliano. *Sed tamẽ literarum quoque lumen illis accessisse magni æstimatus.*

2 *Dulcedini gloriæ pene adiecit gloriam*) Non minus placet lectio veterum codicum, *Dulcedinem gloriæ pene adiecit gloriosam*, pulchrè atque argutè dictum.

3 *Qui contemptum eius introducere conãtur*) In Vvincheliano, & Cauchiano, *Intrudere conantur.* vocabulo magis violento. Atqui difficulter gloriæ contemptum homini quis inculcarit, cuius dulcedo tam amica naturæ est.

4 *Qui dum æternam memoriam assequerentur*) In veteribus libris, *Qui dummodo æternam memoriam assequantur.*

5 *Nomen eius per totum terrarum orbem diffunderetur*) In Cauchiano legimus, *disseretur.* in aliis autem exemplaribus scriptis omnibus, *disiceretur*: antiqua voce, pro dispergeretur.

CAPITE DECIMOQVINTO.

1 *Superiori Africano consulatus citerior legitimo tempore datus est Quod fieri oporteret, exercitus senatum literis admonuit. Ita nec eas vtrum illi plus decoris patrũ conscriptorũ auctoritas, an militũ ipsiliũ adiecerit. Tegam enim Scipionem ducẽ aduersus Pœnos creauit, arma popposcerunt*) In Cãpenſi, *arma popoſcerũt eundem.* Ex quavnica dictione hic adiecta colligo totam hanc historiam de literis ab exercitu ad senatum missis pe-

peram à librariis hic insertam esse ab exemplo inferioris Aemiliani translatam, cum & ibi illa dictio reperiatur aptè posita, hic superflua sit. Cui meæ sententiæ suffragatur historiæ veritas, atque Appiani Alexandrini auctoritas, qui tale quid de Amiliano refert, crebris quippe militum literis ex Africa scriptis ipsum Romæ commendatum fuisse, quibus petebatur vt in Africam consul mitteretur. De superiore quidem Africano Liuius quidem scribit, (cuius istic historiam integram habemus) eum ante tempus ingenti omnium fauore consulem factum, sed de literis militum prorsus nihil. Quapropter omnia verba iam annotata ab exemplo hoc excludenda puto, atque postea suo loco, vbi de Aemilian. consulatu verba facit, inserenda esse, vt tunc dicemus. De superiore autem Africano hic ita legendum arbitror, *Superiori Africano consulatus citerior legitimo tempore datus est, cui quæ in vita præcipua assignata sunt &c.*

2 *Itaque quod hodie quoque eximium eius memoriæ capit, adiciam*) In Atrebatensi, *Quod hodieque eximiũ capita dicam.* Mendose. In Susiano. Vvincheliano, & Pulmanniano item, *Quod hodieq; eximium capiti adiciam.* Legendum ergo. *Itaque quod hodié eximiũq; capiti adiciam.* Reliqua sunt adsuta ab iis, qui deprauatam lectionem corrigere voluerunt, ac velut imperfectam supplere.

3 *Quæ quotiscunque munus aliquod Corneliæ gentis celebrandum est*) Lege, *funus aliquod.* Paulo post enim dicit Catonis quoque effigiem è Curia ad eiusdem generis officia expromi solere. Atque auctor de viris illustribus cap. XLVII. scribit, M. Catonis imaginem funeris causa produci solere. Sed vnde non dicit: Quare locus ille imperfectus videtur. Omnium enim illustrium producebantur funebri pompa imagines: sed hoc ratum, quod Catonis imago e Curia non ex atrio domus priuatæ. Legendum

itaque,

traque, *Imago eius funeris causa produci è Curia solet.* Magnificum profecto, atque eximium vtrique genti funus aliquod celebraturæ, cum more pompam imaginum familiæ totius producere deberent, Cornelio P. Africani maioris imaginem è Capitolio: Porcios M. Catonis maioris è Curia, non ex atriis suis petere posse.

4 *Tam hercle, quam Curia superioris Catonis effigies ad eius generis officia exprimitur.*) Nouum hic incipit exemplum, vt Pulmanni codex demonstrat. Atque hic locus item mutilus atque mendosus. In scriptis codicibus restant vestigia veræ lectionis: nam in Pulmanniano & Gemblacensi habemus, *Tam hercle, quam Curia superioris Catonis, in qua effigies illius ad cuius generis officia exprimitur.* Incorrectè. In Campensi autem, *Vnde effigies illius ad eiusdem generis officia exprimitur:* vel, *ex qua effigies illius*, si Pulmanni librum sequi velimus.

5 *Quam Scipionis imperio deleta esse Carthago*) *Lege, Quam minoris Scipionis imperio.* Ad differentiam alterius. Quæ vox item in Campensi libro glossæ modo est annotata.

6 *Verum specimen honoris à Scipione quoque Naseica oboritur*) Transit denuo à Porciis ad Scipiones. Cæterum Atrebatensis ac Pulmanni codicis lectio non minus, placet, *Rarum specimen honoris*, Rarissimum enim atque vnicum hoc decus, publico iudicio vir optimus censeri.

7 *Vt hæc mysteria matri Deum à sanctissimo viro præstarentur*) Non propriè dictum, *præstarentur mysteria.* Multò rectius in manuscriptis libris, *vt hæc ministeria matri Deum à sanctissimo viro præstarentur.*

8 *Nihil tamen in eorum principatu speciosius reperies*) Nec aptè dicitur hîc fastorum curruúmve triumphalium principatus. Sed optimè in manuscriptis libris, *Nihil tamen horum principatu speciosius reperies.* Præfert enim vitæ

vitæ sanctitatem rebus gestis quibuscunque Valerius.

9 *Aemilianum enim populus ex candidato ædilitatu consulem fecit. Eundémque cum quæstorijs comitijs &c.* Hoc loco sunt reponenda verba quæ diximus librarios perperam transtulisse ad exemplum Africani superioris. Quam culpam ignauis ludimagistris attribuo, qui aliquando exempla duo similia in compendium contrahere conati sunt, quæ quidem alij ea disparárunt. Locum autem hunc ita rursus iisdem verbis interpositis supplendum, atque restaurandum existimo, *Aemilianum enim populus ex candidato ædilitatu consulem fecit. Quod fieri oportere exercitus senatum litteris admonuit. Ita nescias, vtrum illi plus decoris patrum conscriptorum auctoritatis, an militum consilium adiecerit. Toga enim Scipionem ducem aduersus Poenos creauit, arma poposcerunt, eundémque cum quæstorijs comitijs &c.* Hæc omnia vere de Aemiliano dici, vel leuiter in historia versato manifestum est.

10 *Eidem senatus bis sine sorte prius Africam, deinde Hispaniam dedit*) Abrupta locutio atque malè secura. Posset enim intelligi, bis Africam, & bis Hispaniam sine sorte datam fuisse. Multò igitur apertius, atque etiam elegantius in veteribus libris, *Eidem senatus bis sine sorte prouinciam, prius Africam, deinde Hispaniam dedit.*

11 *Atque hæc neque ciui cupido, neque senatori ambitioso*) Placet quatuor codicum lectio, *Atque hæc neque ciui. neque senatori ambitioso.* Nam vox alia, *cupido*, superfluè adducta videtur, e dictatis alicuius ludimagistri.

12 *Quorum alterum decus vetustæ virginis optimi hominis*) Quamuis exemplaria sic habeant omnia, malim tamen dicere, *Quorum alterum decus vetustæ originis ac optimi ominis.*

13 *Gens Coruina amplexa cognomen vsurpat*) Ineptè ac impropriè dictum: *gens Coruina*, cum gẽs Valeria dici debeat.

debeat. Valde mihi suspectus est locus, quem sanè more suo scioli contaminarunt. In Atrebatensi atque Campensi legitur, *gens Coruinia amplexa cognomen.* Corrigendum puto, *gens Corvini amplexa cognomin.* Et subintelligitur, Valeria: quæ profecto consulatus principio gloriatur, propter Poplicolã, atque etiam celeritate, propter hunc M. Valerium. In Campensi codice verbis supernotatum *nostra.* Quæ dictio si inseratur, minus hiulca atque obscura erit oratio: atque insuper demonstrabit auctorem Valerium à Messalla Coruino oratore originem ducere.

14 *Quemnam resp. aquè magnum habitura esset imperatorem? respiciens se supra ipsam cubantem*) Minimè syncera lectio est. Præfero Pulmannianam, ac Susianam, quæ hæc *Quemnam resp. aquè magnum habitura esset? Imperator ipsum respiciens infra se cubantem.*

15 *An efficacius acciderit*) In Cauchiano, *accenderit.* Recte: inflammauit enim virtutem Marij hac sua voce Scipio, vt etiã testatur Plutarchus, Τὸν δ' ὃν Μάριον (inquit) ὑπὸ πάντες λέγεται μᾶλιστα τῶν οἰκείων, ὥσπερ ὑπὸ θείας κλαδὸνος ἐπαρθέντα ταῖς ἐλπίσιν ὁρμῆσαι πρὸς τὴν πολιτείαν.

16 *Appulsus ad ripam Tiberis memorabilis videri*) In manuscriptis, *ad ripam vrbis videri memorabilis.* Rara quidem locutione, sed tamen vera. Non enim consules, magistratúsque ripam Tiberis Ostiæ appellenti occurrerunt, sed cum nauigio, vt ait Plutarchus: vrbem intraret. Vt tamen ingenuè fatear, neutra satisfacit lectio. illa enim mihi glossema videtur, hæc autem licet non syncera, veræ tamen lectionis notam præ se ferre puto, eámque fuisse, *Appulsus ad vrbẽ videri memorabilis.* Qui cum nauigio fiat, glossographi exposuere, *ad ripam vrbis*, vel *ad ripam Tiberis.*

17 *Hoc solum respondebant*, αὐτὸς ἔφη.) Manuscripti libri Græca verba non habent, sed Latinè produnt. ita, *Hoc solum respondebant, ipsum dixisse.* Ea verba grauissans

cissans sciolus immutare voluit.

18 *Post mortem demum eius Cereris sacrarium fecerunt. namque illa virbs viguit*) In Atrebatensi, & Vvincheliano, aliisque, *Post mortem domum Cereris sacrarium fecit, Quantumque illa vrbs viguit.*

19 *Certamen ingressum*) Veteres libri, *ingressarum.* Multò correctius.

IN LIBRVM NONVM.

CAPITE PRIMO.

1 *Qua non onerata mensa varietate piscicularum abundarent*) In Pulmanniano, Susiano, & Atrebatensi, aliisque, *Qua non Orata mensa varietate ferculorum abundarent.* Melius.

2 *Considij publicum iudicium nactus est.*) Veteres libri omnes, *Cum considio publicano iudicium nactus est.* Rectè. Iudicium enim cũ aliquo naneiscí, est in controuersiam vel contentionem venire.

3 *Aesopus tragœdus*) Exemplar Atrebatense & Gemblacense. *Aesopus tragicus.* Plinio, tragicus dicitur histrio. Sic Liuius Aristonem tragicum *auctorem* vocat libro XXIII.

4 *Sectam secuti, longius manus porrexerunt*) Deest vox vna, quæ in Susiano est, *Sectam secuti plurimi longius manus porrexerunt.*

5 *Inde infusa culinis area, censibúsque edendi atque bibendi voluptas reperta est*) Magis placet Vvincheliana lectio, *Inde infusa culmis ostrea. Arte censibúsque edendi atque bibendi &c.*

6 *Quo ergo eam* (inquit) *minoris fore æstimas?*) In Cauchiano melius, *Quantò ergo eam* (inquit) *minoris fore existimas.*

7 *Et quanto tamen insequentium saculorum adificijs & memoribus augustiorem ritum introduxerunt. Atque in,*

choatam

choatam à se lautitiam posterius relinquere, quam in maioribus acceptam continentiam retinere maluerunt) Locus variè corruptus pro cuiusque ingenio: quot enim sunt exemplaria, tot fera reperiuntur diuersitates, quas omnes hic comparare prolixum ac tedioſum foret. Annotabimus itaque verba duntaxat è quibus veram lectionem elicere poterimus, *Et quanto tamen*, melius in Cauchiano, *Aliquanto tamen. Ritum introduxerunt.* Verba hæc perperam à sciolis interpoſita in Suſiano libro penitus omittuntur: in aliis, *quem* vel *quam introduxerunt*, legimus. *Atque inchoatam.* In Cauchiano. *Itaque inchoatam* In Suſiano correctè. *Quoniam inchoatam.* Vera itaque lectio ex duobus iam dictis codicibus hæc colligitur, *Sermonem oblitum Pyrrhi, immemorem Annibalis, tamq; transmarinorum stipendiorum abundantia oscitantem, aliquanto tamen insequentium seculorum ædificijs & memoribus angustiorem. Quoniam inchoatam à se lautitiam &c.*

8 *Metello & Scipionis consulibus*) Collegium hoc conſulum in faſtis non reperitur. In Vvincheliano & Atrebatenſi habemus, *Metello & Scipionicos.* Auferenda eſt copula, ſcribendúmque, *Metello Scipioni conſuli ac tribunis plebis.* Fuit autem Q. Metellus Scipio conſul cum Cn. Pompeio Magno genero ſuo non diu ante bellum ciuile: quo maximè tempore Roma luxu atque opibus diffluebat. Scioli bina cognomina hęc vnius eſſe ignorantes, interpoſita copula duos fecerunt conſules, moti præterea verbis ſubſequentibus, vbi dicit auctor: *Epulas conſulibus & tribunis non celebrandas, ſed vindicandas.* Et ſanè fuit conuiuium hoc à viatore datũ, non vni conſuli, ſed omnibus etiam magiſtratibus puniendum.

9 *Tum à patre tum à viro vtranque inclitam*) In Campenſi, Suſiano, & Pulmanniano legimus, *vtranque deductam*, fortè *auductam.* Atrebatenſis codex & Gemblacenſis habent: *vtranque victoriam.* Vvincheli-

anus, *victricem vtramque.* Locus non ſine mendo eſt.

10 *Antiochus quoque Syriæ rex nihilo contemptioris exempli*) In Campenſi, Vvincheliano, & Atrebatenſi, *contentioris exempli.* Puto tamen legendum, *continentioris.* Plautus in Aſinaria: Siccum frugi continentem. Cicero Paradox. *In quo equidem continentiſſimorum hominum maiorum noſtrorum ſæpè requiro prudentiam.* Plinius epiſtolarum libro quinto. *Eſt enim tam parcus & continens, vt non ſolum delicias, verum etiam neceſſitatis valetudinis frugalitate reſtinguat.*

CAPITE SECVNDO.

1 *Ac delicato cultu affluentis, per quæ varios illecebrarum motus volitantis animi*) In manuſcriptis hæc correctius ita, *Ac delicato cultu affluente, per varios illecebrarum motus volitantis animi.*

2 *Truculenta ſpecies, violenti ſpiritus vox terribilis, omnia minis & cruentis imperijs referta*) Proſopographia eſt crudelitatis, præfero itaque Campenſis libri lectionem. *Truculenta facies, violenti ſpiritus, vox terribilis, ora minis & cruentis imperijs referta.*

3 *Dum quærit victorias, Scipionem ſe populo Romæ dum exercet, Annibalem repræſentauit*) In Campenſi, & Vvincheliano, *Dum ſæuitiam exercet.* Rectè. Nam ſimul tacitè ſugillat Annibalem, quod victoria vti neſcierit. Sulla autem victorias ſuas exercuit crudeliter, vrbem cepit, imperium occupauit, proſcriptionem fecit, faciem omnem reip. pro arbitrio immutauit. Non immeritò igitur nobilium ſæuiſſimus appellatur à Tacito lib. 17.

4 *Quod ad eius ſupplicium exanimis ecciderat*) Liber Cauchianus habet, *Quod ad Marij ſupplicium.* Bene ac magis expreſsè.

5 *In quibus actis fœlicitatis nomen aſſerendum putauit*) In libris ſcriptis, *In quibus actis Felicis cognomen aſſiquendum putauit.* Rectè L. Sulla. Felix enim appellatus cum deuictis iam partibus dictaturam reipub. conſti-

tuendæ accepisset, atque omnia ex arbitrio suo gereret, sibi quidem felix inimicis oppressis, sed ob nimiam crudelitatem reip. infelix, vt habet versiculus:

Aspice felicem sibi non tibi Romule Sullam.

Quo huic etiam Tiberius Cæsar propter crudelitatem comparatur.

6 *Cuius tamen crudelitates C. Marij inuidiæ leuat*) Melior lectio est veterum codicum, *Cuius tamen crudelitatis C. Marius inuidiam leuat.*

7 *Apud sedulosissimi & abiectissimi hominis Varij bustum*) In manuscriptis tersius atque elegantius, *Apud sedulosissimi atque abiectissimi hominis bustum.* Nomen enim illud hic superfluum, atque ex annotationibus assutum est.

8 *Id enim malorum miseriæ tunc reip. deerat vt Varij Cæsar piaculo caderet*) Multo elegantius hæc in Campensi, Cauchiano, aliisque, *Id enim malorum miserrima tunc reip. deerat, vt Vario Cæsar piaculum caderet.* Virgil. vi. Æneid.

Sedibus hunc refer ante suis, & conde sepulchro,
Duc nigras pecudes, ea prima piacula sunto.

9 *Idem caput M. Antonij abscissum suis manibus inter epulas*) In manuscriptis, *Abscissum latis manibus.*

10 *Humo infigi, alios superiactos pilis excipi iussit*) Atrebatensi & Vvincheliano, *Humo infigi, alios superiactatos pilis excipi iussit.* Rectè.

11 *Eadem crudelitate vsi in milites nostros, Martis certamine in suam potestatem redactos, nauibus substrauerunt.* In Campensi aliisque melius, *Eadem vsi sunt crudelitate in milites nostros, quos maritimo certamine in potestatem, &c.* Meminit Varro de vita populi Rom. lib. 3. *Cum Pœnus* (inquit) *in fretum obuiam venisset nostru, & quosdam cepisset, crudelissimè pro palangis carini subiecerat, quo metu debilitaret nostros.* Citat verba hæc Nonius Marcellus in voce Palangæ.

12 *In*

12 *In flumine Gelo corporibus Romanis ponte facto exercitum traduxit*) Campensis, Cauchianus & Atrebatensis, *In flumine Gello*, legunt: alij libri *Gallo.* Vvincheliani, *Sigello.* Restitui verum nomen ex L. Floro qui scribit lib. II. cap. vt pontem e cadaueribus iussu Annibalis factum in torrente Vergello.

13 *Vt æque terrestrium scelestum Carthaginiensium copiarum egressum terra*) Ordo melior ac dilucidior est in Campensi & Cauchiano, *Vt terrestrium Carthaginiensium copiarum æque scelestium egressum terra, &c.*

14 *Et itinere fissos iam prima pedum parte succisa relinquebat*) Malim vt in Campensi, *Et itinere fissos infima pedum partim succisa.*

15 *Pedes præcisos & caput*) In manuscriptis libris, *Protinusque caput eius & pedes præcisos.*

16 *Cui monimentum ex seipsa reperit*) Melius in Campensi, Sultano aliisque, *Cum monimentum ex seipsa capit.*

17 *Quæ hos iunctos sibi*) In Cauchiano, *Quæ graues sibi.* In aliis, *Quæ onustos.* In Vvincheliano, *Quæ morosos.* Quæ lectio magis placet.

18 *Qui vivorum corpora cadaueribus aduersa aduersis alligato*) In Campensi, Gemblacensi & Vvincheliano, *Qui viuorum corpora.* Rectè. Nam sic etiam Virgilius de Mezentio tyranno:

Mortua quin etiam iungebat corpora viuis
Componens manibusq; manus atque oribus ora.

19 *Donec intus putrefacti laniati sint ab omnibus*) Elegantius in manuscriptis, *Laniati sint animalibus, quæ tabida corporibus innasci solent.*

CAPITE TERTIO.

1 *Omnes consulere sciit, consulem facere nescitis*) Vvincheliani codex per interrogationem hæc ita, *An vos consulere scitis, consulem facere nescitis?*

2 *Vt vniuersum populi Rom. equitatum*) Lege, *peditatum,*

Universidad de Deusto Biblioteca

vt in Campensi, & quemadmodũ Liuius astipulatur.

3 *Quotiens victoria victrix*) Elegantius per interrogationem: *Quotiens ergo victoria victrix?* sic in Campensi.

4 *Totam fugæ postponendam credidit*) Veteres libri melius, *Totam fugæ postponendam credidit.*

5 *Namque Metellus cum vtramque Hispaniam consul primo, deinde proconsul penè iam subegisset*) In Cauchiano & Campensi, *Nam Q. Metellus, cum prouinciam Hispaniam consul primo, deinde pro consule penè totam subegisset.* Rectè, non enim vtramque Hispaniam, sed citeriorem prouinciam duntaxat obtinebat Metellus Macedonicus.

6 *Sed alia miseriis pop. R. impotentia furens*) In manuscriptis, *Sed alia miseriis reipublicæ impotentia.*

7 *Neque ab ignotis exempla petere iuuat, & maximis virtutibus exemplis probrare vitia sua verecundia est*) Tres libri veteres habent, *Nunc ab ignotis exempla petere iuuat, sed maximis viris*, &c. Quo loco ignotus, pro peregrino vel externo sumitur.

8 *Tres maximas victorias totidem amicorum iniustis cædibus victor edidit*) In Susiano, *iniustis cædibus deturpauit.* In Pulmanniano, *Iniustis cædibus victori reddidit.* Sed legendum puto, *Victor perdidit.*

CAPITE QVARTO.

1 *Protrahatur etiam in medium auaritia*) Verba *in medium*, quinque exemplaria non habent: Quapropter assuta videntur ex aliquo glossemate, cum salua sententia abesse possint.

2 *Qui in Hispania Siliam, & A. Calpurnium*) Veteres libri habent prænomina in vulgatis omissa, *M. Silium, A. Calpurnium.* Hirtius de bello Alexandrino, Q. Sextium suggerit pro M. Silio.

3 *At qua dubitet*) In Atrebatensi melius. *Atqui non dubitas.*

4. *Odio*

4 *Odio merito Septimuleij auaritia*) Legendum puto, sicut est in Campensi, Susiano, Atrebatensi & Cauchiano, *Odium merita est Septimuleij auaritia.*

CAPITE QVINTO.

1 *Parum enim habuit L. Philippum cos. quia se interpellare concionantem ausus fuerat*) Magis placet Vvincheliana atque aliorum codicum lectio, *Parui enim habuit L. Philippum cos. quia interfari concionantem ausus fuerat.* Sic Liuius 36. Quos dicere exorsos consul interfatus. Item Plin. Epist. 23. Et quem interfari nefas esset.

2 *Diuinum caput amulatus est*) Dictio *caput* in Vvincheliano non habetur. Et quidem contaminatus est locus. In Campensi, Pulmanniano & Atrebatensi, *Diuinum caput latus*, scribitur. In Susiano autem, *Diuinum aucupatus est.* Quæ sanè lectio non adeo contemnenda videtur.

CAPITE SEXTO.

1 *Quod ea quæ læuis gesserant*) In manuscriptis, *Quod ea quoque lauis gestauerat, soluens.* Rectè, per parenthesim.

2 *Iratus namque Bituito rege*) Corrigendum, Betulto, ex fide antiqui marmoris quod triumphum de eodem hoc rege nobis repræsentat, fastis Capitolinis inferendum. Hoc ipsum inueniet studiosus in nostris annalibus.

3 *In alto merserunt*) Atrebatensis & Vvincheliauus habent, *In alto mari merserunt.*

CAPITE SEPTIMO.

1 *Sed vt violentiæ & seditionis*) In Atrebatensi libro, *Sed vt violentiæ seditionis.* Sine copula mendosè. Legendum tamen puto, *Sed vt violentiæ seditionis.*

2 *A. Mario quintum consulatum gerente*) Lege, *A. C. Mario sextum consulatum gerente.* Error ex notarum lapsu in numero prouenit. Marius enim in sexto consulatu Apuleianam seditionem est passus.

3 *Pro imprudentia & audacia*) Rectè in manuscriptis, *pro impudentia*. Notat enim Equitium.

CAPITE OCTAVO.

1 *Temeritatis etiam ita subiti, vt vehementes sunt impulsus*) Manuscripti codices habent, *Temeritatis etiam & subiti, & vehementes sum impulsus.*

2 *Nec sua pericula respicere*) Legendum, *dispicere*, vt in manuscriptis. Est enim dispicere, omnes partes ac numeros considerare, vel mente prouidere. Cic. Tusc.3. tamen acie mentis dispicere cupiebant.

3 *Itaque exiguo momento maxime reipublicæ casus fluctuatus est, vtrum interfector, an captiuus Scipio Syphacis fieret*) Locus est valde deprauatus, quem è Pulmanniano atque Susiano vtcumque corrigemus: è quibus primum ita legendum existimo, *Itaque exiguo momento maxima rei casus fluctuatur.* Deinde reliquum ita produnt tam dicti libri, *Virum captiuus, an victor Syphacis Scipio fuerit.* Quæ quidem verba multum discrepant à vulgata lectione, vero tamen sensu præualent. Non enim Scipio interfector Syphacis, quem captiuum, postea in carcere mortuum scribunt omnes.

4 *Nam C. Cæsaris anceps conatus, etsi cælestium cura protectus est, tamen vix*, &c In veteribus libris hæc ita, *Iam C. Cæsaris conatus etiamsi cælestium cura protectus est, attamen vix*, &c.

5 *Nauiculam conscendit è flumine, ac maris Adriatici sæua tempestate fauces petijt*) In Pulmanni & Susij exemplaribus, *Nauiculam conscēdit, & è flumine maris Adriatici*, &c. Rectè, nam Apolloniæ nauem conscendit, & secundo flumine in mare Adriaticum, aduersisque ventis Brundusium tendebat, vt Plutarchus atque alij auctores.

6 *Igitur angusti atque æstuosi maris ex alto tumulo spectatrix statua*) Manuscripti libri, *Alto è tumulo speculatrix statua.* Elegantet.

7 *Naui*

7 *Nauigantium oculis collocata iudicium est*) In manuscriptis, *collocatum*, at in Campensi *expositum*. Melius.

8 *Quæ decem imperatores suos*) Vetusti codices habent; *Quæ decem vniuersos imperatores suos.* Quasi dicat omnes decem quos ad bellum administrandum miserant. Nam, vt ait Cicero, Qui loquitur de vniuersis, nihil excipit.

CAPITE NONO.

1 *Liberius Tolumnij Veientium regis*) Atrebatense exemplar, *Larti Tolumnij Veientium regis* Correctè.

CAPITE DECIMO.

1 *Tribunus plebi M. Fuluius*) In Vvinchelianо, *M. Flaminius.* Quæ madmodum appellatur etiam à Liuio.

2 *Quæ ob causam Pollia tribus*) Idem Vvinchelianus codex Papiriam tribum vocat. Rectè nam ita etiam Liuius. Nec quenquam ex Pollia tribu candidatum fermè datum Papiriam ferre solitum.

3 *In qua plurimum postea Tusculani in ciuitatem recepti poterunt, meminem vnquam candidatum Pollia tribus fecit magistratum*) Tusculani ciuitatem accepere cum M. Furium Camillum agros vrbemq; eorum hostiliter inuadentem pace ac fide constanti nullis oppositis armis amicè acceperunt, omnia potestati Romanorum sponte subiicientes. Qua obedientia non solum amicitiam, sed & ius ciuitatis meruere, vt auctor est Liuius lib. 6. quodq; etiam testatur ipse Valerius lib 7. cap. 3. Quæ quidem accidere anno vrbis CCCLXXIII. Hæc autem de quibus nunc loquitur Valerius sexaginta amplius annis postea. Multò igitur prius quàm hæc damnatio contigit, in ciuitatem recepti fuerant Tusculani, velut etiam astipulatur in Planciana M. Tullius scribens è Tusculana familia Iuuētia primū ædilem: cuiulem plebeium Romæ creatum fuisse, quod anno CCCXXCVIII. ferè cōtigit, quinquaginta plus minus annis ante dictam damnationem. Sic magistratus in vrbe gerebant Tuscu-

lani, proculdubio iam ciues erant, adeo non postea, cum reos damnasset Polia tribus in ciuitatē recepti dicentur, vt hæc præ se ferunt Valerij verba. Transferendam itaque puto vocem *postea*, atque ita legendum esse, *In qua plurimum Tusculani in ciuitatem recepti potuerunt neminem postea candidatum Poliæ tribus fecit magistratum.* Indicat quodāmodo hanc lectionem Campense exemplar, in quo sic, licet incorrectè, *In qus plurimum postea Tusculani in ciuitatem recepti potuerunt, neminem postea candidatum, &c.*

4 *Quoniam hasta nequicquam petierat.*) v. c. *Quem hasta.* Melius.

CAPITE VNDECIMO.

1 *Nunc quatenus vitæ humanæ tum bona, tum etiam mala substitutis exemplorum imaginibus prosequamur*) In manuscriptis, *persequimur* Rectè. ac præsentis temporis verbo, nam aduerbium causale est, atque per tertiam vocalem scribitur in veteribus libris omnibus. Vt enim auctor est Festus, Quatenus significat, qua fine, non secus ac hactenus, hac fine: verum quatinus significat, quoniam, sicut hoc loco, atque apud Iuuenalem.

Quatinus hic non sunt nec vænales elephanti.

2 *Conscientia nefarium voce monstri simile exemplum est*) In Cauchiano aliisque plenius, *voce improbum, ac monstri simile.*

3 *Cui quidem carpento veheretur*) In Susiano & Pulmanniano, *Quæ enim carpento veheretur.* Magis aperte: nam exordiuntur istic narrationem.

4 *Quid de eo secus dicturus esset, cui pro sanctitate morum satis digna laudatio reddi non posset*) *Secus* istic per se positum significat idem quod non rectè: ex vulgata quippe antiquis formula, recte an secus. Cicero Pisoniana. Itaque semper malæ significationis est, si boni quid opponatur, & è contra.

5 *Quem quid aliud existimemus, quàm conscientia stimulis actum,*

actum, simulachrum à se inchoati parricidij peregisse? Locus glossemate turpiter conspurcatus. *Actum inchoati parricidij*, dixit eleganter Valerius è fabulis theatralibus sumpta translatione, vt Cicero Verrina III. *Itaque primum illum actum istius vitæ turpissimum prætermittam.* Et alibi: *Quartum actum improbitatis* vocat præturam Verris Siciliēsem, in qua grauiter personā quoque suam egerit, non secus ac primum in quæstura, secundum in legatione, & tertium in prætura. Eodem modo quàm pulcherrimè Valerius Catilinam conscientiæ stimulis actum inchoati à se parricidij peregisse dicit. Quanuis enim non reipsa, voluntate tamen conceptam à se tragœdiam peragere non destitit. Glossographus aliquis locum interpretari volens, scripsit actum, id est, simulachrum. Quam vocem deinde contextui librariorum impetitia adiunxit, vnde omnino expungenda est, quandoquidem in veteribus libris nō reperiatur, in quibus ita legimus, *Quem quid aliud æstimemus, quàm conscientiæ stimulis actum à se inchoati parricidij peregisse?*

6 *Vetus amicus & Pompeianæ militiæ comes*) In quatuor exemplaribus ita, *Vetus etiam Pompeianæ militiæ comes*, in quibus vox, *amicus* non extat, & abesse potest salua sententia.

7 *Cuius facti acerbitatem L. Tullius Hannalis sortitus, cum in Campum*) In manuscriptis, *Cuius fati acerbitatem L. Villius Annalis sortitus, Qui cum in Campum quæstoria, &c.* Rectè.

8 *Vt verbis contendere quàm ferro dimicare mallent, vter regnare deberet*) Veteres libri habent, *Vti verbis quàm ferro diiudicare mallent.* Eleganter. Diiudicare enim istic quod Barbari Gallica voce dicunt appunctare. Sic Cicero ad Atticum lib. 14. Nostras contentiones respublica diiudicabit. Idem de finib. III. Eámque controuersiam diiudicabis.

9 *Pro admiratione haberi*) In manuscriptis quibusdam

Præ admiratione habet. Mendosè. In Campensi, *hæret.* In Susiano & Pulmanniano, pro *habet* vel *hæret* legimus, *non dissineo*, quod glossema videtur esse. Forte scribendum, *Præ admiratione hæreo.*

10 *Haud te compote furoris in suo statu mundus mansisset*) In Atrebatensi atque etiam Gembiacensi eleganter hæc per interrogationē, *Aut te compote furoris in suo statu mundus mansisset?* Sic Terentius in Eunucho. Aut ego nesciebam quorsum tu ires?

11 *Vrbem à Gallis captam, & trecentorum inclytæ gentis virorum strage fœdatam, Allienſem diem*) In veteribus libris habemus, *strage fœdatam Allienſem diem*, rectè dispunctatis locis: licet mendosè scriptum sit, *strage fœdatam* cum debeat scribi, *stragem fœdam.* Constat enim ipsum loqui velle non de Allienſi prælio sed Cremetensi in quo trecenti eiusdem gētis nobiles Fabij cecidere. Legendum itaque existimo, *Vrbem à Gallis captam, & trecentorum inclytæ genius stragem fœdam, Allienſem diem & oppressos in Hispania Scipiones. Trasimenum lacum, & Cannas.* &c Omnes enim istic insigniores populi Rom. clades bello acceptas enumerat, quas vna furiosa cogitatione Seianum repræsentasse atque vicisse dicit. Verum vt lectori studioso scopum huius exempli clarius aperiam, quem minus attigisse commentatores video, cognoscimus ex historia Valerium hoc loco inuectiuæ suæ mucronem stringere aduersus L. Aelium Seianum Tiberio Cæsari prius familiaritate coniunctissimum, sed postea ob suspiciones inimicum factum. Quem principis amicitia illustrem fecerat, atque ad summos honores euexerat, adeò vt eius natalis publicè veluti Cæsaris, celebraretur, statuæ omnis generis atque etiam aureæ passim ab omnibus ponerentur, colerenturque, vtque tandem apud senatum, omnémque populum maiore in auctoritate, quàm ipse Tiberius esset. Itaque nimis exaltatū, iámque metuēdum,

dum, astu ac dolo subuertit, spe etenim affinitatis, atque tribunitiæ potestatis obiecta deceptum, nihilque siniſtri suspicantem subitò aggressus, velut res nouas aduersum rempublicam atque se molientem longa & criminosa epistola è Capreis (vbi tum manebat Tiberius) ad senatum scripta infensissimè accusauit. Seianus mox ab omnibus desertus, iussu senatus in carcerem raptus, cum omni stirpe ac familia occiditur. Cadauera triduo publicè ludibrio habita, demum in Tiberim proiecta sunt, & acerba inquisitio contra eius familiares & amicos est instituta. Ipsius nomen non diu antea consulis, tanquam pop. Rom. hostis è fastis ac monumentis publicis erasum, statuæ passim deiectæ atque cōfiatæ, atque memoria decreto senatus abolita est. Illudq; in causa quòd Valerius eū non nominet, licet acerbè in ipsum, Tiberio placere cupiens, inuehatur. Ideóque etiam non velut ciuē inter domestica sceleratorum exempla, sed velut hostem inter peregrinos, & externos extremo loco collocat. Igitur ex his etiā animaduertere est, eodē anno quo Seianus occisus, Valerium hunc librum nonum conscripsisse.

12 *Bellorumq; ciuilium domestico sanguine manantes furores*) Vvincheliani codicis vnam lectionem hic præferendam autumo: Quæ hæc est, *Bellorumq; ciuilium domestico sanguine mademem Aemathiam.* Notat enim vtramque bellorū ciuilium procellam, quæ in Macedonia olim Aemathia appellata detonuit, primū in Pharsalicis campis, auctore Cæsare, deinde in Philippicis, duce Augusto.

13 *Sidera suum vigorem obtinuerunt*) In Vvincheliano, *Sidera simul vigorem suum obtinuerunt.* Atque hæc dicere videtur, quòd futurorum præsagus, & peritus matheseos fuerit Tiberius.

14 *Torporem sibi permisit* Elegantius in Susiano & Pulmanniano, *Torpere sibi permisit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

25 *Et in primis auctor ac tutelæ nostræ incolumitatis Iupiter*) Vox *Iupiter*, in melioribus exemplaribus non habetur, & profectò scioli alicuius commentum est. Non Iouem enim istic, sed Tiberium, cui semper adulatur, auctorem ac tutelam publicæ incolumitatis appellat.

26 *Omni cum stirpe sua populi Romani viribus obtritus*) In Campensi, *lapidibus obtritus*, puto legendum esse, *pedibus obtritus*. Diximus enim triduo iacuisse in publico Seiani filiorúmque occisorum cadauera ludibrio vulgi exposita. Et pulcherrimè his Valerij verbis consonant Iuuenalis poëtæ versus Satyra decima, vbi multa de hac Seiani damnatione atque infortunio canit.

Curramus præcipites: &
Dum iacet in ripa, calcemus Cæsaris hostem.
Sed videant serui nequid neget, & pauidum in ius
Cervice astricta dominum trahat. Hi sermones.
Tunc de Seiano secreta hæc murmura vulgi.

Sed vide quæ nos in annalibus in eius consulatu diximus: locum enim hunc non parum illustrabunt.

CAPITE DVODECIMO.

1 *Sed ne longius euager, eorum mentionem faciam*) In Campensi, Vvincheliano, aliisque, *Libet eorum mentionem facere*. Bene item.

2 *Et tamen idem valuit*) In Susiano & Pulmanniano, *Et tamen potuit*.

3 *M. Iuuentius Taluæ consul collega Tiberij Gracchi consulis cum in Corsica*) Legendum ex manuscriptis, atque fastorum Capitolinorum orthographia. *M. Iuuentius Thalna Collega T. Gracchi cos. iterum cum in Corsica &c.*

4 *Dum sententia dicerentur*) Susij & Pulmanni codices habent, *Dum sententiæ darentur*. Malè. In Cauchiano, *ordinarentur*, glossema est. Sed in Gemblacensi legimus, *diuiuarentur*, in Atrebatensi autem *diuiurentur*. Quæ lectionis antiquæ sunt vestigia, scribendum enim

enim autumo: *Dum sententiæ diiberentur*. Est autem diiibere, distribuere, vel secernere. Vnde diiibitores appellati in iudiciis, qui ternas singulis iudicibus tabulas distribuebant, absolutionis vnam, damnationis alteram, ampliationis tertiam. E quibus cum vnam quisque iudex pro sententia in fiscellam coniecisset, eas denuo colligebant, secernebántque in tres partes, quarũ maior vel absoluebat reũ vel dãnabat, vel ampliabat. Vtitur hoc verbo frequenter Tullius, vt in Pisoniana. An ego expectem, dum de te quinque & septuaginta tabellæ diiibeantur? Et lib. 3. epistolarum ad Q. fratrem, vbi de Gabiniano iudicio: *Cato diiibitis tabellis de circulo se subduxit*. Sed perperam in Aldinis, diruptis tabellis Itè in Planciana, *Nihil tam est quod populo supplicetur, nihil quod diiibitio, nihil quod supplicatio magistratuum, renũtiatio suffragiorum expectetur*. Erant enim & in comitiis diiibitores, qui populo centuriatim tabellas diiibebant. Vide quæ de his Nicolaus Gruchius in lib. de comitiis disserit.

5 *Inter vsum puerilis veneris absumpti sint*) Vox *puerilis*, in Cauchiano omittitur, nec habet eam Plinius, qui hoc exemplum è Valerio haud dubiè desumpsit. Et sanè impertinens atque indecora videtur, cum auctor ipse mox eorum hunc exitum excusset.

6 *Interdum immerentia supremi fati titulum occupant*) In Campensi & Gemblacensi, *Interdum quæ immerentia*. In Campensi rectè, *quædam immerentia*.

7 *Maximi latronum ducis Diogenis*) In Campensi, *Eleonis*; sed in Vvincheliano magis correctè *Cleonis*. Sic enim hunc ducem appellat etiam Liuius libr. 56. *Cleon quoque alter seruus ad septuaginta millia seruorum contraxit*.

8 *Enimuero minimo studio retinendum bonum*) Aliter in Susiano & Pulmanniano, *Non enim nimio studio*. Quæ non prorsus reprobanda est lectio.

9 *Vt fractæ testudinis carne vesceretur*) Eradenda dictio, *testudinis*, quæ in manuscriptis non habetur. Et superuacua

uacua est.nam paulo antè eam expressit.

10 *Cum in certamen Tragœdiam dimisisset*) Magis placet Vvincheliana lectio, *Cum in certamine Tragœdiam dixisset*. Purior atque apertior est, eiúsque extant vestigia & in Atrebatensi & in Gemblacensi.

11 *Paratas ei fices*) Manuscripti libri *ficus* habent, in quarta declinatione. Sic Iuuenalis, *Si vis aliam decerpere ficum* Satyra XIIII.

12 *Quem bis tantum humanæ vitæ modum supergressum*) Lege; *Quamuis statum humanæ vitæ modum supergresso*. Sic enim prodit Vvincheliānus codex.

13 *Dum passa vua succo tenues & exiles virium reliquias foueret*) Melius in Campensi, *Quem vua passa succo tenues & exiles virium reliquias foouentem*. In Vvincheliano, *dum* omittitur.

CAPITE DECIMOTERTIO.

1 *Marcus Aquilius cum sibi gloriosam mortem conscisceret posset*) In Campensi, Vvincheliano & aliis, *Manius Aquillius cum sibi gloriosè posset eximere*. Elegantius ac breuius.

2 *Quem quis non immerito dixerit*) In manuscriptis per interrogationem, *Quem ne aliquis merito dixerit?*

3 *Eo vsque moram trahens*) In Campensi, Cauchiano & aliis, *Eóque moram traxit*.

4 *Ita vinam, dabo. Cunctationem fati arumnosam*) Elegantius in Campensi, & Vvincheliano, *Ita vi vinam dabo. O fati cunctationem arumnosam &c.*

5 *Qui mihi in specie alienā re vera suam conditionem deploraſſe videtur*) In Atrebatensi & Vvincheliano, *Qui mihi speciem alienam* In aliis, *Qui mihi specie aliena* Legerem, *Qui mihi specie alienam, re vera suam &c.*

CAPITE DECIMOQVARTO.

1 *Masinissa rex Numidarum, & populo Rom. amicissimus parum*

parum fidei in pectoribus hominum reponens) Veteres libri sic, *Massanissa: rex parum in fidei pectoribus hominum reponens*. Reliqua sunt assuta ex aliquo glossemate ociosо.

2 *Quò tantus liberorū numerus? Quòd denique tam arcta benevolētiæ cōstricta Romana amicitia*) Veteres libri per quartum casum hæc proferunt, *Quò tantum liberorum numerum? quò denique tam arctā benevolentia constrictam Romanam amicitiam?* Rectè quemadmodum Horatius:

Quò mihi fortunam, si non conceditur vti?

3 *Tonsurum quoque metu tondere filias suas docuit. Quarum ipsarum, postquam &c.* Glossematibus cōtaminatus est hic locus, qui nitidior in manuscriptis. *Tonsurumque metu tondere filias suas docuit. Quarum postquam adultæ &c.*

4 *Vt candentium iuglandium aut nucum putaminibus*) Verba, *aut nucum*, è glossemate adiuncta videntur. est enim nucum genus iuglans. Cicero Tusculana quinta iisdem pene verbis hæc dicit: *Et tamen ab illo ipsis cum iam essent adultæ ferrum remouit, instituitq; vt candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi & capillum adurerent.*

CAPITE DECIMOQVINTO.

1 *Generosissimus consulatus collegio Lentuli & Metelli fuit*) Vetusti codices legunt, *Generosissimum consulatus collegium*.

2 *Sed alter ex quodam assiclarum cognomen Spintheru traxit: alter, nisi Nepotis à moribus accepisset, Pamphili rotiarij, cui simillimus esse ferebatur, habuisset*) Legendum, vt in manuscriptis habetur, *ex quodam secundarum cognomen Spintheris: alter, nisi Nepotis à moribus accepisset, Pamphili tertiarum, cui simillimus esse ferebatur, habuisset*. Sic etiam Plinius text. explicat, qui hoc exemplum à Valerio desumpsit. *Sicut Spinther secundarum*

tertia

tertiarumq; Pamphilus collegio Lentuli & Metelli consulens. Loquitur enim Valerius de histrionibus nō de gladiatoribus, inter quos retiarij nomen est; sed in scena quidam dicebantur primarum, vel secundarum, vel tertiarum actores, quemadmodum Græcis δευτεραγωνισαὶ, & τριτταγωνισαὶ. Itaque Cicero Verrina prima: *Vt in actoribus Græcis fieri videmus sæpè illum qui est secundarum aut tertiarum partium: cum posit aliquando clarius dicere, quàm ipse primarum, multum summittere: ut ille princeps quàm maximè excellat.* Vide quæ istic Pædianus.

3 *Gymnicorum sérno strámenta gymnasij colligenti*) In veteribus libris correctè, *Cymæorum seruo strigmenti gymnasij colligenti.* De Cymæis ita Stephanus: Κύμη πόλις αἰολίδος πρὸ τῆς λέσβου ἀπὸ Κύμης ἀμαζόνος ἐκαλεῖτο ἡ ἀμαζονίον. τὸ ἐθνικὸν, κυμαῖος, ἐκ τοῦ θην ὃν ἔφορος ὁ ἱστορικὸς, καὶ κυμαῖος. Eadem Strabo lib. 12 Hybreas orator itaque perquam similis erat Cymæorum seruo publico qui strigmenta gymnasij colligebat. Sunt autem strigmenta sordes, quæ deterguntur è corporibus athletarum vel exercentium se in gymnasiis. Vtitur hoc vocabulo frequenter Plinius, vt lib. 15. cap. 4. *Olei vsum ad luxuriam vertere Græci vitiorum omnium genitores in gymnasijs publicando: Notum est, magistratus honoris eius ostogenis sextertijs strigmenta olei vendidisse.*

4 *Tam símilem férunt, vt tanquam germanum fratrem totius Asiæ oculi asignarent*) Vetusti codices ita, *Tam similem vt germanum fratrē totius Asiæ oculi asignarunt.* Rectè.

5 *Inuicem suspitione in matrem eius reiecta*) In Cauchiano, Gemblacensi, atque Atrebatensi, *regesta* legitur, vt Quinctilianus XI. *Inuidiamq; omnem in eam regereret, qui hoc se coegisset.*

CAPITE DECIMOSEXTO.

1 *Illa tamen quæstione*) Rectius vetusti libri, *In illa tamen quæstione.*

2 *Qui*

2 *Qui Cornelio Sylla republica potentia, in domum Cn. Asidionis irrupit*) Multo correctius in Atrebatensi aliisque scriptis libris, *Qui Cornelio Sulla rerum potiente in domum Cn. Asinij Dionis irrupit.* Sic paulo post legendum, *Sed se Dione esse procreatum*, non *Asidione.*

3 *Verum postquam à Syllana violentia, Cæsarianæ æquitas reduxit gubernacula Romani imperij iustiore principe obtinente rempublicam*) Extrema verba *rempublicam* in vetustis codicibus quinque non extant. Et abesse salua sententia possunt, legendo *reluxit* pro *reduxit*, hoc modo, *Verum postquam à Sullana violentia Cæsariana æquitas reluxit, gubernacula Romani imperij iustiore principe obtinente.* Quæ forma loquendi à Valerio non aliena est, nec adeo ab ipsa veritate: constat enim post Sullæ dominationem non statim imperij gubernacula ad Cæsarem esse reuoluta.

4 *Credula suffragatione suffultum caput*) Fultum in manuscriptis. Sic fultum gloria imperium dixit Cicero officiorum tertio. Item Plinius in epist. *Præterea quæ gratia, quibus amicitijs fultum?*

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX COPIOSISSIMVS

cùm rerum tum nominum, quo facta simul ac dicta memoratu digna ex numero paginarum figillatim adnotato deprehendes.

***

Abſtinẽtiæ & cõtinẽtiæ exẽpla require pa.202.vſq; ad pa.214
Accius poëta 170.473
Achilles 454
Acron rex 129
Admetus rex Theſſaliæ 226
Adulteria deprehenſa à quibus vindicata 316
Aebucia 418
Aegles Samius 58
Aelia familia 218
Aelius præt. 291
Aemilia virgo 5
Aemilianus Scipio. vide Scipio Aemilianus.
Aemilius Lepidus 124
Aemilius Paullus 120. 258.308
Aemilius Scaurus 169
Aenei tauri inuentor 501
Aeſchines 460
Aeſchylus poëta 536
Aeſculapij ædes 49
Aeſopus Tragicus 486
Aethiopum ſenectus 478
Aframa Licinij Bructionis 435
Africanus ſuperior 77. 118.188.200.223.266. 279.287.293.351.472. 520
Africanus poſterior. 102. 190.251.269. eius aui humanitas 251
Africanus Graccho reconciliatus 101
Agamemnon, pictura Timantis 464
Agathocles Syracuſanorũ rex 403
Ageſilaus 383
Aglaus Sophidius 370

Agrigentinus Gallias 244
Agrippa Menenius 215
Abala Mag. eq. 270
Aiax pictus 464
Albanus locus 27
Alcæus poëta 197
Alcamenes 463
Alceſtis Tragicus 178
Alcibiades 46.126.368. 454
Alcyoneus, Antigoni F. 257
Alexander Coſmographus 472
Alexander, Fannij ſeruus 436
Alexander Phæreorum rex 548
Alexander rex Macedoniæ 28.42.101.150. 152.184.214.238.239. 254.297.340.382.392 462.475.507.513
Altercationes de triumpho 107
Amæſia Sentia 434
Amicitiæ vinculum à pag. 230.vſq; ad pag. 240
Amilcar 46.350.307
Amor coniugalis à pa.525. vſque ad pag.530
Amor filiæ erga matrẽ 282
Amor & indulgentia parentum in liberos 597
Amor patris in filiũ 297
Amphiaraus 484
Amphinomus frater Anapi 374
Anacharſis 383
Anacreon 538
Anapus frater Amphinomi 384
Anaxagoras philoſophus 310.383.448.462
Anaxarchus 112.475
Anaximenes præceptor Alexandri 394
Ancus rex 205
Androgyne 429
Annibal, Amilcaris F. 396.491.498.508.513. 516.521
Annibal Giſgonis F. 42. 133.138.170.173.181. 188.241.258.273.293. 352.395.401.403
Annius 336
Anno, dux Carthaginienſium 248.350.384
Antabagius 288

Antigenidas tibicen 171
Antigonus 257. 380
Antiochus rex Syriæ 158. 199. 299. 492. 545
Antij Reſtionis ſeruus 349
Antipater poëta 61
Antiquorum epulæ 65
frugalis victus 84
Antiſtes templi Dianæ 386
Antoma 204
Apelles 462. 466
Apolloniata 26
Apollo vindex ſui numinis 11
Apollo Pythius 273
Appius 468. 505
Ap. Claudius 55. 312. 373
Aptus motus corporis in loquendo à pag. 458. vſque ad pag. 461
Arcades duo 47
Archelaus 493. 537
Archilocus poëta 354
Archimedes 449
Archis Tarentinus 195. 448
Areopagus 87
Arganthonius Gaditanus 471
Ariarathos (falſus) Cappadociæ rex 549
Ariobarzanes rex Cappadociæ 301
Arion Pythagoricus 447
Ariſtides 275. 347
Ariſtogiton 123
Ariſtomace Syracuſana 542
Ariſtomenes Meſſenius 61
Ariſtonicus 134. 156. 443
Ariſtophanes 381
Ariſtoteles 297. 382. 476
Artemiſia 228
Artemon 545
Artium effectus rari à pag. 461. vſque ad pag. 465. earum optimis magiſtris concedendum eſſe 465. 466
Artorius medicus 36
Arunς Tarquinij F. 290
Aſdrubal 9. 167. 190. 503. eius vxor 147
Aſinarij vafrè dictũ 382
Aſinius Pollio 471
Aterius Rufus 41
Athenis vir quidã ex literato illiteratus factus 57
Athenienſis quidam 395
Athenienſis ſenex 22
Athenienſis muteſcens 57
Athenienſis mulieris 34
inſtitutum contra otioſos, Areopagus, honor erga virtutem, actio in ingratitudinem 86. 87.
ingratitudo 274. ſeueritas 336. crudelitas 368. 501. temeritas 522
Athleticum primum 82
Atilius Auiola 56
Atilius 256
Atilius Regulus 217. 495
Atilius Serranus 78
Attalus rex 59. 243. 265
Atys, Cræſi F. 44
Auaritiæ ſtudioſi, à pag. 508. vſque ad pag. 510
Auguſtus Cæſar 36
A. Albinus 521
A. Atilius Galatinus 108. 426
A. Cæſellius 325
A. Calpurnius 509
A. Fulnius 304
A. Gabinus 201. 423. 493
A. Numius 518
A. Poſthumius 48. 97
Aurelia Oreſtilla 490
Auſpicia à pag. 19. vſque ad pag. 21

B
Badius Campanus 249
Barbarorum barbaries 502
Babius Pamphilus cõſul 8
Beneuolentia fraterna à pag. 286. vſque ad pag. 289
Beronice regina 525
Bituitus rex Aruernorum 515
Bias 198. 380. 393
Biton & Cleobis 284
Blaſius 181
Bocchus 473
Boſphoranorum neceſſitas 411
Brennus 11
Brochus 316
Brutorum domus obſeſſa à matronis 487
Brutus Conſul 290
Brutus 228. 236. 386. 540
Burbuleius 545
Buſa femina 241
C
Cæcilia Metelli 23
Cælius hiſtoricus 40
Cælius Rufus 202

Cæneus 413
Cæpio trib. pl. 334
Cæpionum teſtimonia 437
Cæſar 253
Cæſellius 465
Cæſetius eq. R. 298
Cæſetius Rufus Senator 512
Cæſo 218
Cætus Pythagoricus 447
C. Antonius III. 262
C. Atilius 131. miles 140
C. Aquillius 433
C. Aurelius Scaurus 76
C. Bloſius Cumanus 231
C. Cæſar 140. 224. 271. 298. 366. 462. 520
C. Calphurnius Piſo 416
C. Carbo 168. 28. T. pl. 330 legatus 519
C. Caſſius 25. 54. 126. 234 302. 356. 523
C. Claudius Nero 150
C. Cornelius Hiſpallus 18
C. Coſconius 425
C. Cotta 96
C. Curiacius 167
C. Decianus 429
C. Duilius 152
C. Fabius Dorſo 7
C. Fabiꝰ Pictor 208. 474
C. Fabricius Luſcinus 52. 216
C. Figulus 598
C. Fimbria Tr. pl. 527
C. Flaminius 4. 29. 281
C. Fl. eques 436
C. Gallius 316
C. Geta 117
C. Gracchus 40. III. 117. 232. 270. 458. 509
C. Heluius Tr. pl. 522
C. Hoſtilius Mancinus 30
C. Iunius Bubulcus Brutus cenſor 113. 474
C. Lælius, require Decimus Lælius.
C. Licinius Hoplomachus 440
C. Licinius Macer 534
C. Licinius ſacerdos 191
C. Licinius Stolo 75. 440
C. Luſcius Tr. mil. 316
C. Lutatius Conſ. 167
C. Marius 24. 40. 71. 75. III. 181. 126. 137. 162. 172. 211. 265. 316. 317. 355. 435. 365. 446. 473. 480. 496. 717
C. Memmius 316. 423
C. Me

C. Menius Centurio 180
C. Nantius 261
C. Feſcennius III. vir Capitalis 214
C. Piſo 175
C. Plautius Numida 226
C. Plotius 314. miles manipularis 316
C. Plotij Planci familiæ fides 356
C. Popillius Lanas 271. 337
C. Pulcher 82
C. Scantinius Capitolinus Tr. pl. 313
C. Sempronius Atratinus 132
C. Sergius Orata 485
C. Sulpitius Gallus 333. eius Aſtrologia 461
C. Sulpitius Peticus 78
C. Tettius 415
C. Titinius Minteruenſis 433
C. Titius 100
C. Toranius 528
C. Valerius ædilis 425
C. Valerius Flaccus 360
C. Vettienus 330
C. Viſellius Varro 432
Calaguritanorum neceſſitas 451
Calanus Indus 60
Calchas pictus 464
Calippus 184
Callidius Bononiẽſis 247
Calliſthenes 382. 567
Calpurnia 38
Calpurnius Lanarius 432
Calpurnius Piſo 309
Caluius Domitius 462
Cambyſes rex 335
Camillus 22. 152. 294
Campana luxuria 495
Campani ſenatus inſolentia 514
Campanorum humanitas 258
Canius Gallus 202
Capite cenſi primi milites 75
Carbo Acienus 316
Carbo Aruna 497
Carneades philoſophus 448
Carrinus 418
Carthaginienſium ingratitudo 273. crudelitas 497. perfidia 516
Caſilinates 429

Cassius Parmensis 40
Cassius Viscellinus 302
Castores visi 48
Catilina 111.242.490
Cato 113.135.255
Cato maior 136.168.210
Cato posterior 194.210
Cato Vticēsis 135.321.442
eius filia 135
Catonis industria ac studium 442
Ceiorum venenum publicum 89
Celtiberorum in prælijs mos 91
Censoria seueritas à pag. 112. vsque ad pag.117
Centurio Manlianus 317
Cereris vindicta in Alexandri milites 18
Charitia quid 67
Charondas Thuscius 348
Chrysippus 450
Cicereius Scriba 119.222
Cimbrorū mos in prælijs 91
Cimo Athenēsis 275.367
Cimonis pietas erga patrem 283
Cinna 111. 211
Cidnienſis populus 340
Cinium Ro. gratitudo 262
erga patriam 293
Claudia virgo vestalis 281
Claudia 429
Claudius Asellus 333
Claudius Centimalus 432
Claudius Nero 113.402
Cleanthes 450
Clearchus Lacedæmoniorum dux 106
Clemētia, require Humanitas & Clementia.
Cleobis & Biton 284
Cleon Latronum dux 535
Cleopatra 511
Clodia Asilia 469
Clodius Pulcher 569
Clœlia virgo 128
Clœdij fratres 428
Cloris Lucrensis 542
Cluuia Facula 280
Clytus 507
Cn. Apronius 351
Cn. Asimi° Dio falsus 548
Cn. Bæbius Tr. pl. 376
Cn. Calpurnius 18
Cn. Carbo 272.323.340
Cn. Cornelius Scipio Asina 364
Cn. Cornelius Scipio Hispalli F. 330
Cn. Dolabella 456
Cn. Domitius Censor 117
Ahenobarbus 323.415. 515
Cn. Domitius Tr.pl. 847
Cn. Flauius præt. 504
Cn. Flaccus 107
Cn. Flauius iuris ciuilis promulgator 83
Cn. Furius 316
Cn. Lentulus Marcellinus consul 222
Cn. Lollius 830
Cn. Mallius 76
Cn. Manlius 317
Cn. Marcius 305
Cn. Piso 321
Cn. Pompeius 31.54.55.81. 134.140.180.229.252 301. 321. 481.512. eius miles 289
Cn. Popillius Lænas 271
Cn. Scipio 27.158.163. 219.222
Cn. Sergius Silus 314
Codrus, rex Atheniēsium 294
Collegium Tribunorū 345
Coma frater Cleonis 535
Cominius Tr. pl. 335
Coniugalis amor, require Amor coniugalis.
Constantia multorū à pag. 175. vsque ad pag.185
Continentia, vide Abstinentia & cōtinētia, &c.
Coriolani pietas 278
Cornelia 201. 213. 214
quinque Cornelij 270
Cornelius Balbus 420
Cornelius Cinna 522
Cornelius Cossus 129
Cornelius Gallus 535
Cornelius quater primipilaris 315
Cornelius Rufinus 114
Cotys rex 174
Crassus locuples 364
Cretensium mos 385. necessitas 412
Crœsus 43. eius F. 285
Crudelitas nonnullorum à pa.494. vsq; ad pa.502
Ctesias 471
Ctesiphon 460
Cupiditas gloriæ à pag. 472. vsque ad pa.477. Vitæ à pa.539. vsque ad pag. 543

tres Curiatij 338
Curio 545
Curionum domus 489
Curtius 290
Cymæorum seruus 545
Cyneas Thessalus 207
Cynegyrus Athenienſis 140
Cyprij effœminati 493
Cyrus 286.453.525
Cyrus ſuperior 44

D

Damaratus mercator 55
Damaſippus 496
Damaſtes 364
Damon 237
Dantho quidam mire ſenex 472
Daphidas 59
Darius 150.184.239.255. 265.285.392.500
Daſius 181
Decij duo, pater & filius 292
Decimus Lælius 237
Degeneres à pag. 158. *vſq; ad pag.* 160
Deiotarus rex 21
Demades 383
Demochares 185
Democritus Philoſophus 447.475.
Demoſthenes 157. 394. 444. 460
Demoſtratus 183
Deorum cultus 2
D. Brutus 256.473
D. Silanus 302
Dij Penates 53
Diogenes Cynicus 213
Diogiris Thraciæ regis filia 499
Diomedon 16
Dio Syracuſanus 184.196
Dionyſius 14.45.46.237
Dionyſius rex Syracuſanorum 542
Dionyſius tyrannus 196. 326.369
Diphilus Tragœdus 324
Diuus Iulius, vide in litera I.
Domini ſeruorum, Equites & Centuriones 294
Dripetine 71
Druſus Germanicus 204. 288
Duces ex agris ad magiſtratum accerſiti 216

Duellorum victores 130
Duorum fratrum pietas erga parentes 284
Duronius 114

E

EBares equiſo Darij 193
Effectus artiũ rari à pag. 461. *vſque ad pag.* 465
Egnatius Metellus 333
Eloquentiæ vis 454
Enij effigies 472
Epaminondas 15. 173
Epactus 284
Epheſtio 298
Ephialtes Athenienſis 183
Ephori 198
Epimenides Gnoſius 475
Epiorum ſenium 471
Equa parit leporem 35
Eques gloriæ cupidus 474
Equitij Firmani mendacium 546
Equitius 137.179
Equitum Romanorũ probatio 75
Equitum & Centurionũ in patriam pietas 294
Eraſiſtratus medicus 300
Error multorum à pa. 522. *vſque ad pag.* 524
Erus Pamphilius 56
Euander Arginus 74
Etruſcorũ crudelitas 502
Eudoxus geometra 466
Eumenes rex Aſiæ 70
Euphranor 434
Euphorus, require Philocrates
Euripides 157. 171. 537
Exercitus Rom. indignatio 505. 521

F

FAbius alter Verrucoſſus 261
Fabius Maximus 187.390
Rullianus 132. 298
Fabricius Luſcinus 114. 206
Familiæ emẽtitæ à pa. 546. *vſque ad calcem libri.*
Fannia 433
Fanonius 122. 322
Fauſtus, Sullæ F. 126
Febris deæ ſacella 85
Felicitas mutorum à pag. 370. *vſque ad pag.* 373
Fides publica à quibus ſeruata, à pag. 348. *vſque ad pag.* 353

Fides seruorum erga dominos à pag.354. vsque ad pag.359
Fides vxorũ erga viros 353
Fiducia sui à pa. 163. vsq; ad pag. 175
Filiæ pietas erga patrem 283. erga matrem 282
Filꝰ Æsopi Tragœdi 416
Filius Clodij Pulchri 159
Filius Cræsi ad tẽpus mutus vocalis factus 285
Filius P. Decij 292
Filꝰ Q. Fabij degener 559
Famimus 262
Fœminæ Indicæ 92
Fœminæ memorabile factũ, potionem mortiferam bibentis 90. 91
Fœminæ Pœnicæ 93
Fœminarũ Ro. luxus 485
Fortitudo plerumque à pa. 127. vsque ad pag. 148
Fortitudo patrum in filiorum obitu à pag. 307. vsque ad pag. 312
Fortunæ muliebris simulacrum 51
Fortunæ mutatio à pa. 359 vsque ad pag. 370
Fratrum beneuolẽtia 289
paria 284
Frugalitas diuersorum à pa. 82. vsque ad pag. 85
Fuluia 490
Fuluius 260. 306
Fuluius Flaccus 76. 143. 175. 199. 436
Furius 236. 465
Furius Camillus 50. 86. 68. 396
Furti damnatus 434

G

Allius 459
Gallorum mos in mutuo dando 51
Gaurus spado 499
Gelo 147. cætera vide in Hiero.
Gemellus Tribunitius 490
Geminius Metius 91
Gentius rex 149
Genutius Cipus prætor. 291
Genutius (alter) quidam 416
Gillias Agrigentinus 244
Gladiatorium munus primum 12
Glaucia 137
Gobrias 144

Gorgias Epirota 58. Leõtinus 470. 484
Gramus 506
Gratidius legatus 519
Gratitudo nonnullorum à pa. 259. vsq; ad pa. 267
Grauiter dicta aut facta à pag. 335. vsq; ad pa. 341
Gryllus, Xenophõtis F. 310
Gyges rex Lydiæ 372

H

Adrianus 525
Harmodius 125
Harmon. Gelonis filia 147
Hegesias Cyrenaicus Philosophus 457
Hellanicus 471
Heluius Mancia Formianus 322
Heraclides 184
Herennius Pontius Samnis 385
Heremnius Siculus 584
Hermocles 476
Herodotus 471
Herophilus Equarius medicus 547
Herostratus 477
Hetrusci 502
Hieronymus tyrannus 152
Hiero. Siciliæ rector 469
Hiero. Syracusanus 14. 240
Hipplocides Philosophꝰ 62
Hippo fœmina 316
Hipsicratea vxor Mithridatis 229
Hirtius 264
Hispani duo fratres 529
Homerus 454. 537
Honoris templum 1
Horatius 332
Horatius Cocles 128
Horatius Puluillus 367
Hortensia, Q. Hortensij filia 435
Hortensius Corbis 160
Humanitas, & clementia multorum à pag. 245. vsque ad pag. 259
Humiles nati clari facti à pa. 154. vsq; ad pa. 156
Hybrea Milasenus 545

I

Aso Phereus 58. 229
Iaso Thessalus 524
Improbè dicta à pag. 526. vsque ad pag. 532
Incessus animaduersus 332
Indibilis 203

Indicarum fœminarum amor erga maritos 92
Indoles multorum à pag. 124. *vsque ad pag.* 127
Indorum patientia 153. *senectus* 471
Indulgentia patrum erga liberos 297
Industria multorum à pa. 441. *vsque ad pag.* 453
Instituta externa à pa. 85. *vsque ad pag.* 94
Ingratitudo multorũ à pa. 267. *vsque ad pag.* 278
Innocentia diuersorum à pag. 83. *vsque ad pa.* 84
Iophon Sophoclis F. 451
Iræ & odium à pag. 502. *vsque ad pag.* 508
Isocrates 450
Iubellius 105
Iudicia priuata insignia à pag. 431. *vsque ad pag.* 434
Iudicia publica insignia à pa. 421. *vsq; ad pa.* 431
Iugurtha 461. 473
Iulia C. Cæsaris 227
D. Iulius 34. 54. 137. 264. *eius necessitas ad Mundam* 411. *eloquẽtia* 456
Iunius Brutus 215. 386
Ius ciuile cum Fastis promulgatum 83
Ius triumphandi, à pag. 106. *vsque ad pag.* 112
Iustitia multorum à pag. 341. *vsque ad pag.* 349
Iuuenis, cognomine stulto 286
Iuuentius quidam 417
Iuuentus instructa 68
Iuuentutis Romanæ gratitudo 261
Iuuenum Græcorum facinus 526
Iuuenum Romanorum indignatio 504

L

Lacedæmoni 229
Lacedæmonij 86. *eorũ legati* 224. *institutum* 230. *graue responsum* 341. *seueritas* 350
Lælius 232. 287. 453
Latorius 233
Laodice Antiochi 545
Lar Tolumnius Veientium rex 524
Latinæ linguæ obseruantia 70
Leges de triumpho 107
Lẽtulus Spinther 420. 544
Leonicus 265
Leonidas Spartanus 144. 174
Liberalitas multorum à pa. 240. *vsq; ad pa.* 245
Liberè dicta aut facta à pa. 318. *vsq; ad pa.* 327
Libido 485
Libitinariorum gratuitum ministerium 264
Libo Tr. pl. 422
Licentia illustrium in cultu ac luxu à pag. 160. *vsque ad pag.* 163
Licinia 333
Litorius Tricenarius 471
Liuia Rutilij 409
Liuius Drusus 443
Liuius Salinator 115. 167. 150. 200. 401. 503
L. Ælius Seianus 531
L. Æmilius Paullus 19. 102. 120. 156. 406
L. Aluanus 611
L. Antonius 113
L. Atratinus 344
L. Bestia Cons. 56
L. Brutus 304
L. Cæsar 496
L. Calpurnius Piso 100. 424
L. Calpurnius Triumuir 436
L. Cassius præt. 169
L. Cassius Tr. pl. 518
L. Catilina 490. 527
L. Censorinus 364
L. Cinna 111. 211
L. Cornelius Consul 248
L. Cornelius Merula 534
L. Cornelius Scipio 190
L. Cotta 345. 427. 456
L. Crassus 168. 225. 319. 346. 438. 487
L. Domitius Propræt. 331
L. Drusus 443
L. Equitius 517
L. Fimbria 374
L. Flaccus Cẽsor 114. 222
L. Flamininus 113
L. Furius Bibaculus 6
L. Gellius 305
L. Hortensius 344
L. Iunius 20
L. Lamia 56
L. Lentulus 54. 364
L. Libo 322

L. Luculus 919
L. Manlius Imperiosſus 280. eius pius filius 359
L. Marcius 21. 482
L. Marcius Tr. mil. Prop ræt. 103
L. Marius Tr. pl. 107
L. Metellus 116. 117. 293
L. Minutius 98. 509
L. Mummius 406
L. Octauius 316
L. Opimius 109
L. Papiri⁹ Cursor 99. 375
L. Paullus vnà cum filia 21. solus 102. 252
L. Petillius scriba 8
L. Petronius 235
L. Philippus 319. 511
L. Pleminius legatus 12
L. Quintius Cincinnatus 98. 187. 218
L. Rheginus 233
L. Saturninus 329. 518
L. Scipio 158. 161. 164. 199. 287. 428
L. Scribonius 78
L. Septimuleius 509
L. Sextilius 430
L. Sicinius Dentatus 142
L. Sulla 17. 28. 111. 125. 161. 273. 346. 361. 407. 440. 473. 494. 506
L. Tarquinius 19
L. Valerius Heptachordus 420
L. Villius Annalis 529
Lucretia 311
Luculloru testimonia 438
Lucullus 130
Ludorum origo, luxus & ornamenta 77. 78
Lupercalia 74
Luxuria & libido multorum à pag. 485. vsque ad pag. 494
Lyciorum lucius 92
Lycurgus Lacedæmoniorū legislator 18. 83. 273
Lydorum ritus 79
Lynocus 61
Lysias 340
Lysimachus rex 327. 507
Lysippus 462

M

MAcedoniæ mos 150
Macedonis pueri patientia ibidem
Machæra Macedonica 325
Magistratus ac ordines & eorum officia à pag. 69. vsque ad pag. 75
Magistratuum auctoritas 70. abstinentia 74
Magius Chilo 528
Magnifica quæ cuique cõtigerint à pag. 477. vsque ad pag. 485
Mago Carthaginiensis 384
Maiestas diuersorū à pag. 118. vsque ad pag. 124
Maiestas Consularis 71
Maiorum in vrbe consuetudo 64. 65
Maiorum vitæ exemplum iuuentuti 68
Mamercus Aemilius Lepidus 349. consul. 416
Mamilius Octauius 48
M. Curius 203
M. Curius Consul 331
M. Valerius Messalla 116. 117
Manilius Crispus 311
Manlius Torquatus L. F. 359. 504
M. Aemilius Porcina 430
M. Aemilius Scaurus 137. 426. 437
M. Agrij seruus 416
M. Agrippa 235
M. Anneus Carseolani F. 414
M. Antonius orator 160. 354. 496. eius seruus 354. deinde 388. eius eloquentia. 455
M. Antonius Triũuir 114 180. 234. 254. 272. 512
M. Aquilius 539
M. Atilius Glabrio 80
M. Atilius Regulus 9. 117
M. Bibulus 194
M. Brutus 21. 25. 254. 339
M. Cælius 271
M. Cæsius 105
M. Cæsius Scæua centurio 140
M. Callidius 365
M. Castritius 324
M. Cato Tr. pl. 107. 228
M. Cato 125. 163. 203. 222. 478. 482
M. Cic. 203. 98. 201. 438
M. Claudius Marcellus ædilis, vnà cum filio 313
M. Clodius 350
M. Colonius 202
M. Cornelius Cethegus 4
M. Cornutus 220

M.Cotta 281
M.Crassus 33.509
M.Drusus 125.518
M.Fabius Consul 287
M.Flauius Tr.pl. 524
M.Fuluius Flaccus Tr.pl. 105.Consul 512
M.Horatius 422
M.Iunctius Thalna Consul 533
M.Latorius Mergus 315
M.Lepidus 111
M.Lucullus 234
M.Manlius 327
M. Marcellus 31. 104. 110.130.189.250.258
M.Marius 496
M.Muluius 430
M.Nauius Tr.pl. 165
M. Palicanus seditiosus 177
M.Perperna 156.177.323 468
M.Prætorius 495
M. Prætorius primipilaris centurio 505
M.Plautius 226
M. Plautius Hapsæus 511
M. Popillius Lænas 88. 421.431
M.Porcius Cato 185.822. 156.407
M.Rutil.Censorinus 187
M.Scæua.require M.Cæsius &c.
M.Scaurus 82. 163. 169. 224.303.345
M.Seruilius 56
M.Silius 509
M. Tullius Cicero 78. 201.271.438.459
M.Tullius Duumuir 1
M.Valerius Coruus 467. 479
M.Valerius Maximus 119
M.Valerius Messala 117
M.Varro 143
M.Volusius 350.390
Marcius Coriolanus 260
Mars visus 52
Marullus 298
Massanissa rex 13.121 166.376.469.541
Massilienses 88. 89. 91. eorum instituta & ritus. ibidem.
Materfamilias Smirnea. 431
Matrimoniorum ritus à pa.64.vsque ad pa. 69

Matronalis libertas ac decor 66
Matrum duarum mortes 539
Mausolus 229
Megulia dotata 229
Melissa 448
Menelaus pictus 464
Menophis, Physcontis F. 49
Menogenes cocus 544
Menogenes scenicus 545
Messalla 305.546
Messius ædilis 122
Metellorũ testimonia 437
Metellus 20.23.178.263. 467.544
Metellus Celer 314
Metellus Macedonicus 192
Metellus Numidicus 178. 192.193
Metellus Pius 263.481
Methymnatus, Massamsæ F. 470
Midas 35
Miles quidam Alexandri iam senex 254
Miles Cn.Pompeij 289
Miles quidam Ro. 133
Militaria instituta à pag. 75.vsque ad pag.77
Militaris exercitatio 76
Militum Ro. seditio 509 temeritas 521
Milo Crotoniates 538
Miltiades 275.475
Minatius Rufus 204
Minos Cretæ insulæ rex 17.274
Minucius mag.eq. 176
Minutius Consul 261
Minyæ 229
Miracula varia à pag.47 vsque ad pag.64
Mithridates 61.169.229. 252.265.453.499.530
Mithridatis filiæ 61
Moderatio animi multorum à pag. 185. vsque ad pag.199
Moderatio parentum in suspectos liberos à pag. 305. vsque ad pag.307
Molo Rhetor 71
Monogamæ laudatæ 65
Mortes non vulgares à pag.532. vsque ad pag. 519
Mucia 490

Mucius Scæuola 136.148
Mulier matricida 430
Mulieres cauſidicæ 434. 435
Munatius Plăcus 356.497
Muſicanes 247
Mutatio morum aut fortunæ à pag. 359. vſque ad pag. 370

N

Nævianus 416
Naſica 166
Nauſimenis vxor 57
Nealces pictor 465
Nearchus tyrannus 151
Neceſsitas multorũ à pag. 407. vſque ad pag. 413
Neceſsitudinũ officia requirè à pag. 64. vſque ad pag. 69
Neptunius Euphranoris 464
Nero 200
Nicocreon 152
Numa Pompilius 8.16
Numantia 54
Numantinorum neceſsitas 412
Numidarum regum auctoritas 94
Numitor 74
Numuli Zinthes rex Thraciæ 499
Nuptiarum auſpicia 64

O

Obſeſsi in Capitolio 400
Ochus Artaxerxes 501
Ochus, poſtea Darius appellatus 500
Octauiæ, ſororis Auguſti falſus filius 547
Octauius Balbus 299
Octauius Conſul 32
Oedipus 277
Oedipus Coloneus fabula 451
Omina varia à pag. 22 vſque ad pag. 26
Opimius 509
Oppius Gallus 421
Ordines, & eorum officia à pag. 69. vſq; ad pa. 75
Ordinibus in theatris loca attributa primum 77
Ordo equeſtris 74
Oreſtes 231.417
Oreſtilla Plautij 226
Orgiacõtis Reg. vxor 317
Origo ſcænicorũ ludorum 78. ſecularium 79.80
Orontes 369
Otacilia Laterenſis 432
Othryades 145
Otium laudatum à pag. 453. vſque ad pag. 454

P

Paciæci 284
Pamphilus 544
Panſa 264
Papiria tribus 524
Papirius 99
Papirius Curſor 132.375
Papirius Maſo 162
Par amicitiæ 453
Parčtum amor & indulgentia in liberos 297
Parentum ſeueritas erga liberos 301
Parmenio 185
Pater quidam 306.391
Patientia multorũ à pag. 148. vſque ad pag. 154
Patris amor in filium 391
Patris error erga filium militem 414
Patritiorum Rom. indignatio 504
P. Comen 22
Paullus 208.218
Paullus Senator 443
Paupertas laudata à pag. 214. vſque ad pag. 221
Pauſanias 86.476
Pedanius Centurio 139
Penates Dij 53
Perfidia diuerſorũ à pag. 514. vſque ad pag. 517
Pericles 87.457.462
Fericles princeps Atheniẽſium 212.309
Perſarum religio 15. inſtitutum in educandis liberis 93. mos in deligẽdo rege 393
Perſes rex 102.208. 218. 246 252
Peſtilentia 49
Petillinorum fides 352
Petilius 25
Petronius Sabinus 8
Petus pietas filiæ in patrem 283
Phalaris tyrãnus 151. 501
Phanarete 157
Pheræus laſo 58
Pherenice 484
Phidias ſtatuarius 172
Philemon 537
Phileni fratres Carthagi-

Vienſes 296
Philippus, Fuluij Flacci ſeruus 436
Philippus Macedonũ rex 59.243.262.325.382
Philippus medicus 184
Philo 466
Philocrates Gracchi ſeruus 355
Phocion 182.276
Phraatres Parthorũ rex 411
Phryne ſcortum 189
Phyſcon. Vide Ptolemæus
Pietas erga patriam 289
Pietas fratrum 286
Pietas in parentes à pag. 278. vſque ad pag. 266
Pindarus 538
Pindarus Caſſij ſeruus 356
Pireſius 140
Pirithous 235
Piſiſtratus 17.456
Piſiſtratus Athenienſium tyrannus 255.275
Pittachus Mitylenæus 197.348
Plato 36.195.380.446
Plautius conſul 319.511
Pœnicarum fœminarum proſtitutio 93
Polemo Athenienſis 366
Pollux 289
Polycrates Samiorum tyrannus 368
Polydamas athleta 539
Polyſtratus Philoſophus 62
Pompeius magnus 24.54. 223. 227. 272. 321. 473. 543. eius pater 544
Pompeij patientia 150
Pomponius Atticus 419
Pŏponius Rufus 214. 233
Pomponius Tr.pl. 280
Pontius 180.316
Pontius Auſidianus 312
Pontius lupus 443
Plebis Ro. gratitudo 261
Populi Aegyptij luxuria ac mollities 493
Populi Aſiatici neceſſitas 411
Populi Ro. religio 203. abſtinentia & continentia 211. verecũdia 221. liberalitas 242. 243. gratitudo 261. ingratitudo 268. ſeueritas 327. iuſtitia 342. neceſſitas 408. 409. 410. ira 525. ſeditio 519. error in C. Heluium 522
Populi Vticenſis vltio 525
Populus Cimienſis 339
Porcia Catonis filia 135. 228
Porſena rex Etruſcorum 148
Poſthumius Albinus 333
Poſthumius Aruſpex 28
Poſthumius Cenſor 112
Poſthumius Cominius 205
Potitij 11
Praxitelis opera 463
Præneſtinorum neceſſitas 410
Prætor Rom. Siculo ſimilis cuidam 546
Prienenſes 26
Prima aurata ſtatua Romæ 82
Primi ſeculares 79
Priuernatum princeps 318
Prodigia multa à pa. 27 vſque ad pag. 36
Pronunciationis modus à pa. 458. vſq; ad pa. 460
Pruſiæ regis Bithyniæ filius 61.173. 247. 498
Pſeudophilippus 406
Ptolemæus rex Aegypti 54.248.349.493.499
Ptolemæus Cypriorũ rex 510
Publicia 333
Publicius libertinus 543
P. Annius 496
P. Antronius 455
P. Aquillius Tr.pl. 430
P. Atilius Piliſcus 313
P. Aurelius Pecuniola 96
P. Cælius 235
P. Cernius 316
P. Cethegus 495
P. Claudius Pulcher. 20. 424
P. Claudius. 439. eius iudicium 489
P. Clœlius Siculus 4
P. Cornelius Conſul 8
P. Cornelius Scipio 94
P. Cornelius Scipio Serapio cur dictus 544
P. Craſſus 69.134. 443
P. Decius Mus 38
P. Dolabella Proconſ. 431
P. Furius 429

P. Furius Philus 117.167
P. Lentulus Spinther 82
P. Lentulus 270
P. Licinius Pont. Max. 360
P. Mænius 312
P. Mucius Tr. pl. 329
P. Pulcher 201
P. Rupilius 96.362
P. Rutil.⁹ 76.121.338.344
P. Scipio 27.110 61.163
P. Scipio Aemilianus: vide Scipio Aemilianus.
P. Scipio Africanus 287. 320.373
P. Scipio Nasica 56.77. 111.137.269.405.478
P. Sempronius 117
P. Sempronius Sophus 334
P. Seruilius cõsularis, &c. 439
P. Valerius Poplicola 51. 81.185
P. Vatinius 48.201
P. Ventidius 363
P. Vettius Triumuir 430
P. Volumnius 28
Pudicitia 65.311
Pueruli sui nimio amore corruptus 431
Pulcher infamis 160
Pulio, iuuenis Pinnensis 276
Pylades 231
Pyrrhus 13. 104. 170. 207.211.256
Pythagoras 445.483
Pythias 237

Q Væstiones 436.437
Quinquatria prima tibicinum 83
Q. Aelius Tubero catus 207.218.404
Q. Aemilius Papus 218
Q. Antistius vetus 334
Q. Cæcilius 419
Q. Cæpio 365
Q. Callidius 263
Q. Cassius 509
Q. Catulus 81. 111.361. 481.534
Q. Claudia statua 56
Q. Considius 342
Q. Cotius Achilles 139
Quinctius Crispinus 249
Q. Fabius 287
Q. Fabi⁹ Gurges 208.298
Q. Fabius Labeo 388
Q. Fabi⁹ Max. 469.71. 75. 101. 132. 176. 187. 240.261.361.468.479
Q. Fabi⁹ Max. Q. F. 159
Q. Fab. Rutilian. 99.291
Q. Fabius Max. Seruilianus 313
Q. Flauius Augur 425
Q. Fulu. Flac. 12.96.109
Q. Hortensius 160. 305. 438.459.509
Q. Lutatius Consul 342
Q. Lucretius 353
Q. Marcius rex 309
Q. Metel. 94.101.118.139 167.250.371.374.402. 406.418. 438. 506.517
Q. Nævius 76
Q. Ogulnius 50.208
Q. Pomponius 159.202. 437.506.519
Q. Petillius Consul 104
Q. Poppedius 125
Q. Scævola Augur 178. 191.223.480
Q. Sertorius 17. eius falsus filius 548
Q. Seruilius Cæpio 516
Q. Terentius Culeo 262
Q. Valerius Prat. 107
Q. Valerius Hybrida Tr. pl. 441

R Econciliatio inter multos à pa. 199. vsque ad pag. 202
Religio 2. simulata 17. peregrina reiecta 18
Remigis cuiusdam mirabilis casus 60
Repudium primum 65
Repulsæ diuersorũ à pag. 404. vsque ad pa. 407
Reuiuiscentes iam elati 56
Romæ pestil. maxima 49
Romanorum legatorũ mira constantia 72
de Romanis plura require in populi Rom. &c.
Romulus 55. 29.221
Roscius 444
Rubria falsa 549

S Acellum deæ Viriplacæ 66
Saguntinorum fides 352
Samij 26
Sapienter dicta aut facta require à pag. 373. vsque ad pag. 385
Sardanapalus 232

Sariaſter, Tigranis regis F. 530
Satellitum regis Veientiũ error 524
Saturninus puer 450
Saturninus Tr.pl. 137
Scenici ludi ſeculares 78. 79
Scæuula 451.527
Scelueratè facta à pa. 526. vſque ad pag. 532
Scipio 134.147.177.203. 453
Scipio Aemilianus 94. 120.130.166.179.210. 267.337.479.529
Scipio Afric. 17.102.192
Scipio ſuperioris F. 158
Scipio Naſica 20.136. 478
Scipio ſuperior 387
Scytharum pietas 284
Seditiones paſſim, à pag. 517. vſque ad pag. 520
Seleucus 123.299.300
Semiramis, Aſſyriorum regina 508
Sempronia 179
Sempronius Aſellio 518
Sẽpronius Gracchus 294
Sempronius Muſca 316
Senatus Campanus & Carthaginienſis 514
Senatus Carthaginienſis diſciplina militaris 105
Senatus Ro. religio 9. 18. fides & taciturnitas 69. vigilantia 73. diſciplina militaris 103. 104. fiducia 170. humanitas & clementia 246. gratitudo 260. ingratitudo 267. ſeueritas 339. 332. fidei publicæ rigida cuſtodia 349. 350. 351. ſapientia in dictis & factis 376
Senectus exemplum iuuẽtuti 68
Senectus honorata 68
Senectus memorabilis 466
Senex Athenienſis quidam 224
Senis cuiuſdam vaticiniũ 457
Sentius Saturninus Vetulio 391
Septem ſapientes Græciæ 197

Septicia

Septicia 418
Serapio victimarius 544
Ser. Galba 324.422.515
Ser. Paterculi filia 482
Serpentis mirabilis magnitudo & longitudo 63
Sertorius 389
Ser. Terentius 236
Ser. Tullius 27.56.155
Ser. Sulpicius 28
Seruorum erga dominos fides 354
Seruus M. Agrij 436
Seruus Antij Reſtionis 538
Seruus M. Antonij 354
Seruus barbarus mire patiens 153
Seruus Vrbinij Panopionis 358
Seueritas cenſoria, require cenſoria ſeueritas.
Seueritas patrum erga filios 301
Sextilius 271
Sex. Pompeius 50
Sex. Tarquinius 311.399
Sex. Titius 429
Siculus quidam 548
Similitudo oris in multis à pa. 543. vſque ad pa. 546
Simonides poëta. 43. 58. 451
Simulacrũ Fortunæ muliebris 51
Socrates 16.157.182.340. 377.449.454
Solon 198.274.379.451
Somnia diuerſorum à pa. 36. vſque ad pag. 47
Sophocles 215.451.537
Sophroniſc. Socr. pater. 157
Sophronis mimi. 447
Sparthana ciuitas 85.230
Spartanorum frugalitas & militia 85. 86. fiducia 174. ingratitudo 273. ſeueritas 334. grauiter dictum 341
Spartanorum legatorum verecundia 224
Spartanus quidam 541
Spinter 344
Spurina 45. eius aruſpicina 461
Spurinæ formoſi iuuenis, factum 224
Sp. Albinus 95

Sp. Car

Sp. Caruilius 65
Sp. Cassius 328
Sp. Mælius 270.328
Sp. Posthumius Albinus consul 322
Sp. Tarpeius 514
Stasippus Tegeates 197
Statius Statilius 52
Statua aurata primæ 82
Stratagemata diuersorum à pa. 398. vsq; ad p. 403
Stratonice Antiochi nouerca 300
Studiũ & industria multorum à pag. 441. vsque ad pag. 453
Suffecius dux Albanorũ 398
Sulla, require L. Sulla
Sulpicia Lentuli 354. Flacci 482
Sulpicius 4
Sulpicius Rufus 346
Superbia & impotentia quorundam à pag. 510. vsque ad pag. 514
Syphax rex 369
Sylla 791
Syloson 265
Syracusana fœmina 326

T

T Litera subscriptio 73
Tanaquil 27
Tarquinius rex 8.215
Tarquinius Priscus 155
Tatia Cæsonis filia 185
Tatius 514
Taxillus Gymnasiarc. 526
Temeritas multorũ à pag. 520. vsque ad pag. 522
Terentia Ciceronis 469
Terentius quidam 416
Terẽtius Varro 222.442
Tertia Aemilia 353
Testamẽta rata & inspe-rata à pag. 417. vsque ad pag. 421
Testamenta recissa à pag. 413. vsque ad pag. 417
Testimonia irrita vel rata à pag. 437. vsque ad pag. 440
Teuthonorum cõiuges pudicæ 317
Thales philosoph. 198.381
Thamyris regina 525
Theatra j. ædificata 77
Thebe Alexandri 541
Themistocles 276.295 347.367.381.452.475
Theodectes 470
Theodorus 152.196
Theodorus Cyrenæus 326
Theogenes 147
Theophanes Mitylenæus 473
Theopõpus historicus 417
Theopompus rex 198
Theramenes 146
Theseus 235.274
Thraciæ nationis optimo de vitæ calamitate 92
Thrasippus Pisistrati amicus 256
Thrasybulus 196.295
Thuria 353
Thymasitheus 15
Ti. Cæsar 288
T. Gracchus 4. 19. 30. 31. 40. 111. 136. 168. 189. 200. 225. 231. 258. 320. 344. 517
Tibicinum quinquatria: vide Quinquatria tibicinum
Tigranes, Armeniæ rex 252. 530
Timæus Pythagoricus 447
Timagoras 335
Timas pictor 464
Timochares Ambraciensis 343
Titinius Centurio 523
Ti. Atinius 38
T. Ausidius 362
Ti. Barrulus 420
T. Clœlij filij 428
T. Flamminus 113
T. Iubellius Taurea Campanus 143
T. Labienus 474
T. Livius 63
Ti. Longus Cõsul. 221. 417
T. Manlius Torquatus 35. 97. 130. 302. 336. 359
T. Marius Vrbinas 420
T. Quinctius Flamminius 543
T. Veturius, Veturi F. 314
T. Volumnius 334
Trasimenus lacus 244
Trebelli Calcæ calumnia 548
Tri. pl. diligentia 73
quatuor Trib. pl. iustitia 344
Tribus Pollia 115. 331. 524
Triumphandi ius 106

Triumphantium conuiuia 110
Triumphus à quo spretus, quibúsve negatus 109. 110
Triumuiri damnati 437
Tucia, virgo Vestalis 424
Tuditani testamentũ 418
Tullia 526
Tullius Hostilius 154.398. 512
Tullus Volscorũ dux 397
Turullius 11
Tusculani consulti 396. *vltores* 524

V

Vacca ænea Syracusis 463
Vafrè dicta aut facta à pag. 385. *vsque ad pag.* 398
Valerij eloquentia 455
Valerius Coruus 130
Valerius Flaccus Trib. 139
Valerius Læuius 189
Valerius Poplicola 51. 81. 215
Valerius Valentinus 425
Valesius quidam 79
Varius Sucronensis 140
Varro 10.155
Vatinius 407
Velitum primus vsus 76
Veneficij prima quæstio 83
Venus Praxitelis 463
Venus Verticordia 482
Verecunda consanguinitas 67
Verecundia multorum à pag. 221. *vsque ad pag.* 225
Vestia Oppidia 260
Vettij Salassi vxor 529
Veturia, Coriolani mater 260.279
Vibienus 316
Vibius Acceus 137.543
Vindices propriorũ commissorum 439
Vim vsus mulieribus interdictus 66
Virginius 312
Virgo Aemilia 5
Viriathus 337.516
Viriplaca dea 66
Vltio quorundam à pag. 524. *vsque ad pag.* 526
Vlysses pictus 464
Volumnia, Coriolani 260. 270
Volsinienses 491
Vxor Africani superioris 353
Vxores Theutonorũ 317.
Vulcanus Alcamenis 463

Xenophilus Chalcidensis Pythagoricus 470
Xenophon 309
Xerxes 35.144.277.492. 513.541

X

Xanthippa 378
Xãthippus Lacedæmonius 9.516
Xenocrates 123.195.212 366.380

Z

Zaleucus Locrensis 18.348
Zeno Eleates 150
Zeno alter 151
Zeuxis pictor 172.

Indicis finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca